




LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY



1
25a

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT. EDITIONE ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTEREM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DEGURUS CONSTANTER SIMILIS, PRETHI EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA. ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD OCTO ET CENTUM VOLUMINA UNA CUM INDICIBUS PERVENIET. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA SEPTEM ET QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETHI HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETHIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XCIX.

S. THEODORUS STUDITA.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES EDITORES, ET J.-P. MIGNE, SUCCESSORES
IN VIA DICTA: AVENUE DU MAINE, 208

1903

Gc

Glichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, via dicta Bac-d'Asnières. — 92.10.1903

BR60

P4

v.99

ÆCULUM IX, ANNUS 826.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΣΤΟΥΔΙΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. THEODORI

STUDITÆ

OPERA OMNIA.

*JUXTA EDITIONEM H. P. JACOBI SIRMONDI, CUM AMPLISSIMIS ACCESSIONIBUS QUAS PUBLICI
JURIS FECIT CARDINALIS ANGELO MAL.*

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUM COMPLETIVUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 15 FRANCIS GALLICIS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES EDITORES, ET J.-P. MIGNE, SUCCESSORES

IN VIA DICTA : AVENUE DU MAIN, 208.

1903

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XCIX CONTINENTUR

S. THEODORUS STUDITA.

PROLEGOMENA. — 1. Notitia ex Bibliotheca Græca Fabricii, cum Indice sermonum catecheti- corum S. Theodori Studitæ. — 2. Notitia altera, ex Leonis Allatii Diatriba de Theodori. — 3. Præfatio posthumæ Sirmondianæ editioni præmissa. — 4. Angelo Mai Præfatio. — 5. Veterum testimonia. — 6. Vita S. Theodori a Sirmondo edita. — 7. Eiusdem Vitæ editio altera ex codice Vaticano ab Angelo Maio excerpta.	col. 9-233
S. THEODORI STUDITÆ OPERA.	
Antirrhethici tres adversus Iconomachos, ex editione Jacobi Sirmondi.	327-351
Refutatio carminum Joannis, Ignatii, Sergii et Stephani, Iconomachorum, ex ejusdem editione.	435
Quæstiones Iconomachis propositæ, ex eodem.	477
Adversus Iconomachos capitula septem, ex eodem.	485
Oratio pro sacris imaginibus (<i>legitur in Vita S. Theodori, inter Prolegomena hujus voluminis,</i> <i>col. 175</i>).	
Epistola ad Theophilum imp. de sacris imaginibus (<i>exstat inter opera S. Joannis Damasceni,</i> <i>hujus Patrologiæ tom. XCV, col. 345</i>).	
Epistola ad Platonem archimandritam de cultu sacrarum imaginum, ex Sirmondo.	499
Sermones catechetici, Latine, ex editione Joannis Livinæii.	505
Orationes.	
I. In die Dominica SS. Patrum. De abstinentia. Edidit Joan. Alb. Fabricius in <i>Bibl. Gr.</i>	687
II. In adorationem sanctæ crucis, ex editione Gretseri.	691
III. In vigiliam Luminum, ex <i>Bibliotheca Ang. Mai.</i>	699
IV. In diem Paschæ, ex eodem.	709
V. In dormitionem sanctæ dominæ nostræ Deiparæ, ex eodem.	719
VI. In cœlestium ordinum cœtum, ex eodem.	729
VII. In nativitatem S. Joannis Baptistæ, ex eodem.	747
VIII. In decollationem S. Joannis Baptistæ, ex eodem.	757
IX. Laudatio S. Joannis apostoli et evangelistæ, ex eodem.	771
X. Laudatio S. Bartholomæi apostoli, ex eodem.	791
XI. Laudatio S. Platonis archimandritæ, ex Aprili Bollandiano.	803
XII. Laudatio S. Arsenii anachoretæ, ex Julio Bollandiano.	849
XIII. Laudatio funebri in matrem suam, ex <i>Bibliotheca card. Mai.</i>	883
Epistolarum libri duo ex edit. Jacobi Sirmondi.	903
Capitula quatuor ex Petri Possini <i>Thesauro ascetico.</i>	1682
Scholion in S. Basilii ascetica.	1684
Explicatio Liturgiæ Præsantificatorum, ex edit. card. Aug. Mai.	1687
Catechesis chronica, ex eodem.	1693
Constitutiones Studitanæ, ex eodem.	1703
De Confessione et pro peccatis satisfactione Canones, ex eodem.	1721
De quibusdam quætionibus canones alii, ex eodem.	1729
Pœnæ monasteriales, ex eodem.	1733
Canon in adorationem crucis, ex Gretseri libro <i>De cruce.</i>	1757
Canon epinicius in erectione SS. imaginum, ex <i>Annalibus Baronii.</i>	1767
Iambi de variis argumentis, ex editione Sirmondi.	1769
<i>Appendix ad sermones catecheticos.</i> — Sermo 68 (<i>de quo ad Livinæi Præfationem, col. 507</i>).	1811
S. Theodori Testamentum, ex Sirmond.	1813
<i>Appendix ad Opera S. Theodori Studitæ.</i> — Naucrati confessoris Encyclica de obitu S. Theo- dori.	1824
Incerti narratio de schismate Studitarum.	1849

BR 60
m5

256405

NOTITIA.

(FABRIC. *Biblioth. Græca* edit. Harless, t. X, p. 434.)

Theodorus Studites, Studii, sive monasterii a Studio (a) quodam Romano CPoli conditi abbas, natus in eadem urbe est a. C. 759, et in avunculi sui Platonis adhuc superstitis (b) locum archimandrita primum Saccudiensis monasterii in suburbano patrio factus a. 794. Hinc, Tarasio patriarcha non auso imperatori Constantino VI resistere, cum, repudiata conjugē sua Maria, Theodoten ille duxisset, Theodorus et Constantinum et Tarasium communionē Christianorum indignos esse palam pronuntiavit, atque inde Thessalonicam exsul abire jussus a. 796, sed mox anno proximo post Constantini mortem magno cum honore revocatus ab Irene, et abbas Studio præfectus fuit (c). Post id tempus gravissime ferens, Nicephorum e laico patriarcha CPol. a. 806 factum, et Josephum œconomum restitutum, novam a patriarcha secessionem fecit : unde synodo adversus ipsum coacta a. 809 (d) iterato exsilio afficitur, restitutus post biennium a Michaele Rancabe a. 811. Denique Leonis Armeni edicto adversus imaginum cultum publicato a. 814, ad certamen pro imaginibus accingitur, quod maxima animi contentione acerrime gessit, omnem ingenii et doctrinæ vim in hoc profundens, nec dubitans pro hac causa novas exsiliū varii ac longioris, carcerisque durissimi ærumnas per plures annos tolerare, donec a Michaele Balbo restitutus est a. 821. Hinc cum Thomæ rebelli adversus Michaelem favore visus esset, urbe iterum excessit a. 823, et in vicina Acritæ promontorio peninsula Sancti Tryphonis obiit a. 826 (e), 11 Novembr., quo die Græci memoriam ejus celebrant. Successorem habuit in abbacia Studii Naucratiū, cujus Epistola encyclica de Theodori obitu Græce et Latine (f) edita est a Combefisio tom. I Auctarii novi *Bibl. Patrum*, p. 855-882, additis etiam notis (g). Græcis νέος δμολογητής, Labbeo præter rem martyr : a Creightonno (h) male etiam cum Theodoro Grapto confunditur. Ex Vita ejus a Joanne vel alio quodam Græce scripta locum affert Allatius De interstitiis ordinum apud Græcos, p. 181, et De libris eccles. Græcor., p. 138, atque alibi. Incertum vocat p. 226, De consensu. Ea ipsa porro est, quam Latine versam a Jac. Sirmondo habuit Baronius, ac pleraque ex eadem adduxit tomo nono *Annalium* ab a. 795-826 : integram vero Græce et Latine ex codice bibl. collegii Jesuitarum Paris. sub Michaelis monachi nomine edidit Jacobus de la Baune S. J. in tomo quinto operum Sirmondi Paris. 1696, fol., pag. 1-88, testatus, in alio codice (i) Theodoro Daphnopatæ tribui. Idem vir doctissimus monet de Theodori rebus præterea in san-

(a) Vide Michaelem monachum in Theodori Studitæ Vita p. 22 seq.

(b) Plato Theoctistæ, Theodori matris, frater, diem obiit a. 812 ætatis 97.

(c) Conf. Baron. a. C. 798, n. 1, 2; et Acta SS. tom. I, Febr. p. 538. Duorum imperialium insignium cœnobiorum, Studii scilicet et Saccudiorum, constitutum eum esse abbatem, tradit Anastasius præfat. ad Theodoriēcom. in S. Bartholom. tom. II *Spicilegii Dacher.* ed. nov. f. 123. — Jo. Imman. Walleri Diss. de Studio cœnobio CPolitano, ex Monumentis Byzantinis eruto et illustrato, clarisque Studitis, Lipsiæ 1721, 4. Historiam monasterii Studitarum a. 1719 parabat Witteberg. M. Just. Christian. Torschmidius.

(d) Vide Chronicam Synopsin S. Theodori Studitæ actorum, scriptis illius tomo V Operum Sirmondi præmissam a Jacobo de la Baune S. J.

(e) Vide Pagium ad a. 826, n. 17; et tom. V Opp. Sirmondi p. 88. Nic Comnenum, *Prænot. mystag.* p. 361.

(f) Latine exstat etiam in *Bibliotheca Patrum*, edit. Lugd. tom. XIV, p. 905.

(g) Frater ejus Josephus, archiepiscopus Thes-

PATROL. GR. XCIX.

salon., cujus oratio in exaltationem sanctæ crucis exstat Lat. tom. XIV *Bibl. PP.* ed. Lugd. p. 901; et tom. IX, Colon. atque in Combefisii *Bibl. concionat.* Gr. et Lat. ap. Gretserum tom. II. De cruce p. 116, 1200, incipit : Σταυροῦ πρόκειται σήμερον ἑορτή. Epistola ad Simeonem monachum apud Baron. ad a. 808, n. 18, Latine, et inter Theodori Studitæ epp. 1, 24, Gr. et Lat. incipit : Οὐδὲν ἄν δεδῆλωκας. Iambi in *Iconomachos*, quorum Theod. II, 31 meminit, ni fallor, interierunt. Ejus in *B. Lazarum* et in *Festum Palmarum*, habuit Allatius.

(h) Vide Allatium adversus Creightonnum pag. 707.

(i) Sic in Vossiano [V. Cat. bibl. Leidens. p. 398, n. 62]. Sub Theodori Daphnopatæ nomine editurum se promisit Magnus Crusius. FABR. — sub Theod. Daphnop. nomine etiam in cod. August. Vind. V. Reiser. Indic. mss. Aug. p. 13. Naucratiæ epistola encyclica ad fratres patresque spirituales, ab Iconomachis persecutionem sustinentes, de obitu Theodori abbatis, subjuncto ejusdem *Testamento* Vindobon. in cod. Cæs. XXV, n. 3. V. Lambec. VIII, p. 629 seq. (ubi quoque p. 628, de Vita Theod. Studitæ, a Michaele, monacho æquali conscripta, agitur). — In cod. Matrit. 4, sub fn. V.

otorum Actis consulendam Vitam sancti Platonis 4 April., sancti Nicolai Studitæ 4 Febr., sancti Nicephori patriarchæ CPol. 13 Mart., Nicetæ Hegumeni Mediciensis, auctore Theostericto ejus discipulo, 3 April., sancti Tarasii patriarchæ 25 Febr. et sancti Theophanis Sygriensis abbatis 12 Mart. Idem de scriptis Theodori editis a quibus hæc non indiligenter egit, cujus observationibus meas adjunxi. FABR. Conf. de hoc homine; præter suo, pio quidem et constanti, at etiam pertinaci imaginum ac reliquiarum sanctorum cultore et patrono, G. Cave, *Hist. lit. SS. eccl.* tom. II, pag. 8 seqq.; Oudin. *Comment de SS. eccl.* tom. II, pag. 32 seqq.; R. Ceillier, *Hist. gén. des aut. ecclés.* tom. XVIII, pag. 489 seqq., Hambolger. *Zuverlässige Nachrichten*, tom. III, pag. 559; Laur, Moshem. *Instit. H. E. sæc.* ix, part. II, cap. 2, § 13; Saxii, *Onomast.* part. II, p. 93; Schroeckh *Christliche Kirchengeschichte*, part. 23, p. 105-112.; Arnold. *Kirchenund Ketz.-Histor.* vol. I, p. 327, ed. Schafhausen, 1740, fol.; Walchii *Histor. hæresium*, etc., t. X, p. 659 seqq.; XI, p. 332 seqq. 283 seq.; et si vis, quæ scripsi in *Introduct. in Hist. L. Gr.* II, 2, p. 301; et Supplem. ad illam, part. II, p. 253. HARL.

Scripta Theodori Studitæ edita (i).

In eodem tomo quinto Operum Sirmondi, luculentis typis atque emendate excusa, atque locuplete instructa indice exhibentur Græce et Latine hæc Theodori Studitæ scripta :

1. *Oratio pro sacris imaginibus*, habita coram Leone Armeno, quam auctor Vitæ Theodori integram exhibet pag. 32-37 cum versione Sirmondi. FABR. Inter adversaria Langhæni secund. Cat. mss. Angliæ, etc. I, p. 268, n. 7, Photii patriarchæ et Theodori Studitæ testimonia de imaginum cultu. — In Cat. bibl. Barberinæ, tom. II, pag. 453, citatur Theod. Studitæ *Orat. de sacris imaginibus*; ead. Theod. Studitæ or. Latine, Paris. 1555, 4. Conf. paulo post, n. 10. HARL.

2. Διαθήκη, *Testamentum*, p. 63-69, cum versione ejusdem Sirmondi, quam ediderat Baronius ad a. 826, n. 51 seq. Exstat etiam ex versione Joannis Livineii (qui Sirleti cardin. codice usus fuerat), una cum Theodori sermonibus catecheticis Latine versis, Antwerp. 1602, 8, et in *Bibliotheca Patrum*, edit. Lugd. 1677, tom. XIV, p. 895. Edidit præterea Latine Christ. Woldenbergius una cum libro suo de testamentis veterum, Rostoch, 1651, 4, Græce etiam Jacobus Tollius in *Insignibus itineris Italici*, Trajecti ad Rhen. 1696, 4, ex codice Lipsiensis bibl. Paulinæ, quam præfectus ejus dignissimus Joachimus Fellerus cum ipso communicaverat. Sed Latinam versionem, quam addidit p. 179, male tribuit Sirmondo : nihil illa putidius esse, nihil puerilius pag. 191 professus : nam Livineii esse, non Sirmondi, qui conferebat. reperiet (k). FABR. *Testamentum* (h. e. fidei confessio, a Theodoro paulo ante mortem suam scripta, de doctrina et veritate SS. Trinitatis, de honore atque adoratione sancti. imaginum ac reliquiarum, de canone librorum divinatorum, de præstantia vitæ monasticæ, additis severæ vivendi rationis præceptis, ab monachis, in primis ab abbate, ipsius successore, servandis), exstat ms. Monacii in cod. Bavar. 217, v. cl. Hardt in *Arctini Beyträgen*, etc. 1805, part. IV, p. 365 seq. — In cod. Vindobon. 25, 3. V. Lambec. VIII, p. 629 seq. Kollar. — Florent. in cod. Laurent. 4, 13, plut. 4. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 520 seq. — Venet. in cod. Marciano 141. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 84. — In cod. Naniano 62, n. 125, et 68, n. 131. V. Cat. codd. Gr. Nan. p. 100, ac 132. — In cod. Sfortiano, testo Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* I, pag. 701 C, et tom. II, pag. 1332 D, de cod. monasterii S. Trinitat. prope CPolin. etc. Testamentum et alia. — In cod. Matrit. IV. V. Iriart. Cat. codd. Gr. Matrit. p. 19. — In cod. 37 Coisl. in Niconis Collectione locorum sacræ Scripturæ, scriptorum ecclesiasticor., etc. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 111. — Paris, in quatuor codd. bibl. publ. HARL.

3. Βιβλος δογματική, ἐν ἣ στεῖροὶ λόγοι γ' καὶ ἀντιβῆρητικοί. *Liber dogmaticus, continens disputationes tres refutatorias adversus Iconomachos, pro cultu imaginum.* pag. 71-134. Memorat auctor Vitæ p. 22. Primum et secundum vertit Sirmondus, tertium Jacobus de la Baune. FABR. Paris. in cod. 5394 sunt antirrhethici tres contra Iconomachos et quæ a Fabricio, n. 4-7, commemorantur. — Vindobon. in cod. Cæs. 77, n. 80, Excerpt, adversus Iconomachos ex Nicephoro, Photio et Theodoro Studita. in Euthymii Zigabeni Panoplia dogmatica. V. Lambec. III, p. 422, Kollar. Ibid. in cod. 157, n. 5, Photii et Theod. Stud. testimonia duo de sacris imaginibus et de differentia inter sacras imagines atque idola. V. Lambec.

Iriart. Cat. codd. Gr. Matrit. p. 19. — In cod. Escorial, (teste Pluero in *Itinerar. per Hispan.* p. 192) plura extant, scil. : Sermo de adoratione sanctæ crucis, cum Chrysostomi cateches. ad discipulos suos; et ejusdem Testamentum; Iambica carmina in varia argumenta; et Descriptio habitationis Studii cum Vita ejusd. Theodori. — Florent. in cod. Daurent. 414, plut. 4. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, d. 521. — In cod. Naniano 62 fin. et 68. V. cat. codd. Gr. Nau, p. 100, seq. et 132. — Eenet. in cod. Marciano 141 Vita Theodori per Naucratiū monachum, quam subsequuntur carmina 12 et alia ad Theodorum eundem spectantia. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 80. — Paris, in cod. bibl. publ. 5394, n. 10, cum multis aliis

Theod. Stud. opp. — Ibid. in cod. 5255, 19, Vita, auctore Michaelē monacho; inc. Πολλοὶ μὲν τῶν ἀγίων. — Vita in cod. Ottobon. Romæ, et Sfortiano. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* I, pag. 185 A, et 701 E. Add. supra in Elogiis SS. Theodori Studitæ. HARL.

(f) Plura opuscula, Romæ in monasterio S. Salvatoris, in codd. 72 et 73. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* I, pag. 199. A. Mediolani in bibl. Ambrosiana, V. Montfauc. l. c. pag. 505 B. — Vindobon. ibid. pag. 540 C. 542 E. HARL.

(k) Reprehenditur eo nomine Tollius in Mem. Trevolt. a. 1703, p. 1228; Bælii Lexic. Supplem. in *Livincius*.

IV, p. 335. — Taurini in cod. 212, varia Theod. Studitæ opuscula contra Iconomachos, nec non epistolæ et iambici aliquot versus adversus Iconomachos, quos frustra quæres inter iambos a Sirmondo editos, ideoque confector Cat. cod. Gr. Taurin. p. 305 seqq. Græce cum versione Lat. evulgavit. — *Ibid.* pag. 380, in cod. 276 mutilo ejusd. epistolæ et alia opuscula adversus Iconomachos. — Mosquæ in cod. 297 Theodori Stud. 12 capita. Inc. Εἴ τις τοῖνον οὐχ ὁμολογεῖ τὸν Κόριον ἡμῶν. Hic (ut ait Matthæi in Not. m. Græc. Mosq. synod. pag. 193, in-8) cap. 12 multa disputantur contra Iconomachos. **HARL.**

4. Ἐλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῶν ἀπεδῶν ποιημάτων. *Refutatio et subversio carminum acrostichon iambicorum compositorum ab Iconomachis Joanne, Ignatio, Sergio et Stephano*, quæ ipsa præmittuntur partim, partim subjiciuntur pag. 135-159. Vertit Jacobus de la Baune.

5. Προβλήματα τινὰ πρὸς εἰκονομάχους. *Problemata quædam adversus Iconomachos*, p. 160-164. Vertit idem Baunius.

6. Κατὰ εἰκονομάχων κεφάλαια ἑπτὰ. *Capita septem contra Iconomachos*, pag. 165-173. Eodem Bauni-interprete.

7. Ἐπιστολὴ πρὸς Πλάτωνα περὶ τῆς προσκονήσεως τῶν σεπτῶν εἰκόνων. *Epistola ad Platonem archimandritam de cultu sacrarum imaginum*, p. 173-176. Interprete eodem Baunio.

8 *Epistolarum libri duo*, quorum prior 57, posterior 219 (1) complectitur. p. 177-294-596. Ex his sæpeim quasdam exhibuerat Baronius a Sirmondo Latine versas, libri prioris quidem 38 et 53 ad a. 787, n. 58, 59; — 4 et 5. ad a. 795; — 1, 2, 3, ad a. 796; — 7, ad 801; — 16, 26, 30, ad 806; — 21, 22, 23, 24, 25, 26, 28, 31, ad a. 808; — 32, usque ad 36, nec non 38, 39, 43, 48, 51, 53, ad a. 809; — et 56 ad a. 811. Libri posterioris vero 127 ad a. 787, n. 63; — 1, 2, 8, 18, ad a. 814; — 9, 10, ad a. 815; — 4, 11, 21, 22, 23, 25, 26, 31, 22, 34, 40, 41, 45, 50, 55, 59, 70, 87, 181, ad a. 816; 12, 14, 15, 16, 17, ad a. 817; — 13, 30, 35, 37, 44, 55, 58, 61, 66, 63, 94, 100, ad a. 818; 38, 62, 63, ad a. 819; — 71, ad a. 820; — 73, 74, 79, 80, 86, 90, 92, 106, 121, ad a. 821; — 127, 129, 199, 204, ad a. 825; — 116, 138, 167, ad a. 825. Quas non ex Sirmondi versione apud Baronium reperit, illarum interpretationem ipsemet adjunxit editor Jacobus de la Baune. Libri secundi epistolam 215 responsiones ad 17 interrogata complexam ad Methodium monachum, sub Nicephori CPol. nomine vulgavit Græce et Latine Cotelierius tom. II Monument. Ecclesiæ Græcæ pag. 453. Sed Theodoro etiam tribuitur in codice bibl. Coislinianæ, de quo Montfauconus p. 325. Fabr. Noster Fabric. in vol. XIII, ubi Montfauc. bibl. Coislin. recensuit, ea, quæ sequuntur, et quæ huc retraham, p. 843, adnotavit: « Epistolæ sancti Theodori Studitæ magno numero habentur in duobus codd. (Coislin.), nempe 94 et 269, ambobus optimæ notæ Jure autem hunc Catalogum inter Anecdota repono, licet nonnisi titulos et initia afferat; quia in primo codice sunt epistolæ quingentæ quadraginta octo, quarum vix dimidiam partem edidit Jac. Sirmondus, ex iisque, quas publicavit, multæ lacere ex utroque codice sarciri possunt. In codice autem 269 antiquissimo noni sæculi non paucae reperiuntur, quæ nec in edito Sirmondi, nec in priore Coisliniano codice exstant. Prioris codicis num. 94 catalogus exstat pag. 144; alterius vero num. 269, p. 312.» Add. nostrum quoque Fabr. infra in vol. XI, pag. 517 ed. vet. de concilio CPolitano, a. 806, in quod invehitur Theod. Studita epistolis ad Nicephorum CPolit. et Leonem III apud Baron. ad an. 806, n. 13 seq. et tom. V Opp. Sirmondi, ubi Theodori Studitæ epistolæ Gr. et Lat. a Jac. de la Baune S. J. editæ leguntur, pag. 281 et 300, atque de concil. CPolit. a. 814, pag. 519 de Theod. Studitæ epistola ad synodum iconomachicam CPolit. Lat. ex Baronio ad an. 814, Gr. et Lat. in Sirmondi Opp. tom. V, p. 370, libr. II Epistolarum Theodori, epist. 2. — Theodori autem epistolæ inter ejus Opp. principatum quasi tenent. Namque non solum ad ejus vitam animique notationem penitus cognoscendam, sed etiam ad controversiarum in Ecclesia Græca, præsertim de cultu imaginum sanctorum eo tempore acriter agitatarum historiam illustrandam cum primis faciunt. — Mss. exstant Paris in cod. bibl. publ. 894, Epistolæ, scil. n. 6. dogmaticæ tertii exsilii, quinquaginta sex; n. 7, primi et secundi exsilii, quinquaginta sex; n. 8, tertii exsilii, centum octoginta quatuor: — In codd. 896, 1, Epistolæ cum indice illorum omnium, ad quos singulæ epistolæ datæ sunt. — in codd. 364 et 1321, 5, atque apud Montfauc. in Bibl. biblioth. mss. II, p. 1320 B, inter codd. Mazarin. epistola ad Naucratiæ: ad eundem de Digamis in cod. Vindobon. 18, 16 (in Sirmondi Opp. tom. V, p. 352). V. Lambee. VI, part. I, p. 134, ibique Kollar. — Mosquæ, in cod. synod. 32, epistola ad Stephanum lectorem. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 47, n. 93, ed. in 8; aut pag. 54, n. 47 ed. in fol. Add. ad n. 3 HARL.

9. Ἰαμβοὶ εἰς διαφόρους ὑποθέσεις. Carmina brevia et epigrammata iambica varii argumenti 123, Sirmondo magnam partem interprete. Horum prima 29 videntur in Vita Theodori Studitæ pag. 25, ἑπτὰ περὶ πρῶτης ἐξορίας ἐγγράφοι διὰ στίχων ἰαμβῶν. Ultimo loco alterius, nescio cujus, auctoris in Theo-

7. Multa in his epistolis emendari et lacunas suppleri posse e codice ms. bibl. Seguerianæ sive Coislinianæ 272, insuper ineditas exhibente, notat Montfauconus, p. 144. Quanquam vero titulus illius codicis tantum promittit epistolas a Theodoro

scriptas tempore priori et secundi exsilii, τῆς πρώτης καὶ δευτέρας ἐξορίας: tamen in eo reperiuntur etiam, quæ in alio codice inscribuntur ἐξορίας τρίτης, tertii exsilii, apud eundem Montfaucon. p. 314 seqq.

dorum epigramma Græcum subjicitur versibus hexametris (n) in quo inter alia laudatur, quod Studitas monachos docuit sacros hymnos concinere, ὑμνοπόλων θεότευκτον ἀγύνορα ὤρσεν ἀοιδόν. Ex carmine 115 constat, Theodoro, antequam monachus fieri eligeret, uxorem fuisse Annam, quæ cum marito deinde in voluntarium cœlibatum consensit, et liberos ex illo susceptos monasticæ vitæ mancipavit. FABR. Ms. in cod. Paris. 896, n. 2, et in cod. Taurin. ad n. 3, laudato, atque Venet. in cod. Marciano 141, in quo etiam sunt iambi 6, in Theodorum. V. Catal. codd. Gr. Taurin. pag. 80 HARL.

Scripta edita Theodori Studitæ, quæ cum operibus Sirmondi non prodierunt.

10. Δογματικὴ περὶ τιμῆς καὶ προσκυνήσεως τῶν ἁγίων εἰκόνων. *Oratio dogmatica de honore atque adoratione sanctarum imaginum.* Græce cum Jo. Damasceni Orationibus de imaginibus Rom. 1553, 8, et Latine Godfrido Tilmanno interprete, Antwerp. 1556, 12. Atque utraque lingua inter Damasceni opera Basil. 1575, fol. p. 674. Et Latine iterum in Bibliotheca Patrum Paris. 1589 et 1644, 1654, tomo III, altero interprete, ibique notatur, illius orationis locum citari a Gennadio, qui ante Georgius Scholarius, in Expositione quinque capitum synodi Florentinæ contra Græcos cap. 5, sect. 12 FABR. Jo. Damasceni sermomes tres pro imaginibus. Theodorus Studita De honore et adoratione illis attribuenda. Vita Jo. Damasceni, per Joan. patriarcham Hierosolymitanum, Græce, Romæ 1553, 8.

11. Ἐπιτάφιος εἰς Πλάτωνα τὸν ἐκ τοῦ πνευματικῶν πατέρα. *Oratio funebris in S. Platonem, patrem suum spiritualem.* Hanc a Guil. Sirleto, postea cardinale, redditam Latine vulgarunt Aloysius Lipomannus, tom. VII de Vitis sanctorum Patrum p. 275, et ex Lipomanno Laur. Surius ad 16 Decembr. nec non alter Laurentius, de la Barre in *Historia Christiana Patrum*, p. 118, Paris, 1583 fol. [Denique Græce ex Bibl. regis Christianissimi et Vaticana dedere Henschenius et Papebrochius ad calcem *Act. SS.* tom 4 April. pag. xlvi, et Latine ex nova interpretatione pag. 366. Cum Lausiac. Palladii et Theodoretii Religiosa Historia a Gentiano Herveto Lat. versa prodiit Paris. 1570, 4, p. 455-497. FABR. Paris, in cod. 1197, n. 4, bibl. publ. HARL.

12. Λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῦ σταυροῦ ἐν τῇ μεσσηστήμῳ. *Oratio in adorationem pretiosæ et vivificæ crucis in media quadragesima.* Prodiit Græce cum Jacobi Gretseri versione, in hujus opere *De cruce* tom. II, p. 287; Ingolstad. 1600, 4 (edit. in fol. p. 1405). Incipit: Ἀγαλλιάστωσ καὶ εὐφροσύνης ἡμέρα. Latine tom. XIV *Bibl. Patrum* edit. Lugd. p. 900. FABR. V. supra in h. vol. pag. 246, infra; in vol. XIII, p. 806 ed. vet. — Mosquæ in cod. synod. 5 et 351, n. 39, texte Matthæi in Notit. codd. Gr. Mosq. p. 19, n. 8, et p. 228, ed. in 8. — Paris, in cod. 755, 23, bibl. publ. — 767, 21; et 773, 32. Venetiis in cod. Naniano. 71 V. Cat. codd. Gr. Nan. pag. 137, n. 7. — In Catal. mss. Angliæ, etc. tom. I, pag. 38, n. 274; in cod. Gr. Nan. 28, Thomæ Roe. Ibid. p. 56, n. 726, duo sermones Theod. Stud. et encom. Jo. Baptistæ. In cod. 84, Guil. Laudi, et pag. 269, n. 8, sermones, inter Ger. Langbæni Adversaria. — Sec. Montfauc. *Bibl. Bibliothecar. mss.* I, pag. 134, A Theod. Studitæ Sermones, in bibl. Vaticana. HARL.

13. Κανὼν εἰς τὴν σταυροπροσκύνησιν. *Canon sive Hymnus in adorationem crucis*, sub Theodori Studitæ nomine editus Græce et Latine ab eodem Gretsero, tom. III, p. 321.

14. Κανὼν ψαλλόμενος εἰς τὴν ἀναστήλησιν τῶν ἁγίων εἰκόνων, ποιήμα τοῦ ἁγίου πατρὸς Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου. *Canon sive Hymnus*, odis octo constans, qui cantitur in erectione sanctorum imaginum opus S. P. Theodori Studitæ. Exstat Græce et Latine, Federico Metio interprete, apud Baronium ad a. 842; et Latine in *Bibliotheca Patrum*, edit. Lugd. tom. XIV, p. 898. Sed monet doctissimus cardinalis, Theodori nostri non esse hymnum hunc, utpote quem non ante restitutas imagines sacras ac redditam Ecclesiæ pacem, proindeque pluribus post Theodori mortem annis scriptum fuisse appareat. Itaque Combesius putat, junioris esse Theodori, qui post Nauocratium Studio præfuit. FABR. Conf. vol. X, p. 138, ed. vet. HARL.

15. Ἡ μικρὰ λεγομένη Κατήχησις. *Catechesis quæ dicitur parva*, 134 sermonibus brevibus et extemporalibus distincta. Memoratur in Theodori Studitæ Vita p. 21. et Græce ms. exstat in variis bibliothecis, Cæsarea, Lambec. 8, p. 295 (o); Bodleiana Oxoniensi, Claromontana, Paris. Segueriana sive. Cofli

NOTÆ.

(n) Etiam in cod. Paris. 894, 11. HARL.

(o) Sive pag. 625 seqq. ed. Kollar. de cod. Cæsar. 25, n. 2. — Monac. in cod. Bavar. 217, in quo numerantur 135 catecheses, ad quarum calcem sex iambi leguntur, quos cel. Hardt. in Aretini Beyträgen, etc. 1805, part. iv, p. 365, ex hoc codice exseripsit. — In cod. Barocc. 139, in quo sunt 128 sermones catechetici, quorum primus incipit: Ὅτι χορὴ ἡμᾶς, et ultimus ἐκλεστικὸς ἄμα καὶ. lb. in cod. 197, sub fin. Proœmium in orat. catecheticeam Jo. Chrysostomi de Paschate. Princip. Τί τοῦτο πᾶτερς. — In bibl. Bodlei. Catt. mss. An-

gliæ, etc. 1, n. 280, in cod. Cromwel. 103 Theod. Studitæ Catecheses parvæ, n. 748; s. in cod. 106 Laudi sermones 134, quorum decem priores desiderantur. Ibid. n. 153, s. in cod. Laudi 111 sermones catechetici, et inter eos homilia in sancti Platonis memoriam. — Venetiis in cod. Marciano 141, Catechesis parva; adjiciuntur iambi sex in Theodorum. V. Cat. codd. Gr. Marc. pag. 80. — Ibid. in codd. Naniis 62 et 68. catech. 134. Sed in hoc desunt quatuor priores, et initium quintæ. Duo hos codd. diligenter recensuit, et singulas catecheses 135, secundum ordinem in binis codd.

ziana et Lipsiensi Paulina. Fuit etiam apud Raphaelem Trichetum du Fresne. Latine prodiit ex Joanni, Livineii, canonici Antverpiensis, versione, Antwerp. 1602, 8, et in bibliothecis Patrum edit. Coloniae IX, et Paris. 1644, 1654, tomo II, atque Lugd. tom. XIV, p. 830. Hujus κατήχσεως lectio monachis commendatur in Triodio et Menæis Græcorum et in typico Irenes Augustæ in Analectis Græcis monachor. Benedictin. pag. 210. Catechesis ad omnes fratres citatur ab Allatio de consensu, etc. p. 453, ἡ λίσσα τῶν δογμάτων in cod. Cæsar. sermo 15, sub Jo. Damasceni nomine de adorandis imaginibus, Gr. Lat. in ed. Damasceni Basil. 1579, pag. 501. — Eas catecheticas orat. publice ab ecclesiarcha, stantibus et auscultantibus fratribus, prælectas fuisse, notavit Allatius, *De Dominicis Græcorum*, § IX.

16. Ἐγκώμιον περὶ τοῦ ἁγίου Βαρθολομαίου, *Encomium S. Bartholomæi apostoli*, quod Græce exstat ms. in codice Colbertino 340, Latine ex veteri Anastasii versione edidit Lucas Ducherius tomo tertio *Spicilegii*, pag. 13, Paris. 1659, 4; tom. II, ed. nov. fol. p. 124; et Franciscus Combesius in *Bibliotheca concionatoria*, tom. VIII, p. 755, Paris. 1662, fol. FABR. V. supra in h. vol. pag. 204. — Paris. in cod. 1470, n. 44 bibl. publ. — Taurini in cod. 135, fol. 129. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 232. HARL.

18. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν θεολόγον. *Encomium sancti apostoli et evangelistæ Joannis theologi*. Latine a se versum vulgavit idem Cembesius in jam laudata Bibliotheca. FABR. Vide supra in h. vol. p. 258. — Romæ in *Bibl. Patrum S. Basilii*, teste Montfauc. *Bibl. bibliothecar. mss.*, I, p. 197 B. — In nativitate Jo. Baptistæ, in cod. Sfortiano. V. Montfauc. l. c. p. 700 E, et in *Diario ital.* p. 220 et pag. 435. Theod. Stud. διδασκαλία, Venet. in *Bibl. Justiniani*. — Paris. in cod. 1197, in S. Joann. evangelistam; et in duobus codd. in natalem Joann. Baptistæ. — In cod. Barocc. 174, in natal. Jo. Bapt.; ib. in cod. 238, Ecomium Jo. Baptistæ; idem in cod. Laudi 84, sine Cat. mss. Angliæ, etc., I, n. 726. — In natalem Jo. Bapt. Taurini in cod. 70. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 166, add. n. 24. HARL.

19. *Sermo brevis in Dominicam quartam Quadragesimæ sive Jejunii*, Latine ex Joannis Livineii versione prodiit sæpius cum Theodori Studitæ catechesi, de qua jam dixi. Incipit: *Fratres Patresque. S. Spiritus nos benignitas*. Livineius in codice ms. hunc sermonem reperit notatum numero octavum et sexagesimum. FABR. Venetiis in cod. Naniano 154, περὶ νηστείας καὶ ἀπαθείας. Inc. Ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ὁ τῆς τεσσαρακοστῆς καιὸς. Sequuntur undecim aliæ breves homiliæ Theod. Studitæ. V. Cat. codd. Gr. Nan. pag. 349, n. 31. HARL.

20. *Capitula quatuor de vita ascetica*, quæ Græce et Latine vulgata sunt a Petro Possino S. J. in *Tarsuro ascetico*, Paris. 1684, 4. Capita quinque mss. in bibl. Cæsarea memorat Lambecius IV, p. 146, FABR. Sive pag. 331, n. 19. ed. Koll. *Ibid.* in vol III. pag. 479, seq. cod. 89, n. 6, est Theod. Stud. Admonitio ad æmulandum SS. Patrum vitas; et n. 7, Admonitio ad pœnitentiam. HARL.

21. Ἐγκώμιον εἰς τὴν τρίτην εἴρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ ἁγίου προδρόμου. *Encomium in tertiam inventionem venerandi capitii (g) sancti Præcursoris Joannis Baptistæ*. Cum versione Francisci Combesii edidit Carolus du Fresne, sive Cangius, in libro cui titulus: *Traité historique du chef de saint Baptiste*, Paris, 1666. 4. FABR. V. supra, in hoc vol. pag. 260, not. p. — Vindobon. in cod. Cæsar. 35, multo pleniore quam editum est a du Fresne et in *Actis SS. Jun. ad d. 24*, tom. IV, p. 736; adnotante Kollaro in *Supplem. Lambec. Commentar.* tom. I, p. 253 seq. — In cod. Coisl. 307. V. Montfauc. *Cat. codd. Coisl.* pag. 424, d. 24 Febr. — Paris, in quinque codd. bibl. publ. secund. Cat. mss etc., vol. II. HARL.

22. Τροπάρια, κανόνες, etc. *Troparia canones sive hymni*, etc. Complura generis hujus, Studitæ incripta nomine, in Octoëcho, Menæis et aliis Græcorum libris Græce edita sunt. Itaque nostrum intellige, Theodorum monachum, cujus Canon catanyoticus sive hymnus de nocte decantandus ad Christum

NOTÆ.

servatum, una cum initiis singularum late enunnavit, discrimen nonnullarum significavit aliasque adiecit observations, Mingarell. in *Catal. codd. Gr. Nan.* p. 88-100, atque p. 126-131. Ex prioris codicis catechesi 29, publicavit, p. 91, locum de Thaddæo martyre. *Ibid.* in cod. 81. catecheses 130, quarum initia, omissis tamen titulis, reposuit Mingarell. *ibid.* p. 162 seqq. Primum adnotavit, illas a Livineio editas esse; at alio ordine dispositas et Latine, sed alicubi ita obscure, ut vix intelligatur, conversas. Tum pag. 164, seqq. tres catecheses, n. 37, quæ est apud Livineium 41, εἰς τοὺς βίους τῶν κτήρων; tum 110, apud Livineium 114, Περὶ τῆς μοναχικῆς πολιτείας καὶ ἀντιπαράθεως, etc.; atque 121, ap. Livineium 135. Περὶ ὑπακοῆς, etc.; speciminis loco Græce publicavit. — *Ibid.* in cod. 82, eadem Catecheses, de quibus vide Mingarellum, l. c. pag. 169. — *Ibid.* in cod. 228, n. 9, titul. Ἰὸν ἡ ἁγία Πατὴρ ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, διδασκαλία χρονικὴ τῆς ἐμῆς τῶν Στουδίτου· πολλὰ γὰρ κατήχσεις εἰσὶ τοῦ Στουδίτου· ἀλλ' αὕτη λέγε-

ται χρονικὴ κατήχσις· init. ἀδελφοὶ καὶ πατέρες ὧν ἐπιχειρῶ πᾶσαν ὑμῖν. V. Cat. cit. pag. 420. — Florentiæ in cod. Laurent, V, n. 1, plut. 55, Catechesis parva, capitibus 124, comprehensa. V. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* tom. II, p. 239. — Eadem 134 sermonibus constans, Paris. in cod. 893, n. 1, bibl. publi. et n. 4. Theodori carmina brevia atque epigrammata varii argumenti. — 131 Catecheses, *ibid.* in cod. 1018, n. 2; ad calcem vero occurrunt versus ambici nonnulli in auctoris laudem. De codd. Neapolit. V. supra, in vol. V, p. 791, n. 243; et p. 798, n. 5. Add. paulo infra, ad n. 23. HARL.

(p) Livineii versionem reprehendit Gretserus, *Rerum variar.* lib. I, cap. 2, p. 10.

(q) De inventione capitii S. Joannis Baptistæ confer Cangii *Constantinopolin Christianam*, lib. IV, p. 101. Eliæ de Pin *Bibl. scriptor Eccles.* tom. XVIII, pag. 142 edit. Amst., et Memorias Trevultianæ a. 1708, p. 418 seq.

Servatorem memoratur ms. apud Lambecium V, p. 268, (r). Ποιητὰς τῶν κανόνων Theodorum Studitam et Iosephum (episcopum Thessalonicensem), ejus fratrem, laudat Codinus Origg. CPol. c. 104, p. 50. Nicephorus Callistus in Synaxario: Πρῶτος δὲ πάντων, etc. *Primus autem omnium illud, tres odas, inquam, in typum, ut arbitror, sanctæ et vivificæ Trinitatis exogitavit magnus poeta Cosmas in magna sanctæque passionis Domini et Dei Servatoris nostri Jesu Christi hebdomade, — ex quo et reliqui Patres et inter eos præcipue Theodorus et Iosephus Studitæ eum æmulati, in aliis sanctæ magnæ Quadragesimæ hebdomatibus componentes, proprio Studiorum monasterio tradiderunt, odas istas magis ac magis producentes ac concinnantes.* Clari etiam apud Græcos hyinnorum et cantionum auctores Theodorus Ducas Lascaris imperator, cujus κανὼν παρακλητικὸς εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον describitur in Paraclitico, p. 181. Theodorus item Cætonita, Theodorus Santaberenus, etc., ne dicam de Theodoro Prodomo, qui hymnos Cosmæ et Damasceni commentario illustravit. Sed de Theodori Studitæ scriptis dicere pergamus, cui nonnulli viri docti tribuunt etiam vitam Theophanis confessoris (s), quam Latine ediderunt Lipomanus, Surius, Henschenius ad 12 Martii, et Combefsius e Barberino codice descriptam Græce cum Latina versione præmisit Chronico Theophanis edito Paris. 1655, fol. Tribuitur illi etiam in codicibus quibusdam (t) *Oratio in natalem S. Deiparæ*, quæ incipit: Λαμπρῶς πνευματοῦ ἡ κτίσις σήμερον. Sed plurimum codicum auctoritate asserit Joanni Damasceno, inter cujus opera prodiit Græce et Latine cum versione Allati tom. II edit. novæ, p. 849 (u).

Scripta Theodori Studitæ inedita, quæ a Jacobo Baunio in Elencho operum ejus commemorantur (v).

23. Ἡ μεγάλη καλουμένη κατηχητικὴ, etc. *Magna catechesis (x), tribus membris seu partibus comprehensa:* quarum una κατήχησις, continens sermones 44; altera μνηολόγιον, sermonibus 33; tertia διδασκαλία, sermonibus 137 absolvitur: *Liber complectens (præter 134 catecheseos [parvæ sermones, de quibus supra n. 15], catecheses collectas ex omnibus catechesibus sancti Patris nostri confessoris Theodori Studitæ, quæ et recitari debent diebus Dominicis, quarta et sexta feria, et in majoribus festis totius anni, sicut compositæ sunt.* Meminit auctor Vitæ pag. 21. Exstat hæc in regio Græco codice Paris. 2340. In cod. autem Paris. et in Paulino Lips., post illas Catecheses ita legitur: Θεοῦ τὸ δῶρον, ἡ γραφὴ δὲ Ἀρσενίου, ἐτελειώθη μὲν Ἰουλίῳ δωδεκάτῃ, Ἰνδικτ. ἰδ' ἔτους ςχμδ' βασιλεύοντος Ἰωάννου τοῦ Πορφυρογεννήτου. *Donum Dei istud: scripsit Arsenii manus, absolutum mense Junio, die duodecima, indicatione XIV anni VI. M. DCXXXIV, regnante Joanne Porphyrogenneta: qui annus incidit, ex supputatione Græcorum, in annum Christi 1136, quo Calo. Joannes Alexii Comneni f. Isaaci N. decimum nonum imperii annum agebat.* FABR. Catecheseon 29 titulos V. in Barvætii Catal. mss. Scorial. [quem recudendum curavit Phil. Labbeus, atque velut Supplementum III, adjecit Novæ bibliothecæ mss. librorum, p. 175 sqq. Græcorum, Latinorum et Gallicorum, seu Specimini antiquarum lectionum Græcorum, Latinarum et Gallicarum, Paris. 1653, 4; ubi p. 188, de magnis catechesibus Theodori Studitæ], et apud Oudinum, tom. II *De scriptor. eccles.* p. 36. FABR. Hujus Theodori Stud. Sermones catecheticos in festos totius anni dies mss. recensuerat Fabricius infra in vol. XII, p. 275, sqq. Atque, quoniam animadverti, plures doctos ad illum Fabricii indicem provocare, haud incommodum nec ingratum fore arbitrabor, si illum integrum hic suo loco, quasi postliminii jure, restituerem. Antea tamen juvat, codicibus et a Fabricio h. l. et a me supra, n. 15, memoratis, aliorum, in quibus præcipue magna catechesis continetur, adhuc notitiam subjungere. — Exstant igitur Paris. in cod. 5391, bibl. publ. catecheses selectæ 170, recitandæ in diebus Dominicis, in quarta et sexta feria, tamen et in magnis festis totius anni, Catechesi, ut ait

NOTÆ.

(r) Sive p. 563. Koll. de cod. 299, n. 6, ubi quidem Lambec. canonem illum ascripsit Theodorito. — Hymni anastasimi sive ἀνάστασις LXX, cum Expositione anonymi, aut Nicephori forte Callisti in cod. 4, Thom. Roe, s. n. 249, Cat. mss. Angliæ, etc. I. — Triodidum, opus Josephi et Theodori Studitarum, fratrum, Romæ in Bibl. Vaticana. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 9 C. — Canones, Paris, in cod. 1318, 6, Bibl. publ. — Mosquæ in cod. synod. II. Troparium. V. Matthæi Notit. mss. Mosq. p. 12, ed. in 8. HARL.

(s) V. supra, vol. VII, pag. cum nota z. HARL.

(t) Ita in Paris. 1481, n. bibl. publ. in Appendic. ad Cat. mss. Paris. vol. II, pag. 618. HARL.

(u) Vide hujuscæ *Patrologiæ* t. XCVI, col. 680.

(v) Pleraque Theodori Studitæ inedita latent in præstantissimo codice bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis, cujus notitiam in publicato programme dare cœpit Jo. Imman. Mullerus, Rosvino — Misionicus, Lips. 1719. De cod. Lipsiensi, qui præter ea alios octoginta, nondam editos, sermones continet,

conf. Felleri Præfat. ad catal. mss. bibl. Paulinæ et in catalogo ipso, p. 120; Jac. Tollium Epp. itinerar. pag. 78. Ex illo cod. unum sermonem in Dominicam cæci περὶ ἀπροσπαθείας καὶ ἐγκρατείας edidit Gr. Jo. Imman. Multer, *Diss. de Studio CPolitano*, pag. 33-36. Incipit: Ἀδελφοί μου καὶ πατέρες. FABR. Add. Schrockh, l. c. p. 110 seq. et Oudin. l. c. p. 34 seq. HARL.

(x) Fuit etiam in bibl. Scorialensi, in Mediceam autem venit ex Gerasini Blachi apparatu librario, de quo Combefsius in *Bibl. concionatoria: Rev. abbas Gerasinus Blachus duplo fere plures (quam ediderat Liveneius) sermones Theodori catecheticos exstare ad me scribebat, in quibus majores illos fuisse nullus dubito. At spretum nostris tantum ἑρμῆον, hoc solum arente munificentia Gallica, sic alias effusa: Magno interim Duce totam viri Græcorum suppellectilem sibi addicente.* In bibl. Coisliniana sive Segueriana Sermones catechetici, qui Theodoro Studitæ tribuntur, exstant ad 170. Vide Montfauconi Catalogum illius bibl. p. 376, 386 seq.

confector Cat. codd. Paris. regg. vol. II, p. 172. cuique præfixum est argumentum, iambo monosticho comprehensum. Is cod. a. Chr. 1136 exaratus est manu Arsenii monachi, ut ipse versibus iambicis trimetris, a Cangio Constant. Christ. lib. IV, pag. 152, editis, testatum reliquit. — Ibid. in codd. 1104, et 392, præfixa Theodoro Vita. — In codd. Naniensis (præter catecheticos sermones ex catalogo supra ad n. 15, jam citatos), 61 qui continet primo viginti duas catecheses Theod., tum alias ducentas triginta sancti abbatis continebat, quarum aliquæ nunc desunt (singulas curate recenset Mingarell. in Catal. codd. Gr. Nan. pag. 68-87); et 85 in quo 28 catecheses in Græcum vernaculum sermonem conversæ sunt. — In cod. Taurin. 327, et auctor Catal. codd. Gr. Taur. p. 405-410, singularum et titulos et initia reposuit, atque observavit multas in hoc indice occurrere, quarum nullam fecit Fabricius mentionem, et quas procul dubio ineditas esse putat auctar: idemque indicavit, quænam in edit. Latina jam lucem publicam aspexerunt. — Mosquæ in cod. synod: 361, catecheses 126. — In cod. 362, in quo quædam exciderunt; aliæ autem, quæ in superiore desiderantur, accesserunt; et in cod. 363, in quo sunt 74 priores, quæ in cod. 361 leguntur; inest quoque catechesis 28, qua cod. 361 caret, et post catechesin 60 inserta est alia, quæ incipit: 'Ἀδελφοὶ καὶ πατέρας, ἤδη πρὸς αὐτὴν ἔσμεν. V. Matthæi Notit. p. 239, seq. ed. in 9. — Matriti in cod. regio 4, de quo Iriarte in catal. codd. Gr. Matrit. p. 5-19, fuse diligenterque exposuit. Continentur vero imprimis Theod. Studitæ catecheses 163, in libros II distributæ, quarum titulos et initia cum earum titulis et initiis contulit, quas in bibl. Coislinian. codd. 271 et 272 refert Montfaucon., titulos vero tantum cum titulis sermonum, quorum indicem exhibet amplissimum Fabricius. Præterea adnotat, quæ singulæ, quæ multæ sunt, desiderentur in codd. Coislin., et pag. 8 animadvertit, omnes primi libri catecheses abesse ab indice Fabriciano, nec ullam earum, neque Græcæ, neque Latine, typis ad hunc diem prodiisse; p. autem 18, ait, libri secundi sermones 134, dici catechesin parvam. — Ad has catecheses pertinent, ni fallor, orat. quæ sunt in codd. Paris. bibl. publ. in cod. 755, n. 21, Oratio habita in vigilia sanctorum luminum: Τῶν φώτων τὰ προκύβητα; n. 20. Or. habita in vigilia natalis Christi (y): Τῷ μαρτυρῶντος φωστῆρος: Orat. in adorationem Soteris nostri, habita feria quarta quadragesimæ: Ἀγαλλιάσεως καὶ σωφροσύνης ἡμέρας; in cod. 815, n. 7. Catechesis de imitandis Christi passionibus: et n. 8, De Christianis in Bulgaria interfectis; — in cod. 887, n. 2, de Trinitate; — in cod. 1181, in Appendice, in natalem B. Virginis Mariæ. — In cod. 1491, n. 12, est ejus oratio funebris in matrem suam. — Subjiciam igitur ea quæ Fabric. quondam in vol. XII dederat. HARL.

Nactus sum, sit Fabricius, codicem, qui olim fuit Rudolphi Capelli nostri τοῦ μακαρίου, in quo Catecheses Theodori, laudati Capelli manu descriptæ, et Græcæ hactenus ineditæ, occurrant una et quinquaginta. Præmittitur autem Index sermonum 217, quibus magna, quæ vocatur, catechesis absolvebatur, qualis manu exarata etiam exstat in bibliotheca regis Christianissimi, nec non in codice bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis. Illos titulos hoc loco describere juvat, simulque apponere numeros sermonum qui ex illis jam editi exstant, sed Latine tantum ex Jo. Livineii versione (x) duobus codicibus Romanis usi.

Index Sermonum catecheticorum Theodori Studitæ, in totius anni festa. Numeri majores Latinis Livineii respondent, minores Arabici unctis inclusi ms. Græco codici.

NOTÆ

I [1]. Περὶ τοῦ ἐναγωνιώως διανύειν τὸν ὄλον ἡμῶν βίον. α'. Τῇ β' τῆς διακαινησιμίου.

II [2]. Ὅτι χρὴ ἀποθνήσκειν ἡμᾶς τὸν προαιρετικὸν θάνατον, καὶ περὶ εὐταξίας, β'. Τῇ Κυριακῇ τοῦ Θωμᾶ.

III [3]. Ὅτι δεῖ περιπατεῖν ἡμᾶς ἀξίως τοῦ μοναχικοῦ ἐπαγγέλματος, καὶ τοῦ διωγμοῦ οὐ δεδιώγμεθα, διὰ Κύριον, γ'. Τῇ Κυριακῇ τῶν μυροφόρων.

IV [4]. Περὶ τοῦ προσέχειν ἑαυτοῖς τοὺς ὀλεθρίους τύπους καὶ τρόπους τῆς ἁμαρτίας, δ'. Τῇ Κυριακῇ τοῦ παραλύτου.

NOTÆ

(y) Est quoque in cod. Tauriniensi 70, cum titulo: *Sermo in SS. Patres*, et confector Cat. codd. Gr. Taurin. p. 174, frustra hunc sermonem quæri in Biblioth. Oudinii et Fabricii, observat. HARL.

(z) Versionem Livineii reprehendit Jac. Gretseri *Verborum varietatum* lib. I, cap. 2.

(x) Hujus S. Domitiani mentio in illa catechesi his verbis: Τοιοῦτος ὁ μακάριος Δομητιανὸς ὃν ὀμνήμασεν εἰς ὀβτος μνημόσυνον μετὰ ἀγίων ἡλικῶν

1. De vita omni nostra sollicitè exigenda. *Dei secunda hebdomadis renovationis, sive quæ dlem Paschæ subsequitur.*

2. In memoriam B. Domitiani (a): oportere nos assidua morte voluntaria defungi, deque modestia. (b) *In Dominica S. Thomæ, sive, prima post Pascha.*

3. Vitam obeundam nobis esse dignam monastica professione et persecutione, quam pro Domino sustinimus. *Dominica unguentiferarum, sive secunda post Pascha.*

4. Circumspectionem adhibendam, noxiaque fugienda peccati loca et modos. *Dominica paralytici, seu tertia post Pascha.*

πραγματεῖαν ἐπραγματεύσατο, ἡλικῶν πολιτεία. ἐξήνυσσε, πόνοις, ὀλίγοις καὶ ἀγῶσι κληρωσάμενος γέρας αἰώνιον, ἄνθρωπος εὐτελής κατὰ σάρκα, ἀλλ' ἐπειδὴ εἴλετο ἀρετὴν καὶ ἠγάπησε Θεὸν, ὕψωσεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι τοὺς δοξάζοντας με ἐοξάσω, καὶ ἐξουθενῶν με ἀτιμασθήσεται. (I Sam. II, 30).

(b) Male in *Bibl. Patrum* Lugd. editum, *de modestia.*

5. Quod oportet nos fragrantē comparere studio virtutis. *Die quarta hebdomadæ ante mediam Pentecosten.*
6. De horrendo tribunali, deque præsentis vitæ nostræ diebus circumspecte transigendis, *Dominica Samaritidis, sive, quarta post Pascha.*
7. De moderatōne in affectibus et temperantia (c). *Dominica cæci, sive quinta post Pascha.*
8. De Ascensione Servatoris nostri Jesu Christi, vitæque inter nos ex Dei voluntate agenda. *Die quarta ante hebdomadem Ascensionis.*
9. Oportere sacrorum pura conscientia fieri participem. *Habita die festo Ascensionis.*
10. Oportere de variis nobis cavere cibis, et de temperantia. *Dominica SS. Patrum Nicænorum, sive post Ascensionem.*
11. De descensu S. Spiritus, et de humilis Euprepiāni (d) morte. *Dominica Pentecotes.*
12. Martyres esse non solos, qui sanguinem profundunt, sed etiam, qui vitam obeunt divinam. *Dominica omnium sanctorum, seu prima post Pentecosten.*
13. De renuntiatione, quæ sit mundo rebusque quæ in mundo sunt, atque doctrina de suscipiendis alacriter proprietatibus accuratæ vitæ monasticæ. *Die quarta ante Dominicam Carnisprivii, sive Sexagesimæ.*
14. De abstinentia ac confessione quæ a nobis requiritur. *In Parasceve Dominicæ Carnisprivii.*
15. De magno illo et illustri Domini nostri Jesu Christi die. *Dicta in Dominicam Carnisprivii.*
16. Quod confidenti et forti animo esse oporteat in præsentī persecutione. *Die quarta ante Dominicam Tyrophagiorum, qua casei et ovorum usus omittitur.*
17. De continentia et precatione. *In Parasceve ante Dominicam Tyrophagiorum, sive Quinquagesimæ.*
18. Quod oportet cogitatione recurrere et inspicere vitas Patrum nostrorum, similibusque moribus operam dare in vita. *Sabbato ante Tyrophagiorum Dominicam.*
19. De jejuniō et quemadmodum veri et morigeri
- V [5] "Ὅτι δεῖ εὐωδιάζειν ἐκυτοῦς διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν ἀναλήψεως, ε'. Τῆ δ' τῆς μεσοπεντηκοστῆς.
- VI [6]. Περὶ τοῦ φοβεροῦ κριτηρίου, καὶ περὶ τοῦ ἀσφαλῶς διαμείβειν τὰς ἡμέρας τῆς παρούσης ζωῆς, Ϛ'. Τῆ Κυριακῆ τῆς Σαμαρείτιδος.
- VII [7]. Περὶ ἀπροσπαθείας καὶ ἐγκρατείας, Ϛ'. Τῆ Κυριακῆ τοῦ τυφλοῦ.
- VII [8]. Περὶ τῆς Ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ θεαρέτους ἀναστρέφεισθαι ἐν ἑαυτοῖς, η'. Τῆ δ' πρὸ τῆς Ἀναληψίμου.
- VIII [9]. "Ὅτι δεῖ μετὰ καθαρῶ συνειδότος μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων. Ῥηθεῖσα ἐν τῇ Ἀναληψίμῳ, θ'.
- [10] "Ὅτι χρὴ ἡμᾶς προσέχειν ἐν τοῖς διαφόροις βρώμασι, καὶ περὶ ἐγκρατείας, ι'. Τῆ Κυριακῆ τῶν ἁγίων Πατέρων.
- IX [11]. Περὶ τῆς καθόδου τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τοῦ θανάτου τοῦ ταπεινοῦ Εὐπρεπιανῶ, ια'. Τῆ Κυριακῆ τῆς Πεντηκοστῆς.
- X [12]. "Ὅτι οὐχ οἱ δι' αἵματος μόνον μάρτυρες, ἀλλὰ καὶ οἱ διὰ βίου ἐνθέου πολιτευσάμενοι, ιβ'. Τῆ Κυριακῆ τῶν ἁγίων Πάντων.
- [13]. Περὶ ἀποταγῆς κόσμου, καὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ. Καὶ διδασκαλία τοῦ μετὰ προθυμίας ἐπαναιρεῖσθαι τὰ ἰδιώματα τῆς ἀκριβοῦς ἡμῶν διαγωγῆς, Ῥηθεῖσα ἐν τῇ δ' ἡμέρᾳ πρὸ τῆς Ἀποκρῶσεως, ιγ'.
- XLIX [14]. Περὶ ἐγκρατείας, καὶ τῆς προκειμένης ἡμῶν ὁμολογίας, ιδ'. Τῆ Παρασκευῆ τῆς Ἀπόκρῶ.
- L [15]. Περὶ τῆς μεγάλης καὶ ἐπιφανοῦς ἡμέρας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ῥηθεῖσα τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἀποκρῶσεως, ιε'.
- LI [16]. Περὶ τοῦ εὐθάρστους καὶ ἀνδρείους εἶναι ἐν τῷ παρόντι διωγμῷ, ις'. Τῆ δ' τῆς Τυροφάγου.
- LII [17]. Περὶ ἐγκρατείας καὶ προσευχῆς, ιζ'. Τῆ Παρασκευῆ τῆς Τυροφάγου.
- [18]. "Ὅτι χρὴ ἀνδραμεῖν ταῖς ἐννοίαις, καὶ ἀναθεωρῆσαι τοὺς βίους τῶν Πατέρων ἡμῶν, καὶ ὁμοιοτρόπως αὐτοῖς πολιτεύεσθαι, ιη'. Τῷ Σαββάτῳ τῆς Τυροφάγου.
- LIII [19]. Περὶ νηστείας, καὶ ὅτι τοῦ ἀληθινοῦ

NOTÆ

29. Σύντομος διδασκαλία τοῦ Στουδίτου Θεοδώρου, *Brevis institutio Theodori Studitæ.* Exstat in Græco libro ms. 32 collegii Jesuitarum Parisiensis, cui titulus: Διδασκαλία πᾶν ὠφέλιμος ἐκτεθεῖσα παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, *Institutio valde utilis exposita a SS. Patribus.* FABR. In cod. Mosquensi synod. V. Titulus: Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου σωτηρίας σύντομος διδασκαλία inc. Χριστιανός, μᾶλλον δὲ μοναχός ἐάν ὀμνῆσι. V. Matthæi I. c. pag. 17. HARL.

30. Ὑποτύψεις τῆς καταστάσεως τῆς μονῆς τῶν Στουδίτων. *Constitutiones monasterii Studitarum.* Græcum viri docti apographum habemus. Fabr. Adnotante Iriart. in catal. codd. Gr. Matrit. p. 19, sunt in fin. cod. 4 quatuor folia, quibus contineri videntur monasticorum præceptorum fragmenta ex constitutionibus monasterii Studitarum, I.) mutilum sine titulo et initio; II.) de sancta Quadragesima, inc. Ψάλλομεν III.) de quantitate in cibis et potionibus et recto in mensis ordine (observante Iriart. in Nesseliano bibl. Vindobon. catal. part. v, pag. 139, n. 3, memoratur Theodori Studitæ de quantitate ciborum asceticis; at is longe aliter incipit, ac caput in cod. Matrit.); IV, de proportione in monasteriis, et alia duo capita, quorum vero tituli et contextus, partim lacerati, partim vetustate detriti, legi non possunt. Ad illas constitutiones pertinere videtur *De præfectis monasteriorum, non irascendum* in cod. Mazarin. V. Montfaucon. *Bibl. biblioth. mss. II*, p. 1316. A. HARL.

31. Πραγματεία περὶ τῆς καθόλου οἰκονομίας. *Opus de dispensatione in universum.* Contra Mœchianos (s) haud dubie. Meminit ipse Theodorus lib. 1, epist. 49, p. 349.

32. Τετράδες sive Σύνταγμα, μηδὲν ἔξ ἑαυτοῦ etc. *Quaterniones* sive *Syntagma* (adversus Mœchianos,) in quo nullam prorsus sententiam propriam, sed duntaxat divinorum Patrum documenta et præcepta profert contextitque Theodorus, sicut ipse ait lib. 1, epist. 43 pag. 333.

33. Τετράδια etc. *Quaterniones, in quibus impia iconomachorum dogmata exponuntur confutaturque;* missi a Theodoro ad patriarchas Alexandrinum, Antiochenum et Hierosolymitanum, atque ad varia monasteria: sicut liquet ex Theodori lib. II, epist. 14, pag. 401 d, 404 c, 407 d, 411 b.

34. Στηλιτευτικὸς etc. *Invectiva adversus iconomachos.* Meminit hujus operis sui Theodorus ipse initio Antirrhethici primi, pag. 89 b.

35. Βιβλιδάριον καὶ τετράδες δεκατέσσαρες, ἐφ' οἷς εἰσι λόγοι καὶ βίοι τῶν ἀδελφῶν, ἑμμέτροις στίχοις. *Libellus et quaterniones quatuordecim, quibus continentur sermones et vitæ fratrum, versibus metricis.* Memorat Theodorus, lib. II, epist. 61, pag. 484 d.

36. Τριώδια τῆ ἁγίᾳ Τεσσαρακοστῇ, etc. *Triodia in sanctam Quadragesimam.* Mentio fit in vita pag. 69 a.

37. Βίβλος διὰ στίχων ἰάμβων, τὴν τε πλάσιν τοῦ γενάρχου etc. *Liber versibus iambicis, de primæ hominis creatione et lapsu, deque Caino, Enocho, Noemo, etc., et de universa Iconomachorum hæresi.* Auctor Vitæ, pag. 28 a.

38. Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, περὶ τῆς τῶν ἐν βρώμασι ποσότητος καὶ ποιότητος, *S. Patris nostri Theodori Studitæ de quantitate et qualitate ciborum.* In cod. 46, n. 3, Græco. Hist. eccl. mss. bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis. Vide Lambecium lib. VIII, p. 456. [p. 957. Kollar. Add. ad n. 30. ex Iriart. cat. ascripta. HARL.]

NOTÆ.

(q) V. supra, n. 21. HARL.

(r) Apud Lambecium, VIII, p. 451. [s. p. 947. ed. Kollar. Ἐκ τῶν ὄρων τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου καὶ Ὁμολογητοῦ, τοῦ Στουδίτου, περὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς Τυροφάγου ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μὴ μετέχοντες τυροῦ, ἀναθίμῃ καθυποβάλλονται. FABR. Lambec, laudat Leon. Alstatium in Diss. de Domi-

nicis et hebdomadibus recentiorum Græcorum § 11, col. 1422. et Jo. Meursii Glossarium Græce Barbarum, sub titulo, Τυροφάγος. HARL.

(s) Mœchianos appellat Theodorus eos, qui adulterio copulatas Constantini VI imperatoris nuptias dispensatione factas legitimas affirmabant.

Vita de vita et solitudine S. Joannis Baptistæ. Meminit Michael in Theodori vita p. 28 A.

Pericopæ quædam breviores: una, *De pænis quibus parentes multandi sunt, si infans intra septuaginta dies intra quadragesimum diem, mortuus sit absque baptismo.* In canonario collegii Jesuitarum Parisiensis. Aliæ duæ, in veteri collectione Græci cujusdam *De processione Spiritus sancti contra Lazarum* in cod. Reg. inscribitur *Confessio de Trinitate.* Hæc duo fragmenta Græce Sirmondus descripsit in *Vallicellano.*

His addi potest doctiss. Baumio præterita.

Ratio de vita et laudibus magni Arsenii, ex qua locum affert Allatius libro de Purgatorio, p. 733.

Arsenii anachoretæ, in monte Scethi Librariæ circa a. C. 455. Incipit: 'Αστήρ ἀειφανής ἡμῶν, cum Jo. Pini S. I. tom. IV, Act. SS. Julii 19, p. 617-631. Plura de hoc Arsenio ibid. p. 605: ms. Bodlei. *V. Cat. mss.* p. 418; V. E. Læsoheri *Edle-Fruchte*, III, p. 459. FABR. In cod. Coisl. *V. Montfauc. Bibl. Coisl.* p. 418. HARL.

Stal. mss. Angliæ, etc., tom. I, n. 280, in cod. Cromwell. 103. *Theod. Studitæ Testimonium.* in cod. τοῦ Θεοῦ Δαβὶδ, λέγοντος. — In cod. Barocc. 91, et cod. Th. Roe 18. s. n. 264 catalogi, *Quæstio responsa:* περὶ τῶν χειροτονηθέντων πρεσβυτέρων. — In cod. Laudi 36, s. n. 688 catalogi. *Excursus Audita.* — In Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 113, cod. 39 ad Naucraticum *De polygamia:* ib. *Fras. Excerpta,* p. 191, 193 bis, et 412. — Fragmentum in codd. Paris. bibl. pub. 1754, ubi de eo disseritur; et 3100. — Florentiæ in codd. Laurent. 36, 5, plut. 5; et 12, 3, plut. 9, fragm. de S. V. Bandin, cat. codd. gr. Laur. I, p. 61 (ubi is adnotat, fragmenta exhiberi a Leone Allatio Hottinger. c. 19, p. 421, et de consensu lib. II, cap. 13, § 4) ac p. 407. — cod. VI, 8, plut. 11. de prædeterminatione et præscientia Dei ἐκ τοῦ εἰς τοὺς ἀπ' αἰώνων κεκαμημένους τροπ. V. Baudin. l. c. III, p. 295. Idem tom. I, p. 99, 348 et 434. adnotat, Theodorum citari in *Exe. sacror. præceptorum;* tum a Jo. Cantacuzeno contra Palamam, et in *Theo. orthod. fidei.* Add. a h. vol. 280. HARL.

NOTITIA ALTERA,

Leonis ALLATII Diatriba de Theodoris apud ANG. MAI, *Biblioth. Nov. t. VI, p. 158.*

opus, a Studio monasterio, cui ipse præfuit, Studita dictus, auctor magni nominis. Multa ipse defensione sacrarum imaginum, et institutorum ecclesiasticorum, adeo ut universa ejus vita ulgo aiunt, iratis genioque sinistro transacta fuerit. Illius nimias miseras, carceres, exilia, pressionem, fuisse docteq. prosecuti sunt Michael monachus, et alius incertus, qui ejus vitam scripserunt. Michaelis monachi incipit: Πολλοὶ μὲν τῶν ἀγίων κατὰ διαφόρους χώρας. Incerti, qui in manuscriptis asservatur: Καὶ πᾶσι μὲν ἡδὺς καὶ τοῦ παντός ἀξίος ὁ μέγας Πατὴρ ἡμῶν καὶ τὸς Θεόδωρος (1). Eam Joannis esse, conjectura non levi diceret nescio quis, cum in fine vitæ Θεοῦ τὸ δῶρον, καὶ κόπος Ἰωάννου, *Dei donum, et labor Joannis* (2). Nisi labor ille non de com-
e, sed de descriptione etiam intelligi posset. Verum cum in dicto codice alia quoque eodem cha-
et similis scriptionis nota descripta sint, nec usquam dictum laborem memoraverit, nisi post
vitam, fortasse non inconsiderate de compositione intelligendus est. Sed id alii judicent. Ha-
præterea de illius obitu epistola proluxa Naucraticii monachi, tanti patris discipuli, ad fratres
es et patres (3).

enim illius tantum discipuli, sed alii quoque plerique in eo laudando, et in ejus rebus gestis
lis ingenuum calamumque exercuerunt, ut indicavit Michael monachus in ejus Vita.

finis esset, si quæ in illius laudes alii dictarunt, hoc in loco colligere conaremur. Apponam
odo troparia quædam ex meo manuscripto, quibus quantus fuerit hic vir in Ecclesia Dei aperte
i. Primum est: Ὁ ἀσκητικὸς βίος σου, ταῖς τῶν ἀρετῶν πράξεις, σοφὴ, ὡς ἥλιος ἀναλάμψας
ἔ, καὶ συγκαλεῖ πάντας εὐσεβῶς πρὸς σωτηρίας τὴν τρίβον, Θεόδωρε μακάριε· τοὺς ἐν ἀγνοίᾳ
κείας καὶ παθῶν, καὶ πολλῶν ἐγκλημάτων καθοδηγεῖ πρὸς θείαν γνῶσιν ταῖς διδασκαίαις τῶν ἔργων
ικ· ἀλλὰ καὶ νῦν μὴ παύσῃ ὑπὲρ τῆς ποίμνης σου τῷ Χριστῷ πρεσβεύων. II. Ὁ πρὸς τὸν Θεὸν ζῆλος
τοῦ Βακτιστοῦ χάριν σοι σαφῶς προσμαρτυρεῖ, θεοφόρε· τοὺς γὰρ πράξει μοιχικῆ φθίροντας

NOTÆ.

in initio exstat in editione Sirmondi vita
ygerens nomen auctoris Michaelis mona-
ni secus erat in codicibus Allatianis. At illa
πολλοί, tribuitur eidem Michaeli in duobus
in Vat. De hac re diligentius nos dicemus,
hanc Studitæ vitam typis trademus.

(2) Ergone edita vita a Sirmondo, dicenda est
habere auctorem Joannem? Inedita autem Michae-
lem monachum, cui reapæ inscribitur in codd.
Vaticanis? A. M.

(3) Edidit hoc Naucraticii scriptum Combesius,
t. II, Auctarii Bibl. PP. p. 855. A. M. — Vide in-
fra inter testimonia veterum. EDIT.

σαφῶς τῆς ἐκκλησίας τὸ κἄλλος, Θεόδωρε, διήλεγξας· ἐν παύσει γὰρ ἔμφανως καὶ δυνατῶς θάρσει θεϊκῶ, καὶ ὡς βίβησι τοῖς λόγοις ἀπίφραξας τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου γράφειν. III. Σὺ ὡς γεωργὸς ἀριστὸς νῆαν τῆ Θεῷ ἄμπελον, σοφῆ, φουεύσας ἐν εὐσεδείᾳ, καὶ ποτίσας θαψιλῶς λόγῳ διδαχῆς τῶν μοναζόντων τὰ πλήθη, Θεόδωρε πανόλβιε· τὴν βασιλίδα γὰρ ὡσπερ πόλιν τοῦ Θεοῦ ἀνέδειξας ἐν ταύτῃ, ἐν ἣ αὐξήσασα εἰς κἄλλος ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς, ὀρθοδοξίας πίστιν καρποφορήσασα ὁμολογίας. IV. Ὡς διφυῆ σε πηγὴν ἀένναα βρούουσαν νάματα ἐν κόσμῳ πιστῶς καὶ ὁσίως προστρέχομεν· ἐκείθεν δὲ λόγον διδασμάτων σου ὄν ἐκ χειλέων μελισταγῶν πλουσίως ἐκχέεις ἡμῖν· ἀλλ', ὦ ἱερόμυστε πάτερ, μὴ ἐπιλάβῃ τῆς ποίμνης σου ἡμῶν ἐκ πάσης ἀνάγκης, καὶ φθορᾶς, καὶ παθῶν λυτρωθῆναι, ἔγιασμένε Πάτερ Θεόδωρε. V. Ἡ τῆς πίστεως ἐπαυθούσα ἕρετῆ, καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν τῇ ἀσκήσει σου, πάντας ἔλκει πρὸς ὑμνοφῶν τῶν κατορθωμάτων σου. Θεόδωρε πανόλβιε· ὕθην τοῖς θεοῖς σου μέλισμασι, τὴν τῶν ἀνθῶν ποικιλίαν τρυφῶς ἐπαφῆκας ἡμῖν· διὸ συγκροτοῦσι χοροὶ γῶν ἀσωμάτων, καὶ πανηγυρίζουσι ἡ Ἐκκλησία τὴν μνήμην σου μουσικῶς ἐγκυχωμένη· Χριστὸν τὸν Θεὸν μὴ ἐλλίποισ προσεύειν τοῦ σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Sed de ejus scriptis agamus. Possevinus refert duo fragmenta eum reliquisse, alterum epistolæ ad Naucratiū filium, in qua agit de hæresibus et schismate; alterum autem fragmentum in quo agit de honore sanctis imaginibus deferendo, exstareque in tomo tertio *Bibliothecæ sanctorum Patrum Bignonii*, editionis secundæ. Opusculum vero antea prodiisse Antuerpiæ apud Joannem Stelsium anno 1556, adjunctum tribus libris Joannis Damasceni adversus traducētes et criminantes sanctorum imagines. Epistolam item catechetica scripsisse ad eos, qui causa sacrarum imaginum cultus in carcere essent, quos prestare in fide catholica hortatur, quam legimus in nono tomo *Annalium cardinalis Baronii* sub anno 914; quemadmodum alteram ejusdem Studitæ catechetica ad fratres sub anno 818; et aliam ejusdem argumenti, aliam quoque de Eustratio lapsum occultante, quæ est 16, in codice Columnensi, ex quo Baronius ipsam desumpsit. Disputationem quoque ipsius Studitæ adversus Constantinum Copronymum imperatorem anno 795. Sed hæc minutiora sunt, et longe illustrium scriptionum τεμάχια. Quare majora illius scripta numeranda sunt; a quo nos labore facile liberasset Sirmondus, si hunc patrem, quem a tanto tempore parturit, emisisset in lucem aliquando: sed quando id huc usque non egit (4), eorumque operum catalogum, ut colligere potuimus, contexamus.

Scriptit alias atque alias orationes de laudibus variorum sanctorum, et de ecclesiæ solemnitatibus. Et librum hunc, in quo hujusmodi orationes continebantur, vocavit πανηγυρικόν.

Ex his unam in *adorationem pretiosæ et vivificæ crucis*, quæ incipit, ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης ἡμέρα, edidit Græce et Latine Gretserus tomo II (p. 231), de oruce. Alia ejusdem in sanotum Platonem, cui ipse in eodem monasterio successit, et incipit, βήτορις μὲν καὶ σοφισταὶς ἡ πᾶσα σπουδῆ. Latine edita est apud Surium tomo VI, exstatque Græce in bibliothecis Vaticana, Barberina, et aliis (5). Meminit quoque illius Michael monachus in ejus vita: Καὶ ὁ τῆς προκατονομασθείσης ἀοιδίμου Θεοκτίστης δμαζίων Πλάτων ὁ σεβασμιώτατος· περὶ οὗ καὶ λαμπρῶς ἐσπουδάσθη τῆ μεγάλῳ Θεοδώρῳ ἔπαινος τὴν αὐτοῦ ἐκτιθεμένην ἀξιοπρεπῶς πολιτείαν. Et antea laudatæ celebris Theoctistes frater Plato quam maxime reverendus, de quo præclara laudatio concinnata est a magno Theodoro, illius vitæ institutum pro dignitate exponente (Scilicet in vita inedita vero Michaeli in scripta cod. p. 137).

Ineditæ sunt, quod ipse sciam. Ἐγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ἀγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. *Laudatio in dormitionem sanctæ Dominæ nostræ Deiparæ*. P. Φωνὴν σάλπιγγος κερατίνης βοῆς ἀλαλάζουσα γεγονότερον (6).

Ἐγκώμιον εἰς τὸ γενέσιον Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου. *Laudatio in diem natalem Joannis Præcursoris*. P. Ἀηδόνι τινὶ εἰς πολυφώνῳ (7).

Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἀποτομήν τῆς κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου. *Encomium in decollationem sancti Joannis Præcursoris*. P. Φαινή καὶ θεοχαρῆς ἡ συναγείρουσα ἡμᾶς πρὸς ἑορταμὸν (8). Epitomatores Gesneriani: *Theodori Studitæ sermo de inventione capitis sancti Joannis Baptistæ; encomium in sanctum patrem Epiphanium. Ni mendum sit in primo, et pro inventione capitis, abscissione legendum* (9). Alteram in *sanctum Epiphanium* nondum videre contigit (10).

Gerardus Vossius in notis ad *Thaumaturgum* (ed. p. 109) tradit in manuscripto cardinalis Sireleti sub num. α' haberi Theodori Studitæ sermonem in *Annuntiationem beatæ Mariæ Virginis* (11).

NOTÆ.

(4) Posthumus denique exiit Theodori Studitæ operum tomos Sirmondianus, in quo supra nominata ab Allatio scripta videre licet. A. M.

(5) Edita postea Gr. et Lat. apud Bollandianos t. I April. append. p. 46. A. M.

(6) Edidimus nos in tomo V *Bibliothecæ novæ Patrum*, part. II, p. 54. A. M.

(7) Apud nos tom. cit. p. 33. A. M.

(8) Item apud nos tom. cit. p. 43. A. M.

(9) Et *De decollatione*, et *De inventione capitis sancti Præcursoris* exstant orationes Studitæ, ut diximus in adn. tom. cit. p. 77. A. M.

(10) Ne nobis quidem hæc in *Epiphanium* oratio occurrit. Fortasse epitomatores Gesneriani scripserunt mendose in *Epiphanium* pro *Epitaphium*. Et enim tres epitaphicas Studitæ orationes nos memoravimus tom. cit. p. 77. A. M.

(11) Quærenda est hæc quoque oratio. A. M.

Penes me est oratio ipsius catechetica in Dominicam resurrectionis. P. Τί τοῦτο ἀδελφοί ἀγαπητοί καὶ φιλέοργοι (12).

Relatum est mihi doctissimum Sirmondum edendi hujusce Patris laborem intermisisse, quod plerasque illius orationes in varios sanctos, quæ nuntiabantur ipsi Scoriaci delitescere, nondum impetrare potuerat. Vereor ne fucus illi factus sit a sciolo quopiam (13), qui cum ejus catecheses percurrrens vidisset, varias ibi præponi solemnitates, et sanctorum nomina (veluti εἰς τὸ Πάσχα. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν. Εἰς τὴν μνήμην Μιχαὴλ τοῦ ἁγιωτάτου μητροπολίτου Συναδῶν. Εἰς τὴν μνήμην Ἰωάννου μητροπολίτου Χαλκηδόνος. Εἰς τὴν παραμονὴν τῆς κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου. Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἰνδίκτου. Εἰς τὴν μνήμην τοῦ μάρτυρος Θεοδοίου. Εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον τὸν ὁμολογητὴν. Εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ τοῦ Χρυσοστόμου καὶ τοῦ ἁγίου Ἐφραίμ. Εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν. *In Pascha. In transfigurationem. In memoriam Michaelis sanctissimi metropolitæ Synadorum. In memoriam Joannis metropolitæ Chalcedonensis. In vigiliam Deiparæ dormitionis. In principium indictionis. In memoriam martyris Thaddæi. In sanctum Paulum homologetam. In memoriam sancti Basilii. Chrysostomi, et sancti Ephræm. In annuntiationem, et similia*), opinatus est, eas diversas esse orationes de variis sanctis, ac solemnitatibus ab eodem dictas, et distinctas a catechesibus ibidem conservari; quod accidit quoque Possevino, qui post memoratas centum triginta quinque catecheses e Græco conversas, editasque Antuerpiæ opera Andræ Scotti, mentionem inducit sermonum centum triginta quatuor in anni totius festa a Joanne Bellerio ibidem emissorum anno 1603, interprete Joanne Livineio, quas tamen Theodori esse catecheses, testatur Gesnerus: *Prodierunt ante aliquot annos catecheses ejusdem Theodori, interprete ex Græco Joanne Livineio.*

Catecheses ipsius Latine edidere, ut diximus, Antuerpienses opera Andræ Scotti, et Græce passim in Italia reperiuntur in Vaticana, Allempsiense, Barberina, apud Germanos in Bavarica. Sciendum porro est Theodorum duos catecheseon libros composuisse, quorum alterum *Parvam catechesim* nuncupavit, centum triginta et quatuor sermones continentem, quos proprio ore discipulis suis didicavit: alterum *Magnam catechesim*, in qua proliziore sermone instituta monachorum explicat et doctrinam, qua absolutam illius vitæ rationem consequerentur. Fusius tradit auctor illius vitæ (cap. 35).

Quæ vero modo catecheses præ manibus sunt, cum numerum parvæ catecheseos exæquent, et brevioribus colloquiis consent, *Parvam catechesim* esse manifeste apparet. De magna an alicubi lateat indagandum curiosius est (14).

Scrpsit item librum dogmaticum, in quo oppugnatores imaginum validissimis rationibus refellit, et principum mala facta animose sugillat.

Inter hæc orationes accenseri debent quæ adhuc supersunt in Barberina, et regia Parisiis cod. 7091 (15). Ἀντιρρητικὸς πρῶτος κατὰ Εἰκονομάχων. *Antirrheticus primus contra Iconomachos.* P. Καὶρὸς τοῦ λαλεῖν, ἀλλ' οὐ τοῦ σιγῆν ἔστι τῷ ὀπωσοῦν δυναμένῳ. Ἀντιρρητικὸς δεῦτερος κατὰ τῶν αὐτῶν. *Antirrheticus secundus contra eosdem.* P. Ὁ μὲν τῆς ἀληθείας λόγος μονοειδὴς τις ὤτ. Ἀντιρρητικὸς τρίτος κατὰ τῶν αὐτῶν. *Antirrheticus tertius contra eosdem.* P. Δαυὶδ μὲν ὁ ψαλμογράφος μία βολιδί λειθου. Et hic quidem in quatuor capita dividitur.

Ejusdem. Ἐλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῶν ἀσεβῶν ποιημάτων Ἰωάννου, Ἰγνατίου, Σεργίου, καὶ Στεφάνου τῶν νέων χριστομάχων. *Criminatio et refutatio impiorum poematum Joannis, Ignatii, Sergii, et Stephani novorum Christi oppugnantorum.* P. Προβλήματὰ τινα πρὸς εἰκονομάχους λέγοντας τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μὴ ἔγγράφεισθαι κατὰ τὸν σωματικὸν χαρακτήρα. *Problemata quædam ad Iconomachos, asserentes Dominum nostrum Jesum Christum non effigiari secundum corpoream formam, capitibus quindecim.* P. Εἰ ἐκ δύο φύσεων, καὶ ἐν δυοῖ φύσει. *Ejusdem.* Κατὰ Εἰκονομάχων κεφάλαια ζ'. *Adversus oppugnantores imaginum capita septem.* P. Θεοποιεῖν ἔστιν, ἵνα ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ ῥήματος συνθίσεως. *Ejusdem.* Ἐπιτολὴ πρὸς Πλάτωνα τὸν πατρὸς πατέρα περὶ προσκυνήσεως τῶν σεπτῶν εἰκόνων. *Epistola ad patrem suum Platonem de adoratione venerandarum imaginum.* P. Ἐαυτοῦς παραμυθούμεθα προσλαλοῦντες τῇ ἱερᾷ κεφαλῇ ἡμῶν (16).

Epistolarum libros V, in quibus fortem ac constantem animum, neque miseriis, neque cruciatibus, neque minis principum obnoxium cernere est. Plures numero exstant in primo, et secundo, et tertio exsilio scriptæ in bibliothecis Vaticana, Barberina, Vallicelliana Romæ, ex quibus quæ historiam conti-

NOTE.

(12) Apud nos tom. cit. p. 24. A. M.

(13) Fucus Sirmondo non est factus; constat enim ex Baunli præfatione ad tomum Sirmondianum, nonnullas orationes ab Arcadio illi in Galliam missas, idque confirmat Holstenii epistola 77, ut diximus tom. cit. p. 1. A. M.

(14) Magna catechesis non exstat in codicibus Vaticanis, sed non deest in Parisiensibus aliisque, ut diligenter adnotat Harlesius in Fabrioli *Bibliotheca gr.* ed. nov. t. X, p. 449 seq., qui et unam ex his homiliis Græce edidit (tres autem ex minore coll. Mingarellius). Imo ibidem sigillatim recensentur catecheses CCXVII, quæ illam majorem collectionem constituunt. A. M.

(15) Qui sequuntur tres antirrheticus, imo et alia contra Iconomachos minora Theodori scripta, videntur mihi constituere illum ipsum librum dogmaticum, de quo supra. Cæterum et hi tres antirrheticus, et alia minora, quæ mox appellantur, scripta contra Iconomachos, leguntur in Sirmondiana, editione. A. M.

(16) Leguntur hæc omnia in editione Sirmondi. A. M.

nebant a Sirmondo jam olim in Latinam versæ sunt, puto modo et reliquæ quæ justum volumen efficerent.

De his omnibus Theodori scriptis clare admodum pertractat Michael quoque monachus in ejus vita.

Capitæ ascetica, κεφάλαια άσκητικά. P. Οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἡ άσκητικὴ ζωὴ. In bibliotheca Barberina num. 250.

Varios *Canones et Troparia* (17), quæ ad hunc diem in Ecclesiis Græcorum concinnantur. Canonum potissimam partem ipse cum Josepho fratre composuit, in templo sancti Romani, cum Leonis Iconomachi minas subterfugiens, ibi lateret. Origines Constantinopolitanæ nondum editæ (conf. *Imper. Orient*, t. I, ed. Paris. p. 55, cum diversitate.) Τὸν ἅγιον Ῥωμανὸν ἡ ἁγία Ἑλένη ἔκτισεν, καὶ πλησίον αὐτοῦ τὴν ἁγίαν σορὸν, καὶ τὸ λείψανον κατέθετο Δανιήλ, καὶ τοῦ μεγαλομάρτυρος Νικήτα (ed. Ῥωμανοῦ) καὶ ἑτέρων πολλῶν προφητῶν λείψανα, ἅπερ ἠγάγετο ἀπὸ Ἱερουσαλήμ ἀπελθοῦσα εἰς φιλάφρησιν τοῦ τιμίου σταυροῦ· λέγεται δὲ ὅτι οἱ ποιηταὶ τῶν κανόνων Θεόδωρος καὶ Ἰωσήφ οἱ Στουδίται ἐκτίσθη διὰ τὸν φόβον φυγόντες τοῦ συρογενοῦς Λέοντος τοῦ εἰκονοκλάστου ἐκάθητο, καὶ ἐποίουν τοὺς κανόνας· πεντακόσια δὲ ἔτη διῆλθον, ἀφ' οὗ ἐκτίσθη ὁ ναὸς μέχρι τῆς τῶν ῥηθέντων ποιητῶν κατοικίας. *Sancti Romani templum ædificavit sancta Helena, et prope ipsum sanctam thecam, et corpus deposuit Danielis, et magni martyris Nicetæ, et aliorum multorum prophetarum, quæ Hierosolymis advexit, cum illuc ad venerandam pretiosam crucem accessit. Fama est canonum compositores Theodorum et Josephum Studitas, ob metum Leonis Iconoclastæ in Syria nati, illuc confugisse, ibique morantes, canones, composuisse. Quingenti vero anni præterierant, ex quo templum ædificatum fuerat, ad dictorum postarum habitationem.*

Cum vero hujusmodi cantica in Triodio (liber est Græcorum ecclesiasticus, de quo nos alibi) multa abundarent, vel etiam potiore illius partem occuparent, quemadmodum et alia Josephi, factum est ut ille liber Theodori atque Josephi nuncuparetur. In Regia bibliotheca Parisiis cod. 1351. Τριώδιον σὺν Θεῷ, ἀρχόμενον ἀπὸ Τελώνου καὶ Φαρισαίου μέχρι Λαζάρου τοῦ δικαίου· ποιήματα Ἰωσήφ, καὶ Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου. *Triodion cum Deo, incipiens a Publicano et Phariseo, finiens in justum Lazarum, opus Josephi et Theodori Studitæ.* Id vero, ut jam dixi, asseritur, non quod totus liber Theodori ac Josephi sit, sunt enim etiam aliorum troparia et canones, sed quod major illius pars ad hos duos referatur (18).

Scriptis præterea *hypotyposim monasterii Studii*. Ἐ ὑποτύπωσις σὺν Θεῷ τῆς καταστάσεως τῆς μόντης τῶν Στουδίων. *Hypotyposis Dei gratia vivendi rationis monasterii Studii*. P. Πολλῶν ὄντων καὶ διαφόρων τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς μοναστηρίοις (19).

Item *Typicon* περιέχων τὴν ἅπασαν ἀκολουθίαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως. In quo ordo recitandi officii ecclesiastici singulis diebus exponitur. Est manuscriptum in bibliotheca Barberina (20). De Typicis quemadmodum de Triodio nos plura diximus in dissertatione de libris ecclesiasticis Græcorum.

Item *epitimia*, quibus pœnæ statuuntur illis, qui in suo numere deerraverint, vel deliquerint (21). P. Ὁ μὲ εὐρισκόμενος εἰς τὴν εἴσοδον τοῦ Δόξα ἐν ὑψίτοις.

Testamentum quoque condidit antequam moreretur. P. Ἀκούων τοῦ Θεοῦ Δαβὶδ λέγοντος· Ἦτοιμάσθη (22).

Carminibus vero iambico prosecutus est primi parentis ortus et prævaricationem, Caini invidiam, Enoch, Noe, et aliorum patriarcharum res gestas, nec non Iconomachorum hæresim.

Eodem metri genere administris monasterii sua cuique munia exposuit, ab ipso omnium præfecto usque ad postremum et infimum. Ex quibus reliqui sunt, qui habentur in bibliotheca Vaticana, Barberina, Altempsiana Romæ, et sancti Joannis in Carbonaria Neapoli (23). Tractavit quoque alia varii argumenti (24).

In Theodori Studitæ troparion quod dicit: Βάθει τῶν κριμάτων σου, Χριστὲ, πανσόφως προώρισας ἐκείνου τέλος ζωῆς τὸν τόπον, καὶ τὸν τρόπον. Διὸ οὗς ἐκάλυψε τάφος πάσης χώρας ἐν τῇ κρίσει σῶσον πανοικετρίμων. *Altitudine judiciorum tuorum, Christe, sapientissime prædeterminasti uniuscujusque vitæ finis*

NOTÆ.

(17) De Theodori tropariis diximus nos in præfatione ad eundem. Et sane codicem nobilem præ manibus habemus, ex quo ipso S. Sophronii troparia jam edidimus in Spicilegii Rom. tomo IV, A. M.

(18) Triodion ms, Vat. quod retro citavimus, septem alii melodi cum Theodoro componunt. A. M.

(19) Exstat apud nos tom. cit. p. 111 seqq. A. M.

(20) Item in codice Vat., ut diximus tom. cit. p.

102. A. M.

(21) Exstant item apud nos tom. cit. p. 78 et 138. A. M.

(22) Exstat in editione Sirmondi. A. M.

(23) Exstant hi iambi nunc in calce editionis Sirmondi. A. M.

(24) Hic Allatius complura Studitæ in scripto suo carmina subtexebat, quæ cum omnia in citata editione nunc legantur, nos omitienda putavimus. A. M.

locum et modum; propterea quos sepulcrum texit in omni regione, in tuo iudicio salva misericordiosissime; Exstat apud me salis docta expositio Machaelis Glycæ inter ejus epistolas manuscriptas.

Exstare etiam Studitæ nostri librum *De futura restitutione* (Possevinus interpretatur *resurrectione*, Græce e καταστάσεως) scribit Gesnerus, sed locum non indicat, neque apud quam inveniatur (25).

NOTÆ.

(25) Præter hæc recensita ab Allatio scripta, habentur in nostra editione tom. cit hæc. 1. *Judicium de compendio regularum S. Basilii*. 2. *Explicatio liturgiæ præsanctificatorum*. 3. *Supplementa brevia epistolarum*. 4. *Catechesis chronica*. 5. *De*

confessione et satisfactione. 6. *Quæstiones aliquot*. Insuper Allatius nonnullarum ex orationibus mentionem omisit, quas habes in nostro libro vel impressas vel commemoratas. A M.

PRÆFATIO

POSTHUMÆ SIRMONDÆ EDITIONI PRÆMISSA.

Quis quantusque vir fuerit Theodorus Studites, sive sanctitas vitæ et facta ejus præclara; sive doctrina, eloquentia et ingenii monumenta spectentur: quantaque viri auctoritas et existimatio in Ecclesia Orientali exstiterit; abunde docent, tum Vita a Michaele monacho, qui cum ipso vixit, accurate conscripta, quam in fronte ipsius Theodori operum apposuimus: tum etiam quæ collegimus veterum de eo testimonia: ac demum elogia sane luculenta, a nobis sublecta ex Baronii Annalibus: in quibus maximus cardinalis, vir acerrimi summique candoris, tam crebro tamque impense Theodorum Studitam ejusque scripta commendat, ac si opinionem de illo conceptam assequi verbis, sibi que ipsi in eolaudando satisfacere non possit.

Et vero. *Quis non hujusmodi virum quantis valet præconis prosequatur cuius eloquentia inspirata divinitus, et Ecclesias docuit, et sæculum confutavit?* liceat enim hic usurpare quæ a Maximo Taurinensi dicta sunt de Cypriano (in hom. 2, in *Natali D. Cypriani*) cui, si episcopatus apicem et martyrii titulos exceperis, multis certe nominibus conferri potest Theodorus, omnino fuit (*Ibid.*), in Theodoro perinde ac in Cypriano, et contra errores diaboli spiritualis sapientiæ plenitudo, et adversum persecutiones mundi Christiani pectoris indefatigata constantia. Vere hic mirabilis, atque omnium ubique studiis celebrandus: quem sanctitas sacerdotem, peritiam dolorum, fides tantum non martyrem consecravit: exulem certe pro Christo vincumque sæpius ac flagellis dirissime cæsum: martyrio interim paratissimum, capitisque supplicium quotidie sic expectantem, ut corona singulis diebus posset ascribi (Poutius in *Vita S. Cypriani*). Sed, qui difficillimis temporibus ad fidei pietatisque tutamen divinitus datus fuerat, revera Theodorus, diutius servatus est: quia debebat esse, qui dum Dei Populum vastabat persecutionis infeste insolens atque acerba grassatio; posset saucios homines, et varia expungentis inimici arte jaculatos, adhibita medicinæ cælestis medela pro qualitate vulneris, vel secare interim, vel

A fovere: qui innumerabiles monachos ac virgines ad congruentem pulcritudinis disciplinam, et ad habitum sanctimonia dignum velut frenis quibusdam coerceret: qui doceret pœnitentiam lapsos, veritatem hæreticos, schismaticos unitatem, filios Dei pacem et evangelicam legem: per quem, si non gentiles, at hæretici blasphemi vincerentur: a quo Christiani mollioris affectus circa suorum amissionem consolarentur spe futurorum: qui martyres exhortatione divini sermonis erigeret: qui confessores ad exemplum martyrii superstitibus reservatos incentivo tubæ cælestis animaret (*Ibid.*). Quæ quidem omnia magni Cypriani propria sic fuerunt, ut prorsus eadem in Theodorum Studitam mirifice conveniant.

Atque ut de magnitudine animi, quæ et in Cypriano enituit potissimum, aliquid dicamus: quis, ea legens quæ adversus nefarias Constantini adulteri nuptias gessit scripsitque Theodorus, cum pro domo Dei et evangelica lege prope unus maximi imperatoris potestati se opposuit; equis, inquam, hæc legens, ibi quoque non suspiciat constantiam illam, illud pectoris apostolici robur quo Cyprianus de viris potentibus Fortunato et Felicissimo Ecclesia pulsus scribebat ad Cornelium Papam (epist. 3 lib. 1): *Si qui sunt qui putant se ad Ecclesiam aditum sibi terroribus facere: pro certo habeant, contra tales clausam stare Ecclesiam Domini, nec castra Christi invicta et fortia, et Domino tuente munita, minis cedere Sacerdos Dei Evangelium tenens, et Christi præcepta custodiens, occidi potest, non potest vinci.*

Neque virtutibus tantam ac rebus gestis, sed et scriptis non parum similes exstiterere. Ac primum, ut in libris quos Cyprianus pro vero Deo adversus idolorum cultores, pro Christo adversus Judæos, pro Ecclesiæ unitate adversus Novatianos conscripsit, non modo *Historiarum omnium scientiam, ac verborum et sensuum splendorem* miramur cum Hieronymo (epist. 84 *Ad Magnum*), verum et Scripturarum fideique dogmatum intelligentiam suspicimus: sic in Theodori Antirrheticis, aliis-

que contra Iconomachorum hæresim lucubrationibus, præter dictionis copiam et nitorem, acumenque dialecticum et subtilitatem, qua sic premit adversarios, sic eorum technas retegit, cavillationes confutat, firmamenta omnia diruit, ut sanæ mentis cujusque eonsensum extorqueat; præter hæc, inquam; insignis Litterarum divinarum peritia, atque in argumentis ex intima theologia eruendis solertia elucet. Cumque adversus eandem hæresim tam multi postea præstantes doctrina viri pugnaverint; eos fere armis iisdem videmus, iisdem rationum momentis, tanquam certissimis, pugnavisse.

Sed Cyprianum pariter ac Theodorum commendat imprimis epistolæ, quas in causa haud valde dispari scripsere: alter quidem ut suos Africanos in fide adversus tyrannorum ac Christiani nominis hostium furorem; alter ut Orientalem Ecclesiam in doctrinæ orthodoxæ professione adversus imperatores hæreticos confirmaret. Quinetiam in epistolis utriusque spirat sane idem fidei, pietatis ac divinæ charitatis ardor, rerum divinarum par studium, humanarum contemptio: utrobique vis ad persuadendum et suaviter et efficaciter, altius penetrans in animos, in iisque dulces quosdam aculeos relinquens, et veri rectique amore vehementer succedens. Nec Theodoro defuit, quod Cypriano tribuit Lactantius (lib. v, cap. 1), *ingenium facile, copiosum, suave, et, quæ sermonis maxima est laus, apertum*. Cyprianus tamen pressior et astrictior, ut fere Africani scriptores, ac sententiis densior: Theodori autem oratio pro Græcorum ingenio, copiosior ac diffusior. Demum ut in Cypriani epistolis cernere est expressam antiquioris Ecclesiæ ac disciplinæ speciem et imaginem: sic Ecclesiæ Græcæ, imo et universæ, octavo ac nono sæculo statum: fidem, doctrinam, ritus sacros, ac moree ex uno maxime Theodoro licet cognoscere.

Porro autem quod Cypriano contingit, ut ingenti hæresis cujuscunque et schismatis odio ac ecclesiasticæ unitatis studio abreptus, aliquando a recto paulisper deerraverit: ita, dum ævi sui hæreticos Theodorus acerrime insectatur, dum execratur ipsorum communionem, ab eaque alios abstertere, alios revocare omnibus modis studet; aliqua subinde scripsit, quæ excusatione aut interpretatione saltem benigna egeant: præcipue quod rem sacramentorum attinet.

Baptismum quidem ipse non adimit, uti Cyprianus, hæreticis: nisi qui in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti minime baptizarent. Atque hoc modo intelligi vult (epist. 40, lib. 1) Apost. canonem LXVIII, quo sancitum erat, *eos qui ab hæreticis ordinati, aut baptizati essent, nec clericos esse posse nec fideles*: id, inquam, restringit Theodorus ad eas sectas quæ Trinitatis invocatione baptismum non consecrarent. At alia Iconomachis sacramenta, Eucharistiam præsertim, videtur abstulisse. Quippe in epistola quadam (epist. 187, lib. 11) eos qui hæreticorum in communionem decesserint, corporis

A et sanguinis Domini participes in exitu fulasse prorsus negat: *Hæreticum enim panem illum, non autem corpus Christi esse*. Apertius etiam et expressio alio in loco (epist. 24, lib. 11), *communione cum hæreticis, non panem Christianis communem sed venenum esse ait: quantumvis: illi orthodoxorum precibus* (quo nomine mysticas sacramentorum formulas sæpe antiqui vocitant) *in re divina utantur. Quippe illa preces perperam apud ipsos intelligi, neque id quod verba significant, credi. Quocirca, licet ritum adhibeant orthodoxum, incassum ipsos loqui, vel potius ludos agere, et contumelia liturgiam officere. Quemadmodum præstigiatores inter dæmoniorum sacra divinis canticis abutuntur*.

B Collegit quidem Algerus (lib. 111 *De sacrament. Euchar. cap. 1*) similia aliquot Patrum dicta: in quibus est illud Pelagii papæ in quadam epistola (*Ad Viatorem, sive Victorem, et Pancratium*): *A schismaticorum sacrificiis, potius autem sacrilegiis, abstinere debetis... Non est corpus Christi quod schismaticus conficit*. Alia omittimus quæ legere est Apud Algerum: cujus responsio est (cap. 12), Pelagii quidem verba non sic accipienda esse, *quasi corpus Christi essentialiter verum in sacramento non conficiunt schismatici; sed de corpore mystico intelligi debere: ut sensus sit, corpus Christi quod Ecclesia est, a schismaticis confici sive componi non posse; ac Pelagius ipse mentem suam prorsus ad illum modum explicat apud Gratianum (can. xxxiv, 24, q. 1), ubi epistolæ illius pontificiæ locus idem, sed aliquanto longior, recitatur. Ad alia autem Patrum dicta respondet Algerus (Ibid.) non aliud eos significasse, nisi hæreticorum sacramenta ipsis hæreticis vel eorum complicibus noxia esse et letifera, hoc est, sine exitibili scelere nec administrari nec suscipi*.

At Theodori locus, posterior saltem, simili responsione mitigari posse non videtur, sed satis aperte affirmare vim et efficientiam illius sacramenti ex administrantium fide pendere.

Sacras quoque ordinationes, quæ ab episcopis hæreticis vel ob crimen depositis peractæ essent, videtur irritas ac nullas putavisse. Sic, ad Naucratiū scribens (lib. 1, epist. 40), *in veris Dei ministris censerī non posse* ait, quos episcopus hæreticus ordinaverit. Ac in epistola (lib. 11, epist. 215) ad Methodium monachum (quam nos Theodoro vindicavimus, licet ipsam V. Cl. Joannes Cotelierius ediderit (*Monum. Eccl. Gr. t. III*) sub Nicephori patriarchæ nomine) de presbytero quodam per episcopum criminis causa depositum ordinato interrogatus. *Cum, inquit, manifesta sit absurditas, ne percontari quidem de hoc crimine debuistis; dixit quippe Christus: Non potest arbor mala fructus bonos facere (Matth. vii, 18). Quamobrem, etsi a proprio præposito, aut etiam a quopiam sancto pœnitentiam acceperit, non tamen solutus est ut rem sacram facere possit*.

Verum in his videtur habuisse quem, more suo,

sequeretur magnum Basilium, qui de episcopo per hæreticos consecrato ait (epist. 192: *Non agnosco episcopum, nec Christi illum sacerdotibus annumerarim, qui a profanis est manibus ad fidei destructionem præsul electus. Hæc mea est de illo sententia.* Moxque admonet, *ne, si manus illius impositionem quisquam acceperit; post, reddita pace, sacerdotati ordini sese accensere contendat.* Atque hunc basilii locum profert Theodorus (epist. 11, lib. 11). Cum autem eundem locum monachi objecissent in VII synodi actione 1, in qua episcopi tres ex hæresi revertentes sedibus restituti sunt; Tarasius patriarcha respondit: *Et ego execror eos qui ob huiusmodi causam et fidei destructionem sunt ordinati: et maxime si episcopi orthodoxi præsentibus fuerunt, a quibus poterant consecrari.* Sic enim est *maternus sensus*; at mox ait, nequaquam Basilium statuere, ut ab hæreticis ordinati, nunquam recipi possint in clerum: interdum enim in ea re dispensatum fuisse a Patribus: quibus contrarius credi Basilium non deberet. Ipsum igitur solummodo voluisse, ut id non nisi ægre admodum fieret. Patrierque Theodori locos sic explicari posse existimamus, ut duntaxat voluerit, tum episcopis hæreticis vel depositis, tum iis qui ordinationem ab ipsis scientes accepissent, sacris functionibus interdictum esse. In quo nihil est quod abhorreat a regula catholica, aut porro ab scholæ placitis: cum sit communis et constans theologorum sententia, Ecclesiæ ritu ordinatos ab episcopo hæretico vel deposito, sacramentum quidem recepisse: at, quia per nefas accesserint, aut ipsi quoque in hæresi versentur, tunc neque Spiritus sancti gratiam: siquidem hanc hæresis et quæcunque gravis nota excludit; neque jus officii sacri legitime exercendi recepisse: cum ipse ordinator eo jure per hæresim vel exauctorationem exciderit, proindeque illud tradere alteri minime potuerit.

Cæterum hæreticos, aut depositos excommunicatosve, consecrando eucharistiam vel ordinando, nihil agere, neque Christi corpus, ordinationi sue sacramentum conficere; potestatemque et characterem quem habuerant, ecclesiastica depositione abolito, non posse nisi nova ordinatione restitui, consuerunt olim catholici doctores aliqui: quorum testimonia collegit vir eruditissimus Joannes Morinus in Commentario de sacris Ecclesiæ ordinationibus (part. III, exerc. 5). Unum autem audiemus Gratianum, qui ea de re disputans I, q. 1, post canonem 45, sic concludit: non de omnibus generaliter sacramentis, sed de baptismo intelligi debere id quod Augustinus ait, sacramenta Christi per hæreticos ministrata, suo effectum non carere. Ac post canonem 74: *Patet, inquit, quod sacramenta ecclesiastica præter baptismum, ut supra dictum, ab hæreticis ministrari non possunt.* Nam de baptismo, quanquam aliquando certatum est, acceri me, tamen multo citius iudicata, et plenaria sicut Augustinus ait, synodi oraculo di-

tempta lis fuit. De reliquis sacramentis diutius dubitatum. Etsi de his quoque prorsus idem ac de baptismo statui debere, plurium semper potiorumque sententia auctorum fuit: sed nondum id ratum apud omnes et confessum erat, sicut postea fuit.

Erga eos qui in hæresim Iconomachicam lapsi, ad Ecclesiam postea redirent, severior videtur fuisse Theodorus, quam ferret illius temporis usus, et Ecclesiæ instituta. Nam clericas quidem hac tantum lege vult recipi, ut, peracta etiam pœnitentia, coreant honore omni ecclesiastico (epist. 191, lib. 11), *lector a lectione, diaconus a ministerio, presbyter a sacrificio arceatur* (epist. 6, lib. 11), *neque restitui possit ab ullo antistite* (epist. 119, lib. 11) *episcopus demum cedat episcopatu*; (epist. 20, lib. 11); *donec conventat synodus orthodoxa, quæ integram absolutionem impertiat* (epist. 11 et 96, lib. 11). *Laici autem ac monachi sanctis mysteriis, præterquam in morte, non participant.* Sane, viguit aliquot sæculis ea disciplina, ut clerici, qui ad hæreticos defecissent, ad Ecclesiam reversi, nunquam ad sacra munia, nec nisi ad laicam communionem admitterentur. Erat quippe *constitutum in Ecclesia*, ait Augustinus (epist. 50), *ne quisquam post alicujus criminis pœnitentiam, clericatum acciperet, vel ad clericatum rediret, vel in clericatu remaneret.* Sed paulatim relaxata hæc severitas. Novatianos cum suis honoribus synodus Nicæna restituit, atque haud paulo ante Cornelius papa scribens ad Cyprianum (epist. 46), *Maximum*, inquit, *presbyterum* (a Novato revertentem) *locum suum agnoscere jussimus.* Præsertim quod Maximus, et qui cum ipso recepti, circumventos se a Novato, paucis diebus ipsi adhæsisse, ac *sincera mente semper in Ecclesia fuisse profiteantur.* In Alexandrina autem synodo, anno Christi 362 coacta, cum instituta esset quæstio de iis episcopis ac presbyteris qui apud Ariminum perfidiæ Arianæ subscripserant; *multi quidem confessores fidei calore ferventes*, ut scribit Rufinus (*Hist. lib. 1, cap. 28*), *censebant nullum debere ultra in sacerdotium recipi, qui se ulcunque hæreticæ communionis contagione maculasset.* Tamen *communi decreto placuit*, ait Athanasius (*Ad Rufinianum*). *qui synodo præfuit, ut hic et ubique gentium, quicumque lapsi fuissent proprio arbitrio, et antesignani fuissent impietatis, si respicerent, ignoscendum quidem illis, non restituendos in cleri numerum. Qui vero non auctores, sed necessitate et violentia compulsi fuissent, visum est quidem illis ignoscendum, et in cleri locum restituendos: maxime cum probabilem defensionem et excusationem dederint.* Velut ii episcopi qui fucum in Ariminensi synodo passi erant. Postea demum mitius actum est cum omnibus in hæresim lapsis, etiam clericis qui damnato errore, veniam postularent. Cujus rei exempla congescit Joannes Morinus (*loc. cit.*).

Excipit adversus ista Theodorus (epist. 2, lib. 11), primo quidem transfugas haud ita recipi debere, ac qui antea in Ecclesia nunquam fuissent. Deinde (*ibid.*) inter hanc aut illam hæresim discrimen esse non leve: quin (lib. 1, epist. 40), hæreticos proprie esse duntaxat eos qui religionis Christianæ caput ipsum peterent, hoc est, Trinitatis fidem oppugnarent: cæteros vero, velut Meletianos, etc., potius schismaticos censeri debere. Iconomachorum autem hæresim esse omnium dei terrimam, ex Marcionis, Manichæi, Arii, Photini erroribus conflata, imo Judæis ac gentilibus impietate similem atque geminam, demum, qui ab ea redirent, sic accipi debere ut qui Domini nomen ejuravissent. At, quia in septima synodo, cujus recens tunc memoria, episcopi plures ab illa hæresi venientes, post editam catholicæ fidei confessionem recepti salvis honoribus fuerant: videri forte possit Theodorus concilii generalis placita haud satis veneratus. Et vero ex ipsius epistolis apparet, accusatum aliquando fuisse, quod synodum illam pro œcumenica non agnosceret, qua de re postea dicturi sumus. Nunc, quod lapsorum redintegrationem attinet, certe nusquam ille affirmavit, non posse illos rite in pristinum statum restitui; sed tantum rem voluit remitti ad synodum opportuno tempore cogendam, quæ pro suo jure, sicut Nicæna fecerat, sententiam ferret. Et vero Nicæni Patres non scripserant canonem sive legem, quæ in posterum, quid esset similibus in causis faciendum, definiret atque præscriberet.

Notanda demum ad ejus defensionem quæ scribit (lib. 1, epist. 38), de monachis, qui in VII synodo institerant, ut ex Iconomachorum hæresi conversi, ad sacerdotia non admitterentur; quique de ordinationibus apud hæreticos peractis quæstionem moverant. *Hi (Sabbas et Theoctistus) ne ab Iconomachorum, inquit, hæresi redeuntes episcopi in pristino gradus restituerentur, non quidem omnes, sed præcipui et principes hæreseos, juxta sancti Athanasii verba, restituerunt, quod sane absurdum non erat. Sed postquam synodus tunc congregata recipiendos omnes judicavit, exemplum secula quartæ sanctæ synodi; assenserunt et ipsi, nam in eo nulla erat rei necessariæ transgressio.* Notanda item quæ de Tarasio scribit (lib. 1, epist. 53), qui in eadem synodo præ cæteris auctor fuerat lapsos redintegrandi: *Quænam causa fuit cur a Tarasio dissentirimus? Fides? alqui palam orthodoxus erat, sacras synodos sequebatur... Eorumne qui ab hæresi revertebantur susceptio? at non ab illo hæc primum instituta: cum a sanctis Patribus triplici modo suscepti fuerint.*

Quod in epistola ad Gregorium (lib. 11, epist. 155), sex tantum sacramenta numerantur, atque in his quintum de monachica perfectione, sextum de sancte dormientibus: nimirum ea sacramenta vel potius mysteria intelligit Theodorus, de quibus sanctus Dionysius, quem et citat, in libro *De hier-*

archia ecclesiastica disputavit, qui quidem Dionysii liber in septem capita tribuitur: quorum primum, velut præmium est totius operis: sex autem alia agunt singula de singulis mysteriis, quæ in Theodori epistola, prorsus eodem ac eodem ordine, recensentur.

Quæ autem ex Dionysii libro nasci potest, de sacramentorum apud veteres Græcos numero, difficultas: hanc erudite tractavit explicavitque Leo Allatius cap. 16 libri III *De Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione*. Quo loco alios etiam laudat auctores, qui professionem monasticam sacramentis annumeravere: idque quo sensu intelligi debeat pluribus verbis exponit. Speciatim autem de Theodori Studitæ loco ait, ibi non spectari sacramenta quatenus gratiam efficiendi vim habent, sed quatenus perficiunt Ecclesiæ hierarchiam, vel modo aliquo singulari fideles ab infidelibus distinguunt, atque utroque isto sensu professionem monachorum, rite sacramentum appellari, monachos quippe, ob sanctioris vitæ studium, ad hierarchiam ornandam, atque ad ordines sacros, imprimis idoneos esse, deinde monasticis maxime institutis Christianos ab aliis omnibus distingui. Quemadmodum et unctio eorum qui pie obierunt insigne est Christianorum. Atque hoc est quod Theodorus ait, si unum ex illis sex tollatur similes ethnicis Christianos fore. Monet insuper Allatius, mysteriorum nomen apud scriptores Græcos latius patere, quam quæ apud Latinos sacramenta proprie nominantur. Notat denique Theodorum id præcipue agere, ut, Dionysii potissimum auctoritate, probet statum monachorum prorsus institutum esse ab eo, qui et aliorum auctor sacramentorum fuit: adeo ut qui de illius status institutione divina dubitat, non minus de sacramenti cujusque institutione possit dubitare: quod si ita se res habeat, tum Christianos fore similes ethnicis, qui omnibus Ecclesiæ Christianæ sacramentis carent. Plura legi possunt apud ipsum Allatium.

Sacrosanctum et indissolubile matrimonii relaxare vinculum videtur in epistola ad Albenecam (lib. 11, epist. 51); ubi femina nobilissimæ, monasticam vitam relicto marito inire meditante, primum quidem enitendum modis omnibus esse ait, ut hanc a viro veniam eblandiatur, at si is negare persistat; *Tunc, inquit Theodorus, si te tantus Dei amor incendit, id quod placet, etiam non volente marito facies.*

Omittimus quod de Theona viro sanctissimo proditum est (*Cassian. Collat. 21*), ipsum post quinque conjugii annos, dimissa uxore, quamvis invita et reclamante, ad monasterium se recepisse: cum viriliter, ut aiebat, apprehenderet Christi sententiam: *Qui non odit patrem... et uxorem, etc. Luc. xiv, 26*, cujus factum Cassianus, qui narrat, uti approbare non audet, sic neque damnare: propterea quod, non modo Patres, qui Theonam

deinde præ aliis sanctis viris diaconi gradu ornaverant, sed et Deus ipse visus erat approbare, qui eundem miraculis edendis insignem reddiderat. Cum igitur Theonas instinctu peculiari Dei, vinculum, cujus ipse auctor est, tunc dissolventis, id consilii cepisse merito credatur: fortasse Theodorus quidpiam simile de illustri femina suspicatus fuit. Id enim innuere aliquo modo videntur hæc epistolæ verba: *Magnum utique est quod expetiisti, et arduum, non modo ob cælestis Vitæ illius sublimitatem, sed etiam quod sis viro alligata, a quo divelli magnum negotium est: propterea quod ambos conjunxit Deus, qui ergo disjunctet? ipse nimirum qui conjunxit: qui ad præstantius vitæ institutum progredi cogit.*

Sed Theodori epistolæ valde similis est Basilii locus in Regulus fusius disputatis (interrog. 12); ubi traditur quo ritu ad religiosam vitam admitti debeant qui matrimonio juncti sunt. *Percontandi sunt, inquit, num consentiente altera parte hoc faciunt, ex præcepto Apostoli.* Vir enim, inquit ille, sui corporis potestatem non habet (I Cor. VII, 4). *Et si hoc da ab ipsis fieri compertum sit; tum multis adhibitis testibus admitti debet qui accedit, siquidem nihil est quod Dei jussis potius haberi debeat. Si vero dissidens si altera pars, quod videlicet minus sollicita sit quomodo placeat Deo, hic ea convenit meminisse quæ dicta sunt ab Apostolo:* In pace autem vocavit nos Deus (ibid. 15). *Et si parendum præcepto Domini qui dixit:* Si quis venit ad me et non odit patrem... et uxorem (Luc. XIV, 26), etc. *Neque enim est quod antiquius haberi debeat, quam ut Dei jussis pareatur. Cætorum nos plerosque novimus qui ex intenta oratione, assiduoque jejunio, ad finem quem optabant pervenerunt: quippe cum Dominus eos qui usquequaque sunt obstinati, sæpenumero etiam per corporalem necessitatem adigat sensim, ut recto alterius partis judicio consentiant.* Basilium fortasse de matrimonio rato, sed nondum consummato loqui ait Belarminus (De monachis, lib. II, cap. 38). Si autem de consummato loquatur (quod certe multo verisimilius), tria ibi ab ipso præcipi, primo, ut qui sic accedit, interrogetur num de uxoris consensu faciat. Deinde, si repugnet uxor, parendum tamen esse Christi præcepto: *Qui non odit, etc.* Cum autem duo hæc pugnent inter se; statim adjicit Basilus, aliquos precibus impetravisse a Deo, ut conjux morbo correpta consensum præbers cogeretur. Hoc itaque vult sanctus episcopus, ut nempe conjugatus, si monachus fieri cupit, primo consensum uxoris obtinere conetur: si non potest, Deum oret, ut uxori eandem mentem injiciat, ac tum demum ipse voti compos fiat: simulque et Apostolo pareat, dum non relinquit invitam conjugem; et Christo, dum ipsius amorem amori uxoris anteponit. Atqui Theodorus in epistola qua de agitur, Basilii, quem et citat, vestigiis insistere videtur. Primum enim feminam illam monet, ut amaro impetrare discedendi licentiam studeat, quantum in ipsa erit: sic enim virum quoque for-

A tasse ad vitam monasticam adjecturum esse animum; quod si ille non consenserit, tunc, si eam vehementior quidam Dei amor incendat, facturam quod placuerit. Mox autem ait, quo dictum velut corrigeat: *Sed res ea multum habet difficultatis... Tene igitur optimum vitæ institutum in quo versaris: tua enim facta illustria audio, et quomodo, abdicata principum familiaritate, tibi uni ac bonis rebus vaces. Nam et in isto vitæ genere salutem consequi potes, etiam cum viro. Postmodum, uti Dominus fortunaverit, sic ages, nec virum contristans, sed potius divina conversatione inſpectens* (Epist. lib. I, epist. 27; lib. II, epist. 72).

B De synodo post sextam, sicut ipse nominat (quæ et πενθῆκτη, *quinisexta*, quasi quintæ et sextæ appendix sive supplementum; et Trullana dicitur a loco ubi coacta fuit) ubique perhonorifice loquitur: ejus canones laudat (Ant. II, n. 38), tanquam sacras, divinos, ac Deo dignos, divinorumque Patrum voces: eorum auctoritate passim honorem sacram imaginum vindicat (Refut. poem. Iconom., II, 35); a quinque patriarchis receptos fuisse ait: denique synodum illam vocat (Antir. II, n. 38) *sanctam œcumenicam*, sicut ipsa se nuncupaverat.

C Ab iis vero elogiis valde discrepant quæ de eo cætu prodiderunt auctores optimi: Beda (De sex æt. in Justiniano), et Marianus Scotus (in Chronico), qui synodum erraticam; Paulus Diaconus, qui erroris synodum appellat (De rebus Langobard. lib. VI, cap. 11): Anastasius Bibliothecarius (in Præf. ad synodum VII), qui conditas ibi regulas, non modo diu incognitas in Ecclesia Latina, minimeque interpretatas fuisse, sed neque in aliarum sedium patriarchalium, etiam quæ Græco sermone utuntur, archivis reperiri ait: ideo nimirum quod *nulla earum sedium tunc, cum canones illi ederentur, aut promulgans aut consentiens, aut saltem præsens inventa erat.* Sergius autem papam (Anastasius in Vita Sergii) nec precibus nec minis adduci potuisse, ut illos reciperet, deinde, cum ad Joannem VII (Id. in Vita Joan. VII) natione Græcum missi fuissent, ut saltem emendaret; ab eo pontifice remissos esse quales acceperat. Alia omittimus similia istis testimonia veterum quæ exstant: adversus Theodorum Balsamonem, aliosque Græcos posteriores, qui synodum illam prorsus æquant œcumenicis: antiquiores enim Græcorum annalium scriptores, Theophanem, Cedrenum, Zonaram, Constantinum Manassem, Glycam, conventus illius mentionem nullam habere, tanquam silentio sepultum ipsi voluerint, Baronius notavit (ad an. 692, num. 14). Typos quidem sive canones, qui sexti concilii dicebantur, memorat Theophanes, et quoniam tempore promulgati fuerint disquirat: at de synodo ad id collecta ne verbum quidem. Denique in Spiritu sancto legitime congregatam nemo prudens dixerit, ut Baronius ait (ibid., num. 5), in qua, *explosa veneranda antiquitate, omnia sibi improba*

novitas arrogavit, ac nonnulla doctrinæ orthodoxæ decretis aperte contraria sancivit.

Habuit tamen Theodorus Studites sui de synodo illa iudicii auctores sane gravissimos. Nam primo sanctus Tarasius patriarcha, Ecclesiæ Romanæ perquam addictus, in litteris ad tres patriarchas, quæ in VII synodo œcumenica (act. 3) lectæ fuerunt, ait: *Sanctæ sextæ synodi... etiam depromptos canones recipio, in quibus refertur: In quibusdam venerabilium imaginum picturis agnus, etc.*: qui est Trullanus canon 82. Cumque in eadem synodo (act. 4) Elias presbyter canonem eundem ex charta, definitiones sanctæ ac universalis sextæ synodi continente legisset; atque nonnulli, ut apparet, refragarentur; hos vero Tarasius gravi oratione increpuit, chartam hanc ipsam esse affirmans in qua SS. Patres subscripserant: deinde Trullanorum canonum auctoribus fidem asseruit: eosdem nimirum episcopos, qui in sexta synodo errorem Monothelitarum damnaverant, post quatuor vel quinque annos convenisse, ac canones illos edidisse: idque ex ipsorum subscriptionibus constare. Demum, cum in alia synodi ejusdem actione (act. 6) Epiphanius diaconus rursus eundem de imaginibus canonem, tanquam unam ex regulis quas sextæ synodi Patres sub Justiniano nutu divino congregati ediderant, laudavisset: tunc ulli amplius reclamavisse non leguntur. Ac Tarasii successor Nicephorus, in duodecim capitum opusculo adversus Iconomachos (*Biblioth. PP. Lugd.*, tom. XIV): *Quæ recte, inquit et pie a Patribus sanctæ sextæ synodi tradita et decreta erant, hæc respuerunt et conculcaverunt. Sic enim divini Patres nostri, cum in quibusdam venerandarum imaginum picturis agnum, etc.* Et in oratione apologetica contra eosdem hæreticos eidem Nicephoro inscripta (Apud Allatium *De consens.* lib. I, cap. 27), canones illi sanctæ sextæ synodi prolixè commandatur. Nec omittendus est Joannes Damascenus, qui in tertia de imaginibus oratione, sub finem, citat *sancti concilii sexti sub Justiniano celebrati de sancto concilio quinto. In quibusdam sanctarum imaginum picturis agnus exprimitur, etc.*

Quin etiam Romanus pontifex Adrianus I in litteris ad Tarasium patriarcham, quæ pariter in VII synodo (act. 14) lectæ fuerunt, ait: *Omnes sanctas synodos suscipio cum omnibus regulis quæ jure ac divinitus ab ipsis promulgatæ sunt: inter quas continetur: In quibusdam venerabilibus, etc.* moxque hanc regulam *testimonium orthodoxæ fidei* vocat. Idemque pontifex in epistola ad Carolum regem pro synodo Nicæna II (*Coll. Concil. Labb.* tom. VIII, pag. 915) quibusdam respondens objicientibus, testimonium sextæ synodi ad imaginum adorationem nihil attinere: *Idcirco, inquit, testimonium de sexta sancta synodo protulerunt, ut clarifice ostenderent quod jam, quando sancta sexta synodus acta est, prisca temporibus, sacras imagines et historias pictas venerabatur. Unde ipsa sancta*

A sexta synodus fideliter per canones orthodoxe statuens, ita constituit, dicens: In quibusdam venerabilium imaginum picturis Agnus, etc.

Ipse porro Anastasius, ex quo pleraque adversus cœtum Trullanum, reprehensionis capita depromuntur, in octavæ synodi præfatione ad Adrianum II, postquam affirmavit Ecclesiam admittere omnium omnino probabilium Patrum et sanctorum conciliorum regulas et institutiones, illas duntaxat quæ nec rectæ fidei, nec probis moribus obviant, sed nec sedis Romanæ decretis ad modicum quid resultant, quin potius adversarios, id est hæreticos, potenter impugnant; tum addit: *Ergo regulas, quas Græci a sexta synodo perhibent editas, ita in hac synodo (octava) principalis sedes admittit, ut nullatenus ex his illæ recipiantur quæ prioribus canonibus, vel decretis sanctorum hujus sedis pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur adversæ.*

Inde adeo conjiciunt quidem viri docti (Christian. Lupus in Notis ad *Canones Trull.*, pag. 1077), quempiam Romanum antistitem, fortasse Constantinum, Constantinopoli in congressu cum Justitiano Imp. ex omni Trullanorum canonum numero quosdam selegisse atque approbavisse. Et vero Adrianus, annis 58 Constantino posterior, non omnes ait recipere se, sed uti vidimus, eos qui jure ac divinitus promulgati erant. Pariter itaque Tarasius, Nicephorus, ac Teodorus Studites aliquas quini-sextæ synodi regulas laudare tanquam sanctas ac legitimas, earumque auctoritate uti potuerunt.

Prætermittimus quod aliqui notaverunt (Franc. Combefis. in *Auctario PP. Gr.* tom. II, pag. 209); cum Justinianus Trullana capita ad Joannem VIII pontificem misisset, enixe rogans ut quæ digna viderentur sanciret, alia excluderet: cumque pontifex *humana fragilitate timidus*, eadem sicut acceperat remisisset ad principem, quemadmodum Anastasius in Vita Joan. VII testatur: Græcos fortasse rem sic interpretatos, quasi Joannes ea tacite approbaret, vel certe ipsorum conscientiæ permitteret.

Jam vero ut de canone 82 cujus auctoritate sæpius utitur Theodorus, aliquid addamus; scimus graves esse auctores (Baronius, ad an. 692, n. 44; Bart. Ciaranza), qui a Romana Ecclesia nunquam approbatum fuisse illum contendunt: siquidem, inquit, vetabat ne Christus agni specie pingetur: cujusmodi imagines Ecclesia Romana sæpè in usu et honore habuit. At Bellarminus (*De imag.* lib. II, cap. 8) de eodem canone ait: *Non prohibet istas imagines, sed anteponebat tantum istis imagines Christi in forma humana.* Ac Bellarmini sententiam pluribus explicat Greterus (lib. II *De S. cruce*, cap. 12): formam nimirum humanam aptiorem fuisse ad memoriam conversationis Christi in carne, et cruciatuum ac salutiferæ mortis ipsius, sicut canon ait, excitandam. Postea tamen Petavius (*De incarnat.* lib. XV, cap. 13) contra Bellarminum: *Manifeste, inquit, decernitur in illo canone, ut non*

amplius Christus in agni figura sed potius hominis exprimatur. Nobis tamen interpretatio Bellarmini et Gretseri verior videtur: præsertim cum veteres, non modo Græci sed et Latini, ipseque Adrianus pontifex, pro sacro imaginum cultu canonem illum laudaverint absque ulla exceptione. Utrum enim putabimus eos labem et vitium, aut non vidisse, aut de eo non admonuisse, ne approbare viderentur? Deinde, *imagines in quibus agnus exprimitur, venerabiles sive sanctas* nominant Trullani Patres; moxque, *veteres figuras atque umbras, ut veritatis notas et signa Ecclesiæ tradita, complexi se aiunt, quantumvis gratiam et veritatem anteponant.* Quod igitur postea decernunt, ut Christus, loco veteris agni, forma deinceps humana exprimatur; necesse non est sic accipi, ut agni formam penitus abrogent; sed tantum ut formam humanam deinceps præferri velint.

Sed Theodoro invidiam conflavit imprimis epistola ad Arsenium monachum (lib. 1, epist. 38), parum digna, ut quidem Baronius ait (ad an. 787, n. 63), homine catholico, nec modo contumeliosa in Tarasium patriarcham, sed adversus synodum quoque Nicænam 11, temeraria quædam et aperte falsa continens. Tarasium quidem quod attinet. Sabbas alique monachi, homines severi, ac fidei et disciplinæ ecclesiasticæ studio incensi, ægre tulerant in synodo vi, sicut jam dictum, ex Iconomachorum hæresi conversos, favente et annitente præ cæteris Tarasio, in communionem et gradum receptos fuisse. Cumque post peractam synodum, idem patriarcha lapsos ac pœnitentes quoscunque singulari benignitate exciperet; eam ob rem monachi, atque in his Theodorus, alieniores a Tarasio fuere. Sed gravioris sunt momenti, quæ synodum ipsam attingunt. Postquam igitur nimiam illam erga lapsos facilitatem et indulgentiam notavit epistola ad Arsenium (lib. 1, epist. 38), tum, *Roma vero, inquit, minime hæc probavit; absit: sed neque synodum ipsam habuit pro œcumenica, sed pro locali, et quæ proprium illorum locorum errorem emendasset. Neque enim aliorum patriarcharum vicarii erant qui pro iis sedebant: falsum. Siquidem Romani non propter synodum, sed ob aliam causam missi huc venerant. Quare et depositi, ut fertur, post reditum fuerunt ab eo qui miserat: quamvis coactos se fuisse causarentur. Alii autem ex Oriente qui-lem, sed a nostratibus persuasi et inlucti, non autem a patriarchis missi, qui nihil sciverunt, ne postea quidem, propter gentis metum scilicet. Hoc autem idcirco faciebant homines nostri, ut hæresi adhærentem populum facilius ad orthodoxam fidem pertraherent, cum œcumenica synodus coacta foret.*

Epistolam hanc conflictam esse, ac Theodoro ab ipsium adversariis suppositam, Baronii et quorundam aliorum suspicio est. Cæterum, criminationi ansam aliquam præbere potuit, tum viri severitas erga lapsos in hæresim, tum quod non uno in loco synodum illam sanctam quidem vocat, et pro veri-

tate stabilienda collectam ait (in Epitaphio Platonis): at œcumenicæ titulum non adjicit. Ac in subscriptione orthodoxi, postquam (pag. 135) *sanctas sex synodos œcumenicas, aliasque variarum regionum œcumenicis consentientes, et eam quæ post sextam laudavit, sic pergit: Nec non synodum Nicænam secundam, etc., quasi hanc ab œcumenicis dividens.*

Verum aliis in locis dierte nominat *œcumenicam* (Epist. lib. 11, epist. 172 et 176): atque a quinque, id est omnibus, patriarchis receptam affirmat (Epist. lib. 11, epist. 127). Ac demum in congressu cum Nicephoro patriarcha, purgavit sese, ac de illa synodo, simulque de Tarasio quid sentiret, palam professus est, sicut ipse narrat in epistola ad Petrum Nicænum: ubi inter cætera, ait (Epist. lib. 11, epist. 127): *Quinelliam, cum mentio fieret de domino beato Tarasio (nam et ab eo dixerant nos descivisse et secundam in Nicæa sanctam synodum, localem appellare), nos vero et illum in sanctis Patribus habere, et synodum verbis scriptisque œcumenicam confiteri probavimus.* Addit tamen: *Licet aliqui aliquando, et aliquo modo, et quibusdam aliter responderimus. Quæ quidem non oportet, sicut nec ea quæ tunc aliter acta sunt, inquirere nunc et reficere. Id enim tumultus causam præbet, etc.* Quibus verbis fateri videtur errorem; quanquam postrema hæc verba fortasse ad solam dissensionem a Tarasio pertinent.

Quod si et Nicæne synodo aliquandiu cunctatus sit tribuere quantum par erat; fuerunt et alii, qui, citra hæresis aut schismatis notam, illius synodi auctoritatem agnoscere initio detrectaverint. *Constat enim, ut Sirmondus notavit (in Admonitione de can. 2 Francford. tom. II Conc. Gall. pag. 131), sic in quæstione imaginum versatos esse, tum synodi Francofordiensi, tum Carolini voluminis auctores, ut sibi non cum œcumenico concilio, sed cum peculiari Græcorum, ut appellabant, synodo, rem esse contenderent. Ita enim passim in libris illis profitentur (lib. Car. Mag. cap. 18; ibid. lib. 111, cap. 11): querunturque propterea, illam sibi aut universalis, aut septimæ synodi nomen arrogare: cum œcumenicam dici posse negarent, ad quam soli Græci convenissent, reliquarumque provinciarum Ecclesiæ convocatae, aut sententiam per epistolas more ecclesiastico rogatae non fuissent. Et quidem, si rem suis momentis expendamus, satis omnino causæ vivebatur, ut synodum, cui tot adhuc provinciarum ac totius pene Occidentis suffragia deessent, pro œcumenica nondum haberent. Nec Adrianus ipse aliter se sentire ostendebat; qui allatam e Græcia synodum, ut Hincmarus docet (ad Laudunensem, cap. 20), in Galliam misit, conciliumque ejus causa convocari a Carolo jussit: et libris Carolinis, quibus oppugnato est, ita respondit, ut œcumenicæ synodi nomen illis auctoritatemque nusquam objiciat. Quare habebant, ut dixi, hac in parte Galli quo se defenderent. Ac Petavius (lib. xv De incarnat. cap. 11), cum ipse*

synodum vii, ab Adriano inter œcumenicas receptam fuisse, affirmet, addit nihilominus, Occidentalis Ecclesiæ Catholicos initio reclamavisse *absque ullo tamen detrimento communionis et pacis*; tum synodum illam post annos octoginta eoque amplius, a quibusdam Gallis adhuc receptam non fuisse, Anastasii Bibliothecarii testimonio docet. Nec nisi *paulatim*, ut deinde ait, *Ecclesia Gallicana, una cum sacrarum imaginum veneratione, septimam est amplexa synodum œcumenicam.*

Deinde, tunc cum Theodorus de Nicæna synodo ea scripsit, quæ offensionem movere possent; fortasse nondum ullæ in Orientem venerant pontificiæ litteræ, quibus Romana sedes rata habere se synodi decreta testaretur. Adrianus quidem certe in epistola jam superius laudata ad Carolum regem Francorum, qua eos confutabat qui Nicenam synodum ii oppugnaverant (quam epistolam post concilium Francofordiense, proindeque post annos septem a Nicæno scriptam fuisse, censet Labbeus, quod utique admodum verisimile), ait quidem: *Ipsam suscepimus synodum*: at paulo post adjicit: *Nos vero adhuc pro ea synodo nullum responsum hactenus eidem imperatori (Græcorum) reddidimus: metuentes ne*, etc. Ac fortasse nec postea reddidit: quippe qui proximo post Francofordiense concilium anno diem obiit. Atqui (*Epist.* lib. ii, epist. 129 in fine) *certitudinem fidei repetendam esse a Romana sede: illius (epist. 88) sedis judicium ab universa Ecclesia exquiri et suscipi debere*: (epist. 74) *per illam fideles inter se et cum reliquis patriarchis uniri: huic (epist. 79) deferri summam œcumenicæ synodi potestatem: nationales quoque synodos approbari ab ea debere*, passim prædicat.

Postremo Romanam Ecclesiam non omnia illius synodi suscepisse, et quidem in canonibus inesse quosdam nævos, notaverunt viri docti (*Vide* Christ. Lupum in Notis ad concil. vii, pag. 1241). Ipseque Anastasius Bibliothecarius in præfatione ad illam synodum: *Sane notandum est, inquit, quædam in hac synodo ex apostolorum, et sextæ universalis synodi canonibus et sententiis (Trullanis nempe) inveniri, quæ penes nos interpretata nec habentur, nec admittuntur.* Demum graves etiam viri censent (*Ibid.*), nec singulas synodi actiones, nec universas quæ ibi exstant episcoporum interlocutiones ac sententias, sed commune duntaxat fidei decretum, a Romana Ecclesia confirmatum fuisse. Decreti porro illius vindex acerrimus semper fuit Theodorus (*Epist.* lib. ii, epist. 72): *a quinque patriarchis, igitur a Romano etiam Ecclesia, facile receptum fuisse* affirmat: proindeque tanquam synodi œcumenicæ decretum amplexus est.

Quam in epistola ad Lucianum monachum (*Epist.* lib. ii epist. 50), pœnitenti absolutionem impertitur, non fuisse sacramenti propriam, sive a peccatis, adnotavimus ad oram libri. Sed altera quædam fuit, a pœnis nimirum, absolutio: cujus et alia exempla, tum ex Joannis Jejunatoris libello

A Pœnitentia, tum ex quodam Euchologio manuscripto deprompta profert in suo *De Pœnitentiæ disciplina* Commentario (lib. vii, cap. 25). Joannes Morinus: atque hanc in rem primum notat, in more apud Græcos fuisse, ut absolutio illa non ante pœnitentiam daretur, nisi raro admodum, ac per œconomiam et indulgentiam; deinde, generalem peccatorum absolutionem interdum in illa inseri; denique hanc fuisse Græcorum sententiam, posteriori absolutione illa priorem perfici et quodammodo compleri. Quocirca in quibusdam ejus formulis, sacerdos Deum orat, ut pœnitenti perfectam et integram veniam concedat: omnem maledictionem et excommunicationem irritam efficiat: id est, non culpas modo, sed et pœnas condonet. Ex illo igitur Theodori loco, nullum penitus pro epistolari, ut vocant, absolutione sacramentali colligi potest argumentum. Et vero sacramentum pœnitentiæ, sive in Græca sive in Latina Ecclesia, nunquam nisi præsens ministratum fuisse, fidem facere potest vel hoc unum, ut cætera nunc omittamus, quod passim in vetustis monumentis, in canonibus conciliorum, in scriptis Patrum, absolutio sacramentalis, manuum impositionis vocabulo designatur: non potest autem nisi præsens presentio manuum imponere.

Baptismum Christianum nisi aqua perfici non posse constans est catholicorum sententia. Theodorus vero videtur secus existimavisse (*Epist.* lib. ii, epist. 157). *Ex necessitate, inquit, legis mutatio; et quidem prisca temporibus talia facta cernimus: atque hunc arena infusa, in desertis locis, eo quod mors instaret, baptizavisse, et baptizatum esse; et alium aliter.* Tum subjicit id quod de pueris ab Athanasio puero baptizatis, deque Alexandro episcopo baptismum illum approbante, veteres quidam scripserunt.

Dubium non videtur quin respexerit ad historiam quæ in *Prælo spirituali* (cap. 176) narratur: juvenem Hebræum, cum per deserta et arida loca iter haberet, repente gravi morbo correptum, ac morti, ut putabat, proximum, postulavisse a sociis, qui Christiani erant, ne mori abaque baptismo sinerent. Cumque hi responderent, neque aquam ibi, neque sacerdotem adesse, cum tamen utrumque requiri baptismi legibus dicerent: nihilominus, qui id enixe precabatur æger, quemdam nomine Industrium, arenam in ejus caput ter effudisse, cum his verbis: *Baptizatur Theodorus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, juvenemque ex templo convaluisse. Sed Dionysium episcopum, ad quem res est delata, hæsitavisse quidem aliquantum, ob redditæ sanitatis miraculum: tamen, de consensu cleri, jussisse, ut Judæus ille aqua baptizaretur. Simile prorsus exemplum, vel potius idem, postea libris suis inseruit Nicephorus Callisti (lib. iii, cap. ult.): atque illic quoque Dionysius episcopus, quisquis fuit, mandavisse perhibetur, ut Judæus ille aquæ baptismum susciperet. Quod et

aliter de baptismo illo arenario Theodorus judicavit (nam imprimis verba hæc, *baptizasse et baptizatum esse*, idem videntur esse ac si dicat non frustra fuisse baptismum illum, sed vere baptizatum hominem fuisse, etsi hanc ejus mentem esse non omnino liquet), sed si ita sensit, fatendum est omnino erravisse.

Erunt fortasse quibus haud adeo probentur et ea, quæ de ambiguarum vocum, ac mentis, ut vocant, restrictionum usu tradit (*Epi.* lib. II, epist. 39). Quæsierat ex ipso Athanasius monachus, num liceret, ubi de amici capite ageretur, mentiri. Respondet ex magni Basilii sententia (*Regul. brev. interrog.* 76), mendacium a Christo damnari absque ullo prorsus discrimine. At statim subjicit, id, quod Athanasius mendacium vocaverat, mendacium non esse. Tum his exemplis mentem suam declarat. *Venit ad me puella quam stuprator insequitur : orat illa : Ne stupratori me prodas. Huic igitur percontanti : Num venit huc puella ? si negem, non mentior ; non quod non esse domi puellam cogitem, sed quod per reticentiam negem scelus apud me admissum iri. Iterum aliud : Gladium mihi commisit aliquis : mox reposcit quo se interimat. Si dixerit : Nec novi. nec accepi, non mentior ; nosse enimvero me nego aut accepisse, ut gladium tibi ad necem porrigam.*

Non deerunt, ut diximus, qui hanc viri aliqui sanctissimi, ac severitatis evangelicæ strenui ubique assertoris sententiam (quam ille nonnisi cunctanter et timide, ut in re perdifficili ac lubrica, proposuit) quadam recti et boni specie patrocinari mendacio et fraudi existiment. Ac multas opponunt gravissimas auctoritates : Augustini præcipue, quem contendunt, in iisdem exemplis, hoc est, ubi vita etiam alicujus aut pudicitia summo in discrimine versetur, prorsus Theodoro contraria statuere (*De mendacio*, cap. 6 et 7).

Hujus loci non est, difficillimæ ac latebrosissimæ, ut ipse Augustinus (*Enchir.*, cap. 8) vocat, quæstionis accuratior tractatio. Tantum, pro re præsentis, atque ad mentem Theodori exponendam, breviter perstringemus, quæ insignes theologi, atque in iis Joannes Malderus Antuerpiensis episcopus singulari tractatu (*De restrictionum mentalium abusu*) explicavit : quorum hæc fere summa est : Mendacium nullum posse unquam justum esse, sicut Augustinus ait (*De mendacio*, cap. 15). Deinde, non mendacium modo in Litteris divinis, sed fallaciam omnem, atque imprimis os bilingue damnari (*Prov.* VIII, 13 : *I Tim.* III, 8), candorem simplicitatæque commendari, Non quo tamen non liceat interdum, imo et necesse sit, veritatem celare ac tegere : *Sacramentum regis abscondere bonum est* (*Tob.* XII, 7). *Qui fidelis est animi, celat amici commissum* (*Prov.* XI, 13). Jam vero verba ambigua et tacite restricta, tunc mendacio carere aiunt, cum circumstantiæ rerum, personarum, aliæ signa externa, sunt ejusmodi, ut, tanquam voces quædam, indicare aliquo modo ac supplere possint in quod

A sermoni deest, et quod loquentis mente retinetur : vel certe cum ex illis circumstantiis intelligere potest vir prudens, satis justa causas adesse, cur tu rem quantumlibet tibi notam efferre nolis. Quam in rem scitum est illud sancti Hilarii (lib. IV *De Trin.*) : *Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi.* Hoc est, non ex verbis solis, sed simul ex variis rebus adjunctis desumenda est. Sic in iis quæ per ludum et jocum dicuntur, loquentis vultus aut gestus facit, ut verba accipiamus sæpe in contrarium sensum, utque jocum merum esse, non fallaciam et mendacium, intelligamus. Pariter, quo legitimæ sint locutiones restrictæ, doctores illi requirunt ut alicunde affulgere possit aliquid lucis, utque vir solers odorari queat, non sola verba tunc attendi debere. Etsi autem obscura forte sit significatio illa externa et verbis adjecta ; nihilominus posse ipsius ope mendacium vitari. Certe enim aliud est, rem obscure loqui vel significare ; aliud, falsum dicere ac mentiri.

Quod si reticentiam ac restrictionem animo loquentis conceptam, prorsus nulla res ullo modo aliis indicare possit, ac ne suspicionem quidem injicere, aliquas esse graves et justas causas, cur verum aperte effari non debeas ; tunc, sive mens verba restringat, sive non restringat, nihil interesse aiunt. Quippe restrictio tacita et occulta penitus, neque res ipsas, neque significationem vocum mutat : proindeque nihil jam erit quod impediatur quominus verba, si aperte falsa sint, vel acutissimos decipiant, atque adeo in mendacii culpam incurrant.

Monent autem auctores illi, quamvis mendacii vitio vacet mentis restrictio ad eum, quem requirunt, modum comparata ; adhuc tamen videndum, ut nemini ea res fraudi sit, neque ulli fiat injuria. Addunt ne sic quoque debere illud artificium, nisi parce admodum, usurpari : tum quia nonnihil committitur contra simplicitatem candoremque sermonis : tum etiam quia non levia inde incommoda possunt existere. Nam crebriori ejusmodi restrictionum usu non parum minuetur loquentis auctoritas, quam tamen quisque conservare ac tueri debet. Deinde, nihil est, sicut Chrysostomus notavit (*Hom.* 14, *in Ephes.*), quod odia et inimicitias æque pariat, ac falli et deludi.

Moneat etiam, cum tu loqueris ultro minimeque interrogatus, tunc vix fieri unquam posse ut hæc veri involucria non sint culpæ alicui affinia. Sed si urgeat importuna interrogatio, tuque nihilominus jus habeas celandi veritatem (quod quidem jus nemo non habet aliquibus in rebus), imo, si rem prode nequeas, quin inde aut tibi, aut alteri, grave malum immineat : tum vero licere aiunt, ubi aliud non suppetit quo scitanti eludas, sermonem ambiguum, suspensum, ac tacite restrictum adhibere : modo accedant, velut restrictionis præsidium, circumstantiæ quales paulo ante descripsimus. Tunc enim periculum nullum esse ne mendacium com-

mittas : simplicitatis autem leges longe graviori ac strictiori, puta charitatis, justitiæ, fidelitatis, præcepto facile cedere. Illud, inquam, tibi plane licere statuunt, etiamsi iudices eum cui loqueris, alio, quam qui verus est, sensu verba esse accepturum : sed si ille fallitur, id vel ipsius imprudentiæ, vel conditioni rerum, non tibi, debere imputari.

Ut eodem ac Theodorus exemplo utamur ; gladium poscenti ad flagitium, respondes : *Gladium non habeo* : mente retines, quem tibi nunc porrigere velim aut debeam ; quod mutila responsio reticet, id res ipsæ seu circumstantiæ loquuntur, vel potius clamitant. De arcano fidei tuæ commisso, ais : *Nequaquam scio* : nempe quod subintelligis, ut prodam, aut possim prodere : non mentiris. Quin, responsio, etiam dimidiata, non modo rebus ipsis, sed et menti tuæ (nam ex verbis et iudiciis illis fit significatio plane consona menti loquentis), imo etiam interrogantis menti satis accommodata est. Respondisti enim ad id quod percontator voluit, aut certe velle potuit, ex te scire. Non enim censendus est voluisse, nec jure potuit velle, aperiri sibi ea, quæ oportuit justissimas ob causas occulta esse : atque hoc quilibet vir cordatus satis intelligit.

Permulta sunt hanc in rem, non testimonia modo atque auctoritates, sed et sanctorum hominum exempla, etiam divina, Unicum proferimus. Quod Christus dixit : *De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque Filius, nisi Pater* (Marc. XIII, 31), S. Augustinus in hunc modum exponit (conc. 1 in psal. xxxvi) : *Utiliter Deus latere voluit illum diem, ut semper sit paratum cor... Quia vero Christus magister nobis missus est ; etiam Filium hominis dixit nescire illum diem, quia in magisterios ejus non erat, ut per eum sciretur a nobis.* Idemque alio in loco (In psal. ix) ; *Potest et ipse dies adventus Domini recte numerari inter occulta Filii. De illo enim die dictum est, quod nemo eum sciret, neque Filius hominis. Quid ergo tam occultum, quam id quod etiam ipsi iudici occultum esse dictum est ? Non ad cognoscendum, sed ad prodendum.* Pariter Hilarius ait (lib. ix De Trin.), quia scientia abscondenda est interdum, idcirco et nescientiam confitendam esse. Dein sic pergit : *Negat ergo Christus se scire, ut scientia possit esse abscondita : ne scientiæ securitas negligentiam fidei dissimulatæ excitaret.* Chrysostomus (hom. 2 in Act.) ait Christum metu quodam tenebras apostolis offudisse, cum dixit se nescire : tum, *Quomodo*, inquit, *si puer poscat aliquid quo non egeat, aut etiam quod possit nocere, id occultantes, ostendimus illi manus vacuas, dicentes : Ecce non habemus ; itidem et ille fecit apostolis. Illi quærebant accipere, hic negavit se habere. Quid igitur ? Nescis ea quæ sunt Patris ? an ipsum quidem nosti, cæterum, quæ facit, ignoras ? obsit ! sed ita se gerit quasi nesciat. Nam hoc doctoris est, docere, non quæ vult discipulus, sed quæ discere expedit.* Similia in illum Evangelii locum

scribunt Basilius (lib. II *Contra Eunomium*, Ambrosius (lib. v *De Fide*, cap. 8), Hieronymus (in cap. xxiv *Matth.*), Isidorus Pelusiota (lib. II, epist. 117), alique : ac verba Christi sic explicant, atque ita intelligunt, ut si dixisset : *Diem illum Filius non novit, ut vobis aperiat ; sive, quia hominum magister est, celare homines debet id quod eorum interest ignorare.* In quo reticentiam, sive mentis restrictionem utique agnoscunt, atque hanc satis esse ut a divinis verbis procul absit quæcunque mendacii suspicio.

Ex his porro jam satis liquet mendacii vitio vacare pariter exempla quæ ex Theodori epistola proferuntur. Quas enim ibi responsiones tacite restrictas suggerit, certe nemo est vir prudens, qui non possit facile, tali rerum statu, sic intelligere, quemadmodum Theodorus ipse exponit. Neque repugnat Augustinus, aut alii Patres, vel theologi, saltem longe plurimi ac præstantissimi. Et vero id unum illi omnes contendunt, mentiri nunquam licere : quod Theodorus ipsis omnino assentitur. Ac Augustinus quidem (in psal. v), *Illud vere, inquit, quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est. Tanquam, verbi gratia, si cui gladius commendatur, et promittat se reddilurum, cum ille qui commendavit, poposcerit : si forte gladium suum repetat jurens, manifestum est tunc non esse reddendum, ne vel se occidat vel alios, donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor ; quia, cum promitteret se redditurum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere.* Et alio in loco (*De mendacio*, cap. 2), *Culpa mentientis, inquit, est in enuntiando animo suo fallendi cupiditas.* Atqui, si scelus prohibere ille idem homo aliter non possit, quam hac responsione : *Nec novi, nec accepi*, nempe, *ut tibi, quod tacitus cogitat, ad mortem porrigam ; an tunc potior causa erit cur cor duplex habere censeatur ? num fallendi, ac non magis servandi hominis cupiditate sic respondiisse.* merito credetur ?

Demum, quæ de restrictione tacita, qualem vindicavimus, Theodori epistola adjicit : *Nefas utique hoc fieri mea causa, ne moriar : tunc enim mendacium est ; nec jurandum omnino, neque pro sua ipsius, neque pro allerius salute, manifesta est enim legis violatio.* Hæc utique doctrina laxior non dicitur : imo ; si Malderum aliosque gravissimos auctores sursum audiamus, præter modum etiam severa est. Sed fortasse, monachus Theodorus ad monachum scribens, ibi legem intellexit a Marciano Augusto promulgatam, qua cautum erat ne clerici adigerentur ad jurandum : *Quia, inquit imperator, ecclesiasticis regulis at canone a beatissimis episcopis antiquitus instituto, clerici jurare prohibentur* (Cod. Th. lib. 1, tit. 3, leg. 25). Quod quidem Marciano edictum ad Constantinopolitanos potissimum clericos pertinuisse innuit Henricus II in diplomate (Goldast. *Consuet. imp.* pag. 77), quo ipse dicit Marciani constitutionem ita intelligi debere statuit

ut ad omnium Ecclesiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Et quidem Græcos præ aliis ab omni juramenti genere abhorruisse, satis constat: adeo ut pontifex Honorius III (*Extrav. de verb. sig. cap. 51. Vide Lud. Tomassini Tract. de juram. cap. 2.*) cum de Græcis quibusdam monachis rebellibus Ecclesiæ reconciliandis ageretur, nec posset ii ullatenus induci ad præstandum juxta formam Ecclesiæ juramentum; ipsos hac vice cum sola promissione manuali recipi, et severitati aliquid detrahi mandaverit.

Sed in istis diutius fortasse versati sumus quam ferant præfationis leges; alia si occurrent, quæ obscurius vel durius a Theodoro dicta videantur, ea viris doctis recognoscenda et dijudicanda relinquimus. Ipsum quidem satis liquet zelo fidei orthodoxæ acerrimo flagravisse, antiquæ disciplinæ perquam studiosum, ac Ecclesiæ Romanæ, tanquam alicujus parentis et magistræ, observantissimum fuisse. Demum in ejus scriptis plurima sunt, non modo saluberrima, sed præclara sane et eximia: multa ad illustrandam confirmandamque doctrinam catholicam, atque ad confutandas temporum nostrorum hæreses maxime opportuna. Enimvero, ut nec unum e multis locum notemus, quem non efficiant, quæ de orationis quotidianæ forma tradit (lib. 1, epist. 42), tanquam a Patribus præscripta? atque hæc imprimis: *His actis, invoca sanctam Deiparam, ut tui misereatur; sanctos angelos, et quem vix tuæ custodem habes angelum, ut te custodiat et protegat: Præcursores, apostolos, sanctos omnes, ac eos præcipue quos invocare consuevisti, et illius cujus memoria eo die agitur, etc.*: ibi, inquam, Græcorum cum Latinis, superiorum ætatum cum posterioribus, miram fidei pietatisque consensum quis non agnoscat.

Sirmondus, paulo ante mortem, editioni parabat plerumque præstantis hujus scriptoris Opera Græce et Latine quæ hactenus lucem non viderunt (ut Philippus Labbeus testatur in *Dissertatione de scriptoribus ecclesiasticis*, tom. II, pag. 403), ac potissimum epistolas, quarum plerasque olim in gratiam cardinalis Baronii Latinitate donaverat; quæ insertæ leguntur *Annalibus ecclesiasticis*, etc. Ac quæcumque longo temporis spatio conquirere et colligere potuerat, sua manu vir indefessus, quædam etiam bis terque, descripserat. Nos vero typis nunc committenda, aliisque Sirmondi operibus adjuncta censuimus ea saltem, quorum Latinam interpretationem confectam ab illo, vel saltem inchoatam reperimus. Vitam quidem Theodori prope integram, ejusque epistolas omnes a Sirmondo Latine redditas, ac Baronio traditas fuisse, minime dubium videtur. Num vero earum exemplar servatum sit apud se habuerit, ignoramus. Nullum certe in ejus scriniis repertum; quare ad Baronii *Annales* recurrendum fuit. At ibi Vita Theodori manca est et mutila, et ne tertia quidem pars epi-

stolarum, ac multarum segmenta duntaxat. Nonnihil præterea opis attulerunt chartæ quædam, viri non indocti, ut videtur, manu exarata, quas vir clarissimus Stephanus Baluzius Roma ad se ab eminentissimo cardinali Casanata, egregio litterarum ac litteratorum fautore, transmissas, nobiscum pro sua singulari humanitate communicavit: in quibus erant Theodori epistolæ aliquot sermone Latino expressæ, quas Sirmondiani laboris partem esse facile credimus, atque inde sex septemve epistolarum interpretationem desumpsimus.

Græci textus exemplaria optimæ notæ præsto fuerunt ad hanc editionem: præcipue Regius codex amplissimus et accuratissimus, quem nobis utendum concessit abbas illustrissimus, Camillus Tellerius, Regiæ bibliothecæ, omnium quotquot nunc sunt multo locupletissimæ præpositus, eo dignior hac præfectura, quod cum ipse præstantia ingenii, et præclara eruditione, bonis artibus doctrinisque magno jam ornamento sit, tum egregia quadam voluntate, aliorum studiis ac laboribus faveat impense, ac libentissime commodet. Habuimus etiam viri Græce et Latine doctissimi Petri Arcudii manu ex Vaticanis exemplaribus transcripta aliquot apographa: quæ Franciscus cardinalis Barberinus, sacri Collegii tunc decanus, vir ob egregia erga Ecclesiam et litteras præsertim sacras merita, immortalis laude celebrandus, ante annos complusculos huc miserat: cum pergratum ipsi futurum esset, Theodori Studitæ libros ad publicam utilitatem vulgari, simulque in lucem exire hoc postremum opus Sirmondi, quem vir optimus charum habuerat imprimis, semperque maximi fecerat; sicut epistolæ quas variis temporibus ad illum scripsit, nunc primum inter ipsius Sirmondi epistolas a nobis editæ, testantur. Sed secuti maxime sumus apographa quæ Sirmondus, vir diligentissimus, ex probatissimis libris descripserat, ac per otium recensuerat. Si quid autem variæ lectionis reperimus in aliis codicibus, quod posset momenti alicujus esse, ad oram libri adnotavimus. In Regio quidem libro Theodori epistolarum ordo perturbator visus est. Quocirca ordinem retinimus, quo Sirmondus digresserat, historiæ ac temporum rationi accommodatiorem. Geminam singulis epistolis numeri notam apposuimus, ut in Sirmondi apographis ac Regio codice. Numerus autem posterior aliquam haud dubie multoque ampliorem, ad mille circiter. Theodori epistolarum collectionem denotat.

Demum, ut Sirmondus ad Anastasii Bibliothecarii Collectanea chronicam triginta annorum Synopsim, ea quæ in opusculis illis continentur, digredientem atque illustrantem; itemque alteram, annorum octo, initio operum Facundi Hermianensis apposuit; similem a nobis exposcere operam visus est Theodorus Studita. Itaque ipsius res gestas et scripta, in chronica pariter Synopsi per annos distinximus.

CHRONICA SYNOPSIS, S. THEODORI STUDITÆ ACTA, SCRIPTA, EPISTOLAS PRÆSERTIM, ORDINE ANNORUM DIGERENS, EX
EJUSDEM THEODORI VITA, IPSISQUE EPISTOLIS.

Anno Christi 759, Constantini Compronyini 18. — **A** nascitur Theodorus Constantinopoli, nobilibus ac plis parentibus Photino et Theoctista, qui monasticam et ipsi postea vitam amplexi sunt. Ac Photinus quidem regionum vectigalium quæsturam, magistratum amplissimum, gerebat; Theoctista Platonis archimandritæ eo tempore clarissimi soror fuit (*Vita*, pag. 2, 3).

Anno 781. — Sæculo renuntiat Theodorus, et cum fratribus Euthymio et Josepho (quorum Josephus postea Thessalonicensis archiepiscopus fuit) cumque universa familia in Saccudionis cœnobio, cui Plato præerat, monasticam vitam init (*Vita*, pag. 5).

Anno 784. — Sacerdotio initiatur Constantinopoli a Tarasio patriarcha (*Ibid.* p. 10).

Anno 794. — Gravi morbo correptus Plato, ac mortem instare credens, Saccudionensis monasterii præfecturam transfert in Theodorum, invitum quamvis ac reluctantem (*Ibid.* pag. 12).

Anno 795. — Constantinus imperator, Leonis IV et Irenes filius, Mariam uxorem, quam a matre coactus acceperat, repudiat, tanquam vitæ ipsius insidiata esset; ac mense Augusto Theodoten cubiculariam ducit, connubium jungente, non patriarcha CP., ut mos erat in imperatorum nuptiis, sed Josepho Ecclesiæ ejusdem œonomo. Patriarcha porro Tarasius, cum se nefario conjugio pro viribus opposuisset, cumque nuptias celebrare, ac pellicem coronare plane renuisset, tum, re confecta, graviter reprehendit imperatorem: commu-
C nione tamen ipsum privare noluit, ne exasperaret juvenem libidine ardentem, minitantemque se majorum suorum exemplo hostem imaginum fore. Theodorus vero Constantinum pro excommunicato habendum esse palam denuntiat: ipseque ac Plato communioni Tarasii, velut remissus in eo negotio agentis, renuntiant (*Ibid.* pag. 13).

Inde ingentes in Ecclesia Orientali turbæ: multis hoc Theodori factum improbantibus: quos inter cum Stephanus a secretis, in congressu cum Theodoro, solam hæresim abrumpendæ communionis causam esse legitimam pertendisset, neque ulli licere extra fidei causam episcopum reprehendere; Stephanum Theodorus epistola (lib. 1, 5), ad ipsum scripta refellit: ac imperatoris scelus quam grave fuerit demonstrat in epistola (1, 4) ad Nic-
D phorum præpositum, suumque consobrinum.

Misit etiam, inquit Michael in Theodori Vita, p. 16, ad Romanæ urbis antistitem epistolas et tabellarios, ei quæ gesta fuerant indicans, et quæ ab imp. pertulerat, cum illorum refrenare vellet intemperantiam; a quo responsa vicissim accepit, quibus ipsius prudentiam et constantem animum Pontifex

A divinis laudibus efferebat. Sed Theodori epistola tunc quidem scripta ad Romanum pontificem, non exstat.

Interim imperator, iram dissimulans, Theodorum tentat flectere, quem in magna apud omnes opinione sanctitatis esse norat. Ac primum Theodoten novam Augustam, quæ Theodoro sanguine conjuncta erat, ad eum mittit cum muneribus: tum ipse cujusdam negotii specie venit ad ejus monasterium; at imperatoris aspectum ipsum monachi omnes declinant. Quocirca furore percitus, Theodorum una cum undecim monachis primum concidi verberibus, tum Thessalonicam deportari jubet (qui tamen non nisi anno sequenti abierunt in exsilium), Platonem vero Constantinopoli intra palatium in Sancti Sergii monasterio et æde Sancti Michaelis includi (*Vita*, p. 14). Per id tempus Theodorus ad Theoctistam parentem suam gravissime ægrotantem litteras dedit (1, 6) cum adhuc in monasterio suo versaretur, sicut ex ipsa epistola intelligere est.

Anno 796. — Theodorus Thessalonicam, exsilii locum, pervenit die festo Annuntiationis B. Virginis. Inde tres haud longo intervallo epistolas (1, 1, 2, 3) ad Platonem dedit, quibus ipsum aliosque monachos vehementer hortatur, ut in suscepta veritatis pietatisque defensione persistent: tum etiam totius itineris sui modum et ordinem, sicut Plato petierat exponit.

Anno 797. — Constantinus imperator jussu Irenes matris comprehenditur, oculis orbatur, paucisque post diebus moritur. Imperio potita Irene, statim ad pacem Ecclesiæ reddendam adjicit animum. Josephus œonomus, qui adulterinas nuptias junxerat, deponitur; educitur e custodia Plato; exsules revocantur; ac Theodoro Constantinopolim redeunti tota prope civitas, ipsaque Augusta cum patriarcha it obviam. Ille honorum ac publici fugiens, impetrat ab Irene, ut liceat sibi ad suum monasterium redire (*Vita*, pag. 16).

Anno 798. — Ibi strenuam disciplinæ monasticæ instaurandæ dabat operam, cum ob Saracenorum Arabumque incursiones se cum suis intra urbem recipere cogitur. His Studii monasterium in urbe nobilissimum attribuit Augusta, quod a Constantino Copronymo vastatum fuerat. Illuc plurimi confluent ad Theodorum, hominis celebritate illecti, seque ipsi monasticis institutis excolendos tradunt (*Vita*, pag. 17).

Atque hoc loco, Theodori Vitæ auctor Michael, et post ipsum Baronius, commemorant Theodori scripta; nimirum, Institutiones monasticas iambicis versibus conscriptas; — Catechesim parvam constantem centum triginta quatuor sermonibus, quos ipse coram fratribus pronuntiaverat: — Catechi-

sticum magnum tribus partibus comprehensum, A quibus præclara cœnobarum instituta sigillatim explicabantur; — Panegyricum volumen, quo præclaræ in dies festos Domini, Deiparæ, sancti Joannis Baptistæ orationes continebantur; — Librum item versibus iambicis de primi parentis ortu et peccato, etc., deque universa Iconomachorum hæresi; et quædam alia (*Vita*, pag. 19, 21).

Anno 801. — Irene Augusta Byzantiis remittit tributa civili: atque hanc ipsius munificentiam celebrat Theodorus epistola (1, 6) ad ipsam scripta.

Anno 802. — Nicephorus Logotheta generalis, ejecta Irene, imperium occupat die 31 Octobris.

Anno 806. — Tarasius patriarcha CP. moritur die 25 Februarii. Nicephorus imp. de novo patriarcha deligendo consulit Platonem ac Theodorum. B Theodorus per epistolam (1, 16) auctor est ut non alius assumatur, quam qui per gradus ab inferioribus ad superiora ordine ascenderit. At Nicephorus homo adhuc lævæ, alioqui pietate insignis, patriarchali sedi multum quidem repugnans imponitur, ac die 12 Aprilis, ipsa sancti Paschæ Dominica, consecratur.

Paulo post Nicephorus imp. aliquot episcoporum synodum cogit: a quibus Josephus œconomus restituitur in pristinum gradum, utcunque consentiente novo patriarcha, qui, ut ecclesiasticæ disciplinæ imperitus erat, facilius ad aliorum sententiam pertractus est: cum præterea timeret ne imperator quidpiam atrocius adversus Ecclesiam moliretur (*Vita*, pag. 22, 23).

Postridie quam synodus habita est, Theodorus C epistolam (1, 30) scripsit ad patriarcham, obtestans ne reciperet œconomum: se quidem ad sacra accedere non posse, quibus Josephus interit. Patriarcham nihil rescripsisse conqueritur in epistola (1, 28) ad Simeonem monachum.

Anno 808. — Biennium erat quod Plato, Theodorus, Josephus Thessalonicensis archiepiscopus Theodori frater, ab Nicephori patriarchæ communionem, ob receptum ab eo Josephum œconomum, abstinebant, clam tamen. Rem in apertum deduxit Logotheta Dromi. Quapropter Theodorus imminentem prævidens tempestatem, Saccudionensibus monachis per epistolam (1, 31) exponit, quam justis de causis a patriarcha se subtraxerit; cumque factum œconomi excusarent aliqui, ac secundas D Constantini nuptias per dispensationem rite fieri potuisse dicerent, Theodorus epistola (1, 24) ad Theoctistum magistrum scripta, de legitima dispensatione disputat adversus destructionem canonum, atque adversariorum exceptiones diluit. Eadem de re epistolas duas, nomine Platonis, quo plus haberent auctoritatis, ad Simeonem monachum scripsit Nicephori imp. consanguineum, quarum altera (1, 21) ipsum orat ut animum leniat imperatoris, et impendentem procellam avertat. Altera (1, 22) adversus œconomum eversorem canonum fuse disserit, ac rursus obtestatur Simeonem

ut sequestrum se præbeat apud principem, qui audire ipsos recusabat. Eandem ob causam scripsi et nomine Josephi Thessalonicensis archiepiscopi epistolam (1, 25) ad eundem Simeonem, qua Josephus, et imperatoris aditu prohiberi se queritur, et quam rite ipse factus fuerit archiepiscopus adversus quorundam calumnias ostendit. Hunc porro Simeonem haud prorsus sincere in eo negotio se gessisse conqueritur Theodorus in epistola (1, 26) iisdem diebus ad Simeonem præpositum scripta.

Demum cum videret Theodorus se suosque majore in dies apud patriarcham in odio esse, quasi schismaticos ac perduelles, apologeticam ad ipsam scribit epistolam (1, 25). Ad Basilium quoque, abbatem monasterii Sancti Sabæ, tunc Romæ agentem, veterem amicum, qui tamen significaverat se communionem ipsi velut schismatico renuntiare, epistolam (1, 28) rescripsit aliquanto in ipsum, necnon in Leonem papam, de quo falsa audierat, commotior: tanquam ii pro justitia et pietate certanti haud satis æquos se præberent.

Anno 809. — Suam a patriarcha secessionem defendit, seque adversus hominum sermones purgat epistola (1, 32) ad Nicolaum Chartularium scripta: protestaturque se neque alienum a patriarcha gerere animum, et Ecclesiæ pacem quam maxime optare.

Interim synodus Constantinopoli contra ipsum cogitur mense Januario; ad quam Plato per vim manu militari trahitur. Ibi decretum fuit, Constantini cum Theodote conjugium, ex dispensatione legitimum dici debere; reges non teneri divinis legibus; eos qui tunc pro sacris canonibus certaverant usque ad sanguinem, dici non debere Præcursoris vel Chrysostomi exemplo fecisse; episcopos potestatem habere in canones. Demum anathemati subiecti fuere quicunque his non consentirent: ac Theodorus, Plato, Josephus Theodori frater, in insulam haud procul Byzantio relegati sunt, ibique seorsum suo singuli carcere inclusi. Tum imperator Theodori discipulos magistro suo orbatos omnibus modis tentat: cumque ipsos flectere non potuisset, in arctam custodiam tradit. Hæc memorat Theodorus pluribus in epistolis, præcipue autem in ea quam ad Leonem papam per Epiphanium misit, quæ non exstat, ab auctore suppressa, ne veniret in hostium manus. Sed postea Eustathium misit ad eundem pontificem cum epistola (1, 33) qua, postquam mea quæ gesta erant in duabus mœchosynodis, ut ipse appellat, exposuit, sedis apostolicæ opem implorat.

Leo ad priores litteras per Epiphanium acceptas, epistolam rescripsit paterni amoris plenam, quæ intercidit; sed cujusmodi fuerit, docet tertia Theodori ac Leonem epistola (1, 34) quæ Platonis simul et Theodori nomine inscripta est, quanquam carcere disjuncti tunc essent. In ea porro, contra adversariorum nova dogmata rursus acerrime dispu-

tat, eosque pro hæreticis haberi debere contendit: denique sparsum de se ac Platone rumorem, quod quibusdam hæreticis astipularentur, plane confutat. Ad Basilium quoque Sancti Sabæ abbatem rursus epistolam (I, 35) dedit, pariter nomine Platonis et suo, qua petit imprimis legitimam adversus Mœchianos synodum convocari.

Per idem tempus, epistolam (I, 30) dedit ad Euprepianum, cohortans ad constantiam in fide, simul Mœchianorum errores coarguens: tum in epistola (I, 38) ad Arsenium eos refellit, qui scelera dispensatione excusari posse affirmarent; necnon ad Theophilum præpositum scribit (I, 39) eodem argumento: simul respondens iis qui mirabantur, hæreticos a Theodoro vocari eos, quibuscum antea ipse communicaverat. Ac Mœchianorum errorem in hæresim transiisse pugnat epistola (I, 48) ad Athanasium.

Et quoniam adversarii abutebantur exemplis apostolorum et antiquiorum Patrum, qui aliquando dispensatione usi essent; Theodorus, hortatu maxime Josephi fratris, librum *De dispensatione*, non ex proprio, ut ait (I, 49) ingenio, sed ex Patrum sententiis conscripsit.

Confessores egregios qui in ea persecutione obierant, celebrat binis ad Naucratiū (I, 50) litteris. Atque ad Josephum archiepiscopum rescribens (I, 43) graviter mœrentem solatur.

Anno 811. — Nicephoro imp. in expeditione adversus Bulgaros perempto die 22 Julii, sicut ei Theodorus prædixerat, ac Stauracio ejus filio ex vulneribus, quæ eodem bello acceperat, haud multo post extincto, imperium adeptus die 2 Octobris Michael Curopalates, ut dissidia tolleret, ac pacem Ecclesiæ Constantinopol. redderet; confessoribus exsilibus et carcere detentis libertatem spondet ea lege, ut Nicephorus quidem patriarcha, quæ perperam gesta erant, abrogaret, tum autem cuncti ad ejus communionem redirent. Conditione accepta, Plato et Theodorus monasteriis suis restituti sunt, atque, ut alii pariter consentirent, sequestres ipsos fuisse, docet Theodori epistola (I, 56) ad Antonium, seu Antoninum abbatem qui et ipse cum suis fratribus vinctus tenebatur.

Anno 812. — Sanctus Plato senio ac laboribus confectus moritur die 19 Martii, ætatis suæ anno 97 ejusque funus a Nicephoro patriarcha peragitur cum incredibili hominum concursu. Funebrem ipsius laudationem conscripsit Theodorus: quam a Guillelmo Sirleto, postea cardinali, Latine redditam Aloysius Lipomanus vulgavit, tom. VII *De Vitis sanctorum Patrum*, pag. 275, et ex Lipomano Laurentius Surius ad 16 Decembris. Hanc autem postea Græce Henschenius et Papebrochius, cum nova interpretatione Latina, ediderunt inter Acta sanctorum Aprilis, tom. I.

Anno 814. — Leo Armenus, qui Michaeli Balbo imperium abdicanti successerat die 11 Junii anno superiori; bellum adversus sacras imagines hoc

anno instaurat. Ac primo episcopos, et monasteriorum præpositos, una cum patriarcha convocat in palatium: cumque et alii complures adessent, non iisque non pauci labe iconomachica infecti, liberam de imaginibus disputationem instilui jubet. Renuunt episcopi plerique et archimandritæ, inter cæteros Theodorus longa oratione habita imperatoris prava consilia reteggit, ac ipsum deinde admonet res quidem civiles atque bellicas ejus arbitrio et potestati commissas esse: at judicium de rebus ecclesiasticis ad solos sacerdotes et doctores pertinere (*Vita*, pag. 30).

Graviter commotus Leo omnes a conspectu suo ejicit; cumque domum rediissent, statim ad singulos affertur imperatoris edictum, quo vetantur ullum de fide sermonem habere, seu docendi, seu disputandi aut etiam colloquendi gratia. Non pauci abbates id quod petebatur, scripto etiam promittunt. Contra Theodorus nefas esse affirmat in fidei causa silere: atque hanc in rem epistolam (lib. II, 2) velut encyclicam scribit ad omnes monachos. Tum patriarcham nutantem erigit corroboratque: ac postea eidem, cum ob præclaram confessionem sua sede et urbe pulsus esset, per epistolam (II, 18) gratulatur; cumque adversarii, pulso patriarcha et presbyteris orthodoxis, passim imagines sacras dejicerent, frangerent, comburent, omni contumeliam genere afficerent; Theodorus, die festo Palmarum, ut suorum Studia flammet, eos in solemnī supplicatione, circa monasterii Studiani ambitum imaginem Christi circumferre jubet (*Vita*, pag. 38).

Intruso in patriarchæ sedem Theodoto homine hæretico, rursus vocantur in patriarchium episcopi et archimandritæ: qui cum impiorum concilium vitare omnino cuperent; eos in proposito confirmat Theodorus, ac præpositorum nomine ad pseudosynodum scribit epistolam (II, 1) cujus summa erat, cum Nicephoro patriarcha tanquam capite suo colligatos, non posse ipso absente ad synodum accedere.

Ea propter Theodorus in exsilium ab imperatore mittitur, carcerique mancipatur (*Vita*, pag. 39). Complures ex vinculis epistolas scribit: primum dogmaticam (II, 8) seu catecheticam, ad eos omnes qui pariter in exsilium missi, aut etiam vinculis stricti erant, vel qui procellæ vitandæ causa, alio se receperant. Deinde, cum Bardas in Studiam domum irruens, Thaddæum monachum verberibus ad necem usque affecisset, martyrem novum Theodorum scripta ad Naucratiū epistola (II, 3) celebravit.

Anno 815. — Imperator cum cerneret monachos exsules quotidie majores ad fidei defensionem animos sumere; mutato consilio, ipsos revocat. Verum post dies aliquot, Joanni cuidam homini nefario cruciandos tradit: cumque profiterentur vitam se abjecturos potius quam fidem, persuadere ipsis conantur adversarii, non aliud exigere impe-

ratorem, quam ut semel cum Theodoto patriarcha communicent: liberum ipsa postea fore ad monasteria sua reverti, ac prout viderent sententiam re. Hæc fraude adducti sunt multi ad communionem cum pseudopatriarcha: præsertim cum ille palam anathemati subijceret eos omnes qui imaginem Christi non adorarent. Theodorus, qui exilio revocatus non fuerat, ne alios præsentia sua et sermonibus in illa confirmaret; postquam complurium fratrum naufragium audiit, vehementer commotus, scriptis ad Josephum fratrem (II, 9) tum ad Naucraticum (II, 10) litteris cladem eorum qui occiderant graviter deplorat.

Id cum venisset ad aures imperatoris, Nicetam quemdam misit, qui Theodorum quam crudelissime cæderet, ac in longinquius exilium deportaret. At Nicetas, Theodori aspectu mitigatus, imperatoris jussa de intelligendis verberibus, pia fraude usus eludit (Vita, pag. 40).

Anno 816. — Cum in ipso carcere clericum quemdam ab hæresi ad fidem catholicam revocasset Theodorus; ejus rei fama ad urbem delata, Leonis jussu dirisima caditur una cum Nicolao discipulo, atque in arctiorem ambo custodiam traduntur, sæva ibi morte nocendi. Sed cibum ipsis clam submittit sancta quædam virgo, cujus beneficium scripta ad ipsam epistola (II, 941) prædicat Theodorus.

Interim cum multi ex iis quos hæretici abduxerant, acelus admissum detestati, redirent ad suos, ab iisque recipi postularent: admonitus ea de re a Naucratico Theodorus, complures scribit præcipue de lapsis recipiendis epistolas (II, 8, 19, 20, 32, 40, 45, 50, 68, 95, 101, 119, 134, 154, 202, 211). Tum etiam Thetaleo discipulo scribens (II, 59) ad varia de rebus disciplinam ecclesiasticam spectantibus interrogata respondet. Item epistolam (II, 59) scribit ad triginta moniales, quæ pro Christo carcerem et verbera pertulerant; easque ad perseverantiam adhortatur. Mariam quoque reginam, olim a Constantino Irenes (illius abdicatam, et in monasterium detrusam, plurimum laudat per epistolam (II, 182), quod pro fide exilium passa esset. Quinque Maria illia tunc Augusta, matrem ad se in aulam vocaret: id vehementer dissuadet ipse, ne in palatio cum hæreticis aliquo pacto communicet.

Ut Christi confessorum ardorem retardarent hæretici, palam distulerunt martyrii palmam frustra a catholicis sperari pro iis supplicii, quæ imaginum causa pertulissent: aliud esse pro Christo, aliud pro ipsius imagine sanguinem proferere. Hoc igitur Theodorus ut refelleret, pluribus epistolis ostendit eundem esse imaginis ac prototypi honorem: proinde qui abnegarent imaginem Christi, ab illa Christum abnegari: qui pro imagine Christi paterentur, pro Christo ipso pati (II, 21, 23).

Hoc etiam anno, arumois prope confectus, cum se baud diu superstitum fore putaret, epistolam

(II, 22) vice testamenti scripsit fratribus, veniam petens si quos offendisset, ac vicissim ignoscens omnibus: eos vero qui lapsi essent, ad pœnitentiam vehementer excitans.

Sub idem tempus ad Theophylactum episcopum Nicomediensem scripsit epistolas duas (II, 4, 26), quibus et fortitudinem ipsius in defensione fidei catholicæ prædicat, et miserabilem Ecclesiæ statum deplorat. Totidemque scripsit (II, 41, 70) ad Theophilum præsulem Ephesiorum, qui graves etiam cruciatus pro fide pertulerat. Josephum item archiepiscopum Thesalonicensem, inclytum pariter catholicæ fidei pugilam, celebrat scripta ad ipsum epistola (II, 31) in qua desit quorundam casum et apostasiam a fide: principis Leonii olim monachi, qui et antea Mœchianis adhæserat, et tunc velut signifer erat Iconomachorum, ac Saccudionis et Studii monasteria invaserat. Patrum etiam Nicænam Anlistitem, qui cum defecisset ad breve tempus, post lapsum erectus, catholicorum causam strenue defenderat, ob eamque rem episcopatu erat ejectus, epistola (II, 25) collaudat.

Item ad episcopos exules communem omnibus epistolam (II, 87) scripsit, exhortans ut auctoritate sua et exemplo cæteros confirmarent. Demum *credi vix potest quot hoc tempore litteras scripserit, hortatorias ad martyrium, catecheticas ad instructionem, dogmaticas adversus hæreticorum objectiones, consolatorias ad conceptivos, luctuosas ad lapsos, canonicas ad resipiscentes... Numerum excedit ducentarum epistolarum summa, quas Theodorus persecutionis tempore exsul et in carcere constitutus conscripsit* (Baron. an. 816, n. 25).

Anno 817. — Hoc anno scripsit ad quatuor patriarchas: videlicet ad Romanorum pontificem qui tunc erat Paschalis I (II, 12), ad Hierosolymorum antistitem (II, 15), ad patriarcham Antiocheam et Alexandrinum epistolam duobus communem (II, 14), quibus litteris commemorabat *quemadmodum imago Christi contumeliose a persecutoribus tractata esset, orthodoxi autem omnes in carcerem et exilium missi. Tum singulos excitabat ad opem ferendam periclitanti fidei ac veritati* (Vita, pag. 42). Scripsit etiam isto argumento ad abbates duos, unum lauræ Sancti Simeonis (II, 16), alterum lauræ Sancti Chabritonis (II, 17). Epistolis autem ad patriarchas Alexandrinum, Antiochenum, et Hierosolymorum, subjunxit confectum a se opus adversus Iconomachorum hæresim. His potro litteris quid prolecorit, explicat in alia ad patriarcham Hierosolymitanam epistola, cujus mentio erit anno 821.

Anno 818. — Cum litteras a Paschale papa Theodorus adhuc vincetus accepisset, curam ad eundem pontificem scripsit (II, 13) per Epiphanium, quem hujus rei causa Romam proficisci jubet (II, 35), cumque intelligeret Studitis suos aliosque, monasteriis ob persecutionem exterrere vagari, catechetica ad fratres ubique dispersos epistolam scribit (II, 37), qua et hortatur ad patientiam, et in

primis admonet ne se hominum consuetudine et voluptatum illecebris a monasticæ vitæ institutis et sanctitate sinant abduci.

Venerunt hoc anno Constantinopolim legati a Paschale Romano pontifice, cum litteris quibus Iconomachorum hæresis coarguebatur. Hujus legationis mentionem habet Theodori catechetica ad suos epistola (II 66) adversus eosdem Iconomachos.

Hac legatione, orthodoxorum animi ad fidei catholicæ professionem et hæresis detestationem exarsere; atque ex his qui abducti erant, multi in viam reducti sunt. Inde acrior persecutio. Quocirca Theodorus plures ex carcere suo epistolas misit quibus suos solaretur roboraretque. Tunc ad Simeonem aliosque novem delitescentes scripsit de iis qui se ipsi sponte martyrio offerrent (II, 44), tunc etiam scripta videtur epistola ad Leonem patricium et sacellarium (II, 56), qua persecutionis acerbiter exponit. Item illa ad Irenem patriam (II, 68) qua feminæ nobili, quæ, lapsa primum, deinde fidem catholicam confessa, etiam flagella pertulerat, addit animos: necnon illa ad Gregoram laicum (II, 55) qui primus ex aula in stadium catholicæ defensionis descenderat. Tunc etiam litteris consolatus est fratres Studianos (II, 58), cum in ipsos ille ex monacho persecutor Leontius crudelissime sæviret. Scripsit etiam Simeoni monacho epistolam (II, 30) in qua significat novum jam martyrii genus adhiberi ab hæreticis, dum nempe orthodoxos per longa et aspera itinera defatigare ac frangere conantur. Eodem tempore scribens ad Naucratiū (II, 61) libellum misit seu quaterniones duodecim, in quibus *Patrum Sermones et Vitæ* metro incluserat. Tunc et Jacobum monachum, egregium Christi confessorem, mortuum celebravit litteris (II, 100) ad Hypatum datis.

Anno 819. — Cum Theodori epistola quædam incidisset in manus imperatoris, præfectus Orientis ad sanctum abbatem mittitur, epistolam illam ostendit, hominemque dirissime ad extremum usque spiritum cædi jubet, mense Februario. Inde post menses tres Smyrnam Theodorus transfertur, sicut ipse narrat in epistola (II, 38) quam e Smyrnenſi carcere mox ad fratres dispersos dedit. In hac nova et arctiore custodia ter verberatur, centenis per singulas vices ictibus. Qua de re rursus catechicam ad fratres dispersos epistolam (II, 62) conscripsit. Postea custodiæ præfectus virum interritum et nullis cruciatibus fractum, blanditiis et omni officiorum genere tentat flectere, sicut narratur in epistola (II, 63) ad Naucratiū.

Anno 820. — Cum quotidie ab hæreticis mortem expectaret sanctus confessor, gaudii sui testem epistolam dedit ad Naucratiā (II, 71) atque hanc sub Leonis principatu postremam scripsit.

Bardas catholicorum acerrimus persecutor, Smyrnæ morbo gravissimo decumbens, Theodori precibus sanatur, cum se ex ipsius præscripto

A vitam deinceps acturum spondisset. At cum brevi post ad ingenium hæresimque rediisset, rursus morbo correptus, ibidem moritur (*Vita Theod.*, pag. 47).

Anno 821. — Leone Armeno sub anni proximi superioris exitum, ipsa Dominici Natalis die, inter sacra occiso, Michael Balbus imperio potitus, mox catholicos vinculis et exilio solvit. Theodorus de his rebus a Naucratiō, qui Constantinopoli versabatur, certior factus per litteras, ad Michaelē novum imperatorem scribit (II, 74) eumque mirifice laudat, orthodoxum ratus. Item ad Naucratiū scribit (II, 73) de Leonis Armeni morte, vindictam divinam prædicans. Ad Joannem quoque logothetam litteras dat (II, 80) eodem penitus argumento. Mox ipse, post annum septimum quam ejectus fuerat, Constantinopolim revocatus, dat se in viam: maxima omnium gratulatione ubique excipitur, ac plura edit in itinere miracula (*Vita Theod.* pag. 49, 50).

Cum de via Nicephorum patriarcham inviseret, venit illuc Agapetus monachus, ab episcopis in Cherson exsulis miles, cui mandatum etiam erat, ut Theodorum salutaret. Atque hac occasione Theodorus epistolam (II, 92) ad episcopos illos scripsit. Inde Constantinopolim proficiscitur; manente patriarcha cum aliquot episcopis, quod adhuc Theodotus hæreticus sedem obtineret.

C Binas sub idem tempus litteras, quæ non exstant, ad quemdam Theoctistum eremitam scripsit, ut hominem prava et hæretica dogmata propugnantem emendaret: sicut ipse testatur in alia epistola (II, 138) post tres annos ad eundem scripta, cujus et suo loco mentio erit.

Interim jubet imperator ut episcopi tum orthodoxi, tum Iconomachi una conveniant de sacris dogmatibus acturi. Recusant rursus orthodoxi, leges quippe ecclesiasticas vetare, ne ad concilium cum hæreticis accedant. Postulant nihilominus audiri se ab imperatore: atque in hanc sententiam exstat conscripta a Theodoro, uti creditur, nomine omnium episcoporum ac præpositorum epistola (II, 86). Igitur ad imperatorem admissi, petunt suas sibi Ecclesias, ejectis qui eas occupaverant hæreticis, restitui. Ac multa pro sacris imaginibus adversus Iconomachicam hæresim disputant. Respondet Michael præclara esse quæ ab ipsis dicuntur; quo circa maneant, si lubet, in sententia: at cum ipse nullam unquam imaginem coluisset, peritor in priori sententia manere velle: non tamen vetare quin imagines ubique, excepta urbe regie, erigantur. Theodorus ad Crescentis loca se recipit, et quæ modo acta erant, scribit ad Nicephorum patriarcham. Cumque Nicephorus scripsisset, vehementer dolere se, quod Leonis morte pax Ecclesiis nondum reddita esset, hunc solatur Theodorus ac meliora sperare jubet (II, 79). Interim Thomas quidam imperium ad se transferre molitur. Dum ergo imperator totus est in rebus bellicis. Theodo-

res Constantinopoli magna quiete fruens, ea occasione utitur ut tum sermonibus, tum scriptis, omnibus denique modis fidem catholicam pietatemque restituat. Cujus rei gratia scripsit eodem tempore epistolam catechetica (II, 90) ad suos monachos adhuc variis in locis dispersos. Cumque Eustratius unus ex præpositis qui hæreticis dederant manus, scelus dissimularet, seque pro innoxio gereret, ad ipsum Theodorus scripsit epistolam (II, 106), qua hominem amanter ad confessionem delicti atque ad penitentiam invitat. Haud multo post denuo urbe ejector eum aliis pluribus, sicut ipse testatur in epistola (II, 121) quam rescripsit ad Thomam Hierosolymorum patriarcham, qui de ipsius reditu paulo ante per litteras fuerat gratulatus.

Anno 822. — Thomas tyrannus Constantinopolim obsidet mense Decembri. Ea re Theodorus in urbem confugere cogitur (*Vita*, pag. 57).

Anno 823. — Michael imp. metuens ne tyranni partibus adjungerent se orthodoxi, ipsos cum hæreticis conciliare nititur: atque hujus rei gratia omnes ad mutuam congressum convocat. Renuunt more suo catholici: sed, quid facto sit opus ad componendam Ecclesie pacem, Theodorus nomine omnium, scripta ad Leonem sacellarium epistola (II, 129) exponit. Tum, ne causæ diffidentia congressum subterfugere, aut errorem vel discordiam fovere videantur, rursus omnium nomine apologeticam ad Imp. Michaellem ejusque filium Theophilum epistolam (II, 199) mittit. Postea Thoma tyranno in Michaelis potestatem redacto, rursus urbe excedit Theodorus, et in Acritorum insula sedem figit: indeque ad Nicephorum patriarcham sæpius ventitat. Cum autem magna inter utrumque consuetudo intercederet, fuere nihilominus ex Theodori hostibus, qui eum Nicephori communionem vitare dictitarent. Hanc igitur calumniam confutat epistola (II, 127) ad Petrum Nicænum episcopum.

Interea Basilius Leonis Armeni filius, qui Michaelis jussu exsectus, eo vulnere usum vocis amiserat, ad statuam sancti Gregorii Nazianzeni divinitus vocem recipit, seque catholicis ad sacrarum imaginum defensionem adjungit una cum matre Theodora seu Theodosia, quæ in monasterium detrusa fuerat. Hæc Cæropalates, atque ex ipso Cædrenus. Theodora et Basilio publice professis mortem se pro fide catholica non defugere; gratulatur Theodorus per epistolam (II, 204) ad ipsos scriptam, ac in proposito confirmat.

Annis 824, 825. — Cum in Gallias ad Ludovicum Pium rogem venissent Michaelis et Theophili Græcorum imperatorum legati, atque inter cætera discrimen exposuissent, quod in Ecclesia Orientali propter imagines versabatur, quas alii adorandas, alii non adorandas esse contenderent; seque hac de causa Romam etiam ad pontificem ituros significassent: Ludovicus, pacis componendæ studio, episcopos, pontificis permissu, Parisiis palatio convenire, sanctorumque Patrum de imaginibus sententias colligere

A jussit, quæ pontifici Romano ad rem definiendam adjumento, ut aiebat, futuræ viderentur. Hanc illorum Collectionem... cum accepisset Ludovicus... mox Romam misit ad Eugenium, etc. Ita Sirmondus, tom. II *Conciliorum Gallicæ*, p. 459. Porro episcopi illi in ista sua Collectione, pergit Sirmondus, sanctorum Patrum sententias eo detorquere conantur, ut imagines indebito, ut videri volebant, cultu adorandas non esse statuunt.

Utrum autem Ludovici legati profecti sint ad Michaellem imp. ad eumque Parisiensis Collationis acta detulerint, ignoratur, inquit Baronius. Tamen longe procul abfuit, ut orthodoxi Orientales eam Gallorum reciperent de sacris imaginibus transactionem quam diximus. Id enim discas ex Theodori Studitæ epistola (II, 171) ad Nicetam monachum data, a quo librum acceperat ejusmodi doctrinam continentem (*Annal. eccl.* an. 825, n. 54).

Item anno 825, Theodorus ad Joannicium anachoretam celeberrimum, quem ante annum inviserat, dedit epistolam (II, 116) quæ licet ad Joannem eremitam inscripta sit, ne putes, ait Baronius, hunc alium fuisse a Joannicio: nam in fine epistolæ (II, 166) ad Theoclistum datæ, eundem ipsum Joannicium vocat. Joannes enim proprium erat nomen ejus: Joannicius autem diminutive a pueritia dictus fuit. Hunc autem rogabat Theodorus, ut Theoclistum eremitam, qui antea hæreticis opinionibus quibusdam implicitus jam resipiscebat, ad se vocaret, et catholica sanaque doctrina imbueret. Ad ipsum autem Theoclistum epistolam (II, 138) scripserat, qua ipsius arguebat errores, et ad bonam mentem revocare conabatur. Denique cum Theoclistus penitentia ac rectæ fidei testem libellum misisset, scribit ad eum epistolam (II, 166) in qua eremitæ illius errores recensentur, tum fidei catholicæ formulæ præscribitur, quam coram Joannicio Theoclistus obsignare debeat.

Anno 826. — Theodorus ærumnis, laboribus ac morbo confectus, tradito suis testamento, migrat ex hac vita, Dominica die 14 mensis Novembris. Sacrum ipsius corpus ad principem insulam translatum (*Vita*, pag. 61).

Distincte autem præ cæteris auctor Vitæ sancti Nicolai Studitæ (exstat in tomo II *Auctarii Biblioth. Patrum Græc.*), monachus et ipse Studites ac Nicolai ejusdem discipulus, extrema Theodori vitæ tempora ipsumque obitum descripsit in hunc modum: Cum Cæsar Michael... venerandarum imaginum cultores intra urbem sedere veluisset, SS. PP. nostri Theodorus et Nicolaus... ad locum superius designatum Prusæ sinui conjunctum abeuntes, illic morabantur. Cum autem populi seductor Thomas in orbem Romanum rabiem exerceret, imperatoris jussu iterum vel inviti rediunt in regiam urbem: ac brevi post inde abeuntes, vicinam Acritæ promontorio peninsulam de nomine magni martyris Tryphonis dictam petierunt: ubi demum multis certaminibus gloriosus pater ac beatissimus Theodorus vivendi finem

fecit. Migravit autem cum maximamominis celebritate die 11 Novembris. Ejus vero beatum tabernaculum inde translatum ad insulam nomine Principem, gloriosæ ac sanctæ sepulturæ mandatur. Verum de hoc scripserunt sacri quidam Ecclesiæ doctores... ejusque res præclare gestas ad perpetuam memoriam litteris mandaverunt: videlicet Naucratius Theodori discipulus et laborum comes, ac Michael monachus, item Theodori discipulus. Naucratius quippe (*Auctar. ibid.*) epistolam de obitu sancti Theodori scripsit ad *Patres Fratresque spirituales ubique dispersos, ac persecutionem propter Dominum sustinentes*; in qua sanctissimi archimandritæ mortem fuse describit. Michael vero Vitam Theodori conscripsit, quæ nunc prodit Græce et Latine.

Anno 844. — Sancti Theodori corpus post decem et octo annos ab obitu sanum ac integrum et suavissimo fragrans odore Constantinopolim translatum fuit ingenti pompa, et in monasterio Studiano sepultum (*Vita Theod.*, pag. 62). Idemque in Vita sancti Nicolai memoratur.

In hac porro chronica synopsi eas tantum episto-

las recensuimus, quæ aliquam nimirum certi temporis notam gerent: pariterque ab aliis Theodori scriptis, eatantum, quorum tempus vel in Theodori Vita, vel in epistolis notatum fuit. Cæterum de reliquis seu epistolis, seu libris, ordinem temporis scire, nec multum interest ad historiam, nec alia causa apparet cur de eo sit laborandum. Hoc tamen de epistolis quidem credimus, aut eo ipso prorsus quo missæ sunt, aut utique perum diverso ordine esse dispositas. Quocirca cum liber primus eae contineat quas Theodorus adversus Mœchianam hæresim, ut ipse vocat, Constantini V, Irenes, Nicephori, Michaelis Curopalatæ principatu scripsit: tum verisimile est alias etiam quæ istis admistæ sunt, ad eadem tempora pertinere. Cumque secundo libro contineantur quæ a primo Leonis Armeni anno, quo recruduit Iconomachica persecutio, usque ad Theodori obitum pro fidei ac pietatis defensione adversus nefariam illam hæresim conscriptæ fuere, satis probabile videtur alias quoque alterius argumenti, quas idem liber complectitur, ad eadem et ipsas tempora esse referendas.

ANG. MAI PRÆFATIO.

(*Biblioth. nov. t. V, 1.*)

1. Quod magnus cardinalis Baronius valde optavit, ut sancti Theodori Studitæ scripta diligenter collecta typis ederentur (1), id vir doctissimus Jac. Sirmondus S. J. sub longævæ vitæ suæ exitum præstare cœpit, cum jam antea multas Studitæ ejusdem epistolas, Latinas e Græcis a se factas, Baronio in Annalibus suis pro re nata vulgandas tradidisset. Verumtamen Sirmondo ad superos translato, tomus operum ipsius quintus, jam prelo fere paratus, prodiit posthumus, præcipua Studitæ scripta continens, id est Antirrheticos contra Iconomachos, epistolarum libros duos, et iambicorum versuum libellum. Atqui alium adhuc justum tomum edendorum Studitæ scriptorum expectandum esse, satis apparet: nam si vulgatis a nobis nunc supplementis, conjungentur epistolæ plurimæ ineditæ, quæ Parisiis conservantur, ut infra diximus, p. 99, nec non catecheseon major collectio de qua item nos p. 77, denique etiam troparia in codicibus adhuc latentia; Sirmondianus ille tomus, hac nova scriptorum mole prorsus

C exæquabitur. Reapse Sirmondum ad cumulanda Studitæ scripta incubuisse, patet primo ex Præfatione editoris, ubi multa ex his nominantur: deinde etiam ex Holstenii epistola 77, ed. Paris. p. 365, ad Sirmondum his verbis: « Mitto troparia sancti Theodori Studitæ, quæ sola describenda supererant in collectione ejus operum: sermones enim panegyricos jam ad te pervenisse spero. »

II. His itaque consideratis constitui ego Studitæ prosequi editionem. Et quia nunc sanctum Nicephorum contemporaneum ejus ac familiarem typis tradideram, huic illum aptissimum socium in eodem volumine copulandum judicavi. Revera enim quantam famam inter patriarchas Nicephorus, tantam inter sanctos archimandritas Theodorus nactus est: uterque vero eadem in patria, unaque ætate, Byzantii natus, uterque scriptis plurimis, muluo epistolarum commercio, confessione orthodoxa adversus Iconomachos, fortitudine ecclesiastica, vitæ sanctimonia, præcipuo quoque erga Romanam sedem obsequio clarissimus (2). Igitur

NOTÆ.

(1) Baronii verba ad Christi annum 798, n. 8, hæc sunt. *Utinam inveniantur aliquis vir doctus, qui cuncta sanctissimi viri egregia monumenta e bibliothecarum diversarum latebris aliquando in lucem vindicet, eademque Latinitati, beneficio omnium, donet!*

(2) Nicephori testimonium de Romanæ sedis suprema auctoritate habemus in hoc volumine p. Gr. 30, Lat. 174. At Theodori mira et plurima

sunt testimonia in volumine Sirmondiano: quare a lectoribus hanc veniam peto, ut in tanta hodiernorum hostium insectatione et calumnia liceat mihi in hoc brevi scholio eo commemorare. Sic ergo Studita in indice Sirmondiano. *Romana Ecclesia vertex ecclesiarum. Universæ sub cælo Ecclesiæ firmamentum. Ecclesiarum Dei suprema. Prima sedes apostolica. Ejus prærogativæ. Ejus judicium ab universa Ecclesia exquiri et suscipi debere, vetus*

perlustratis bibliothecæ Vaticanæ codicibus, primo quidem octo mihi compertæ sunt panegyricæ orationes (nam de editis nunc sileo, cum dixerim in adn. p. 77.) Græcæ, inquam, omnes ineditæ, tres tamen Latine vulgatæ, id est de nat. S. Joan. Bapt., et de apostolis Joanne, ac Bartholomæo, quam postremam serius inveni, ideoque in calce tantum voluminis potui collocare. Has ego æque omnes Latinas feci, omissa etiam prædictarum trium Latinitate Anastasii et Combefisii interpretum: etsi enim Latinitatem meam nulli præfero, attamen nec aliena sæpe placebat, vel quia durior et obscurior, vel quia multis male intellectæ Græcitatibus sphalmatibus scatens. Itaque ut unus esset octo orationum color, nova potius interpretatio a nobis curanda fuit, aut certe in tribus illis passim interpolanda.

III. Porro has panegyricas orationes a Theodoro nondum hegumeno, sed adhuc juvene, et hegumenis (Platoni puta, cujus postea funus oratione decoravit) subdito, dictas apparet, tum diserte ex IV, p. 34 et 42; V, p. 52, 62, nec non ex VIII, p. 151, tum quia elocutio tumidior et plus debito amplificata, insolitis etiam vocabulis audaci compositione connexis, redundat et floret, nec placidam senii lenitatem, aut hegumeni gravitatem præ se fert, nec maturæ criticæ canones satis sequitur. Rogabit autem fortasse aliquis quid ego de his panegyricis sentiam. Equidem primam orationem haud parvi facio, quia plenam tradit ex Vetere ac Novo Testamento doctrinam de angelis, prout eam Orientis Ecclesia simulque Occidentis retinet. Profuisset igitur hæc oratio theologis scriptoribus de re angelica, si eam cognovissent. Uti que sunt in ipsa opiniones non solum certæ ac dogmaticæ verum et aliæ multæ piæ ac probabiles, ac sanctorum placitis consonæ. Ut unum saltem exemplum proferam, ubi dicit Theodorus p. 34, et commissam a Deo angelis singulorum locorum vel rerum tutelam, ecce consonus adest sanctus Augustinus in quæstione 79, (3) his verbis: *Unaquæque res visibilis in hoc mundo habet potestatem angelicam sibi propositam, sicut aliquot locis divina Scriptura testatur*. Secunda quoque oratio de Christi nostroque baptismo, dogmatica fere est. Tertiam de

A Paschate, nec non duas de sancti Joannis B., non spernebat certe Arcudius, qui eas olim ad Sirmondum in Galliam misit, quanquam hic morte occupatus intactas deseruit. Et quidem in oratione paschali fragmentum illud Chrysostomi insertum occurrit, quod nulli in posterum critici genuinum non reputabunt; præsertim quia legitur etiam cum Chrysostomi nomine in codice Naniano 70, apud Mittarellium, et quidem cum Studita nostro conjunctum. In sexta oratione de Deiparæ obitu seu metastasi pius suum erga Divam animum effundit Theodorus. De septima et octava quid dicam? Etsi hæ mihi minus placerent, placuit certe octava ante mille annos Anastasio Bibliothecario, qui eam interpretatione sua laudibusque condecoravit: placuit item Allatio qui eam Græcæ in Symmictis se editurum recoperat. Placuit septima Combefisio item interpreti, qui non dubitavit elegantissimam appellare. Sed et aliæ sex priores placuerunt certe Sirmondo qui prelo eas destinaverat. Ex olim vero editis, placuit De cruce Gretsero, De nativitate Deiparæ Lequinio, De inventione capitis sancti Præcursoris Cangio, De magno Arsenio et de Platone magistro Bollandianis. Nam quæcunque a magnis doctrina et sanctivitate viris scripta prodeunt, ea demum carere omnui utilitate aut merito nequeunt.

IV. Postquam harum orationum satis operosam, cum interpretatione mea scholiisque, editionem curaveram, mentem protinus alii Theodori scriptis conquirentis intendi. Ergo in primis sum nactus Epitimia 110, quæ monasticæ apud Græcos severitatis imaginem sistunt. Deinde pretiosum Scholion, quod Studita editioni suæ minorum sancti Basilii Asceticorum. præposuerat, ut de illorum auctore dubitantibus scrupulum evelleret. Postea se mihi obtulit Studitæ brevis explanatio missæ Præsanctificatorum; quæ; mihi etiam ansam præbuit, pervenustas quasdam missæ Græcorum picturas describendi, nec non notitiam prope inauditam vulgandi liturgiæ sancti Epiphaniæ Cypriorum episcopi. Enimvero apprime optabam epistolarum Theodori editarum numerum augere; sed ea spes prope me fefellit, ut dixi, p. 99: itaque brevi admodum incremento contentus fui.

NOTÆ.

traditio est. Sedes est Petri, Inde accipienda fidei certitudo. Per illam fideles cum aliis patriarchis et inter se uniuntur. Universæ Ecclesiæ portus adversus omnium hæresum procellas. Romanus episcopus omnium princeps. Summus Pater Patrum. Primum apostolicum caput Ecclesiæ universæ. Primæ sedis antistes. Patriarcharum coryphæus. Princeps pastorum Ecclesiæ quæ sub cælo est. Principatus ejus divinus. Ad ipsum referri necesse est, si quid novi fiat in Ecclesia. Id ab initio servatum fuit. A Christo claves per intermedium sanctum Petrum accipit. Synodum orthodoxam absque Romani Pontificis cognitione celebrari non posse, antiqua traditio est. Huic defertur potestus summa synodi œcumenicæ. Ab eo approbari debent synodi nationales. Ad ipsum recurritur ob componendas Ecclesiæ Constantinopo-

litanæ turbas. Vides, lector ingenue, que fuerit duorum maximorum sæculo nono Græcæ Ecclesiæ virorum, de Rom. sedis primatu et auctoritate judicium, Theodori scilicet et Nicephori Vidimus etiam (in Spicil. Rom. t. X, p. 293) patriarcham sanctissimum Nicolaum in epistola ad Rom. Ecclesiam concedere illi προνόμιον ἐκκλησιαστικῆς ὑπεροχῆς: quem primatum, ante inimicitias susceptas fatebatur etiam Photius in epistola ad Nicolaum papam, quam a schismaticis postea male truncatam restituiimus integram nos in hac nostra PP. Bibliotheca, IV, p. 51. Cur ergo furentibus postea adversus Rom. sedem. eique obedientiam negantibus, Photio ac Cerulario, aurem præbeamus?

(3) Edit. Maurin. T. VI, p. 50 D.

Profecto non uno in codice Vat. continetur catecheseon Studitæ collectio minor, sermonibus constans 134, quos Latine tantum edidit Livineius: deest vero major sermonum 217, de qua Fabricius loquitur, ut dixi p. 77. Neutram tamen hoc volumine satis jam pleno complecti potuissem: quare Græca tot Catecheseon editio vel me vel alium futuro tempore curatorem exspectat. Illud tamen mihi inexpectatum gratumque accidit, quod inauditam prorsus philologis, ut reor, Studitæ aliam Catechesim reperi, inscriptam *Chronicam* seu *Annalem*, quia nempe in hac describitur totius anni jejuniorum regula: quare hanc statim Catechesim cupide arreptam in volumen meum sevocavi. Posthinc alterum legi in pervetusto codice monumentum asceticæ disciplinæ, qua Studii monasterium, cui Theodorus præfuit, regabatur. Etsi vero id scriptum alius auctor exaravit, tota tamen doctrina et legislatio Theodori est, atque ab eo prope ad verbum dictata et constituta, dum illic hegumeni munere fungeretur. Est hæc igitur ordinatio exacta divini officii, et jejuniorum in quadragessimis, atque abstinentiarum totius anni accurata descriptio; unde veteris Græcæ Ecclesiæ religiosa pietas et mira severitas nobis elucet. Huic autem, comparationis gratia, excerptum addidi ex constitutionibus famigerati in Occidente monasterii Salmuriensis, de Gallicano codice sumptum. Jam vestigando adhuc indulgens, libellum Theodori nostri comperi De confessione et satisfactione, quem nemo credo memoraverat, capitulis 28 constans, qui vel canonum pœnitentialium Collectionibus, vel Morini C

A ejus tituli operi mantissam bonam adjiciet. Etsi autem latum Epitimiorum elenchum Studita jam scripserat, attamen et minorem alterum quotidianarum ferme pœnarum dictare non recusavit, quem item cum fructu legemus. Accessit mihi ex Vaticanis codicibus aliud quoque Studitæ nonnullarum quæstionum breve scriptum. Denique cum, p. 77, dixissem, desiderare me Græcum textum sermonis quo Theodorus sanctum Bartholomæum ap. laudaverat, illum demum inexpectato conspexi in extremis bibliothecæ Vaticanæ pluteis, eoque præconio volumen conclusi. Quanquam vero in pontificiis codicibus troparia etiam Studitæ leguntur, quorum minima tantum pars in tridiodo edito apparet; nihilominus pios hos Studitæ hymnos, prosa oratione scriptos, sed mellifluis pietate refertos, nonnisi alio volumine ac tempore, vita comite, vulgare licebit.

B V. Theodori Studitæ vita prolixè accurateque a Michaelæ monacho edita, in Sirmondiano volumine exstat. Et quidem pars ejus notabilis fuit, tragedia illa Constantini Irenes filii, qui suis adulterinis nuptiis Ecclesiam conturbavit: cui flagitio obsistens apprime Theodorus, tot mala perpressus, exsilia scilicet, verbera, famem, et hujusmodi ærumnas alias. Res hæc in codicibus etiam Vat. non semel narratur; nosque ipsi sive in *Script. vet.* t. III, cum Methodii monachi scripto, sive in *Spicilegii Rom.* t. VI, præf. p. 22 et seqq. cum Methodii patriarchæ aliorumque auctoritatibus, rem declaravimus.

VETERUM TESTIMONIA.

Theophanes ad Nicephori imperatoris annum IV, pag. 407

Mensis vero Aprilis die duodecima, magna Paschatis Dominica, Nicephorus sanctissimus patriarcha, prius a secretis, populi totius et sacerdotum, atque imp. etiam suffragio electus est. Plato autem et Theodorus monasterii Studitarum præpositi, Nicephori ordinationi non assenserunt, quinimo dissidium a cæteris meditati firmiter obstiterunt, probabili videlicet argumento ducti: non oportere aliquem ab imo laicorum statu ad supremum episcopatus fatigium proxime evolare. Quos cum imp. Necephorus urbe ejicere vellet, contraria nonnullorum sententia cohibitus est, qui odiosam fore patriarchæ ordinationem exposuerunt, si monachi ad septingentos usque sub Theodoro militantes, ejusque monasterium adeo celebre, dissiparentur.

Καὶ τῇ β' τοῦ Ἀπριλλίου μηνός, τῇ μεγάλῃ Κυριακῇ τοῦ Πάσχα, χειροτονήθη Νικηφόρος ὁ ἀγιώτατος πατριάρχης ἀπὸ ἀσκηρῶν, ψήφῳ παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἱερέων, πρὸς δὲ καὶ τῶν βασιλέων. Πλάτων δὲ καὶ Θεόδωρος ἡγούμενοι τῆς μονῆς τῶν Στουδίων οὐ συνευδόκησαν τῇ χειροτονίᾳ Νικηφόρου· ἀλλὰ λίαν ἀντετάχθησαν οὐχ ὅσον μελετήσαντες, αἰτίαν δὴθεν εὐλογον ἔχοντες· τοῦ μὴ δεῖν ἀπὸ λαϊκῶν ἀθρόως εἰς ἐπισκοπὴν ἀνατρέχειν. Οὕς ὁ βασιλεὺς Νικηφόρος τῆς πόλεως ἀπελάσαι βουλευθεὶς ἀντιρῶν· συμβουλευόντων τινῶν οὐκ ἐπαινετὴν εἶσθαι τοῦ πατριάρχου χειροτονίαν, ἐπὶ καταλύσει τηλικαύτης μονῆς ἐπιτκοσίων που μοναστῶν ὑπὸ Θεοδώρου τεταγμένων.

Idem ad Nicephori imperatoris annum VII, pag. 409.

Theodorus autem Studii præpositus, et ejus fra-

Θεόδωρος δὲ ὁ ἡγούμενος τῶν Στουδίων, καὶ Ἰω-

σὴν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἀρχιεπίσκοπος Θεσσαλονίκης, ἅμα Πλάτωνι ἐγκλείστω, καὶ τοῖς λοιποῖς αὐτῶν μοναχοῖς, τῆς κοινωνίας Νικηφόρου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἀπέστησαν, διὰ Ἰωσήφ τὸν οἰκονόμον, ὡς παρανόμως στεφανώσαντα Κωνσταντῖνον καὶ Θεοδότην.

ater Josephus Thessalonicensis archiepiscopus, una cum Platone incluso, et reliquis monachis, a Nicephori sanctissimi patriarchæ communionē, ob Josephum œconomum, qui Constantinum et Theodoten præter fas coronaverat, seipsos segregarunt.

Ex Naucratiæ confessoris encyclica, de obitu S. Theodori Studitæ edita in Auctario Combesiano Bibliothecæ Patrum Græc. tom. II, pag. 855.

Κεκοίμηται ὁ κοινὸς Πατὴρ ἡμῶν, ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀληθῶς μαθητὴς καὶ μιμητὴς, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸ στόμα τῆς Ἐκκλησίας, τὸ κλέος τῶν ἱερέων, τὸ τῆς πίστεως ἔρεισμα, ὁ τῶν μοναζόντων κανὼν, ὁ εὐαγγελικὸς ποιμὴν, ἡ ἀποστολικὴ καρδία, τῶν ὁμολογητῶν ὁ ἐξαίρετος. ὁ προαιρετικὸς μάρτυς, ὁ τῆς ὀρθοδοξίας φίλιος, ὁ οἰκουμενικὸς διδάσκαλος. Καὶ ὦ τοῦ ἀκούσματος! κεκοίμηται ὁ κοινὸς Πατὴρ ἡμῶν, ὁ τεγαλοφωνόματος τῆς ἀληθείας κήρυξ, ὁ ἀένναος τῆς διδασκαλίας βρυτήρ, ὁ μυριόνους τῆ θεοσκοπῆ κυβερνήσει, ὁ θαυμαστὸς βουλευφόρος, ὁ πιστὸς οἰκονόμος τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων, ὁ τῆς ἐπουρανίου Ἱεροσαλήμ πολίτης, ὁ κεκαθαρμένος νοῦς, ἡ χρυσοειδὴς ψυχὴ, ἡ τῆς μετονοίας θύρα, ἡ τῶν δογμάτων πηγὴ, ἡ εὐχὸς τοῦ Πνεύματος λύρα, τὸ ἐνδιαίτημα τῆς μακαρίας καὶ ἀρχικῆς Τριάδος... Κεκοίμηται ὁ κοινὸς Πατὴρ ἡμῶν, ὁ ἐπίγειος ἄγγελος, καὶ οὐράνιος ἄνθρωπος, ὁ τῆς παρθενίας ναὸς καθαρῶτατος, ὁ πολλοστὸς καὶ πολυειδὴς τῆ ποιικιλοστρόφῳ σοφία τοῦ Πνεύματος, ὁ ἐπιτεταμένος (1) στοχαστὴς, ὁ γνήσιος Χριστοῦ ὑπρέτης, ὁ καλλιβλέφαρος ὀφθαλμὸς τοῦ Χριστοῦ σώματος, ὁ τῆς ὑπομονῆς ἀθλητὴς, καὶ τῆς εἰκονομαχικῆς αἰρέσεως νικητὴς, τὸ τῆς δικαιοσύνης ὄπλον, ἡ τῆς ἐλεημοσύνης κρηνὴ, ὁ ἀκριβὴς τοῦ Κυρίου νομοφύλαξ, τὸ θησαυροφυλάκιον τῶν ἀρετῶν, ὁ τῶν λόγων ἥδους, καὶ τὴν προσηγορίαν εὐπρόσιτος... Δέδειται γλῶσσα χρυσορόσῃμων, θείων δογμάτων ἐξηγητὴς· εἶρξται χεῖρ ὠραιογράφος, ἐπιστολαῖς τὸν κόσμον κάταπλουτίτισα, καὶ πολλοὺς εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐπαναστρέψασα· ἔστησαν πόδες ὠραῖοι παννύχοι στασεῖ διηρηκνότες, καὶ πολλοῖς εὐαγγελιστάμενοι εἰρήνην καὶ τὰ ἀγαθὰ· ἠρέμησε νοῦς διορατικώτατος, τὰ τοῦ Πνεύματος βῆθη διερευνήσας, καὶ τὰ πρόβλεπεν προβλέψας, καὶ προϊδὼν ἄριστα· κέρυπται ὑπὸ γῆν σῶμα ἀσκητικὸς πόνους ἐγγυμνασθὲν, καὶ πολλαῖς ἐξορταῖς, καὶ φυλακαῖς, πληγαῖς τε καὶ ἀπαγωγαῖς ἐξαρκέσεν. Τοιοῦτος γὰρ, ὦ μακαριώτατοι, ὁ ἡμέτερος Πατὴρ· ταυτὸν δὲ εἶπεῖν, πολλῶν πατρῶν καὶ διδάσκαλος· ὁ δεύτερος Ἀβραάμ, οὗ ἡ παρὰ Θεοῦ εὐλογία ἐξαίρετος, καὶ οὗ τὸ σπέρμα ὑπὲρ ἀριθμῶν, ὁ τοῦ Προδρόμου μιμητὴς, ὁ τοῦ Ἠλιού ζηλωτὴς, ὁ τῆς χάριτος Φινεὲς, ὁ νέος Σαμουὴλ, ὁ ἐκλελεγμένος ἀπὸ μυριάδων· οὗ τὴν ἀρετὴν ᾄδουσι πολλαὶ πόλεις χωρὰ! τε καὶ νῆσοι, καὶ οὗ τὸν βίον καὶ τοὺς ἀγῶνας εἰκότως θυλλαῖ τὰ πέρατα. Τίς

Dormitionem accepit communis Pater noster, ille prorsus discipulus Christi et imitator, vas electionis, os Ecclesiæ, sacerdotum decus, fidei columen, regula monachorum, evangelicus pastor, pectus apostolicum, eximius confessor, martyr propositus, sol fidei orthodoxæ, orbis doctor. Atque, proh verbum! accepit dormitionem communis Pater noster, vocalissimus ille veritatis præco, jugis doctrinæ scaturigo, cui infinita quædam ad spiritualem gubernationem mens. Erat admirabilis ille consiliarius, fidelis dispensator sacramentorum Dei, civis cælestis Jerusalem, mens purgata, aureus animus, pœnitentiæ janua, fons dogmatum, bene modulata Spiritus lyra, beata ac principis Trinitatis domicilium..... Accepit dormitionem communis Pater noster; terrestri ille angelus, et homo cælestis, mundissimum illud virginitatis templum, multiplex ille ac multiformis volubili sapientia Spiritus, intentissimus conjector, verus Christi famulus, corporis Christi pulchro supercilio oculus, patientiæ pugil, hæresisque Iconomachorum victor justitiæ armatura, eleemosynæ fons, diligens Domini legum custos, thesauri virtutum penu, dulcis sermone, et ad salutandum facilis.... Vinota est lingua auro fluens, enarratrix illa divinorum dogmatum. Vinota est ac impedita manus pulchre scribens, quæ epistolis mundum ditavit, ac multos ad agnitionem veritatis convertit. Constiterunt speciosi pedes, qui noctes totas steterunt, multisque evangelizarunt pacem et bona. Requievit mens perspicacissima, quæ Spiritus profunda scrutata est, ac longius posita prospexit. Sub terra abditum est corpus illud asceticis laboribus exercitatum, quodque exsilia multa, carceresque, et plagas, et abductiones sustinuit. Talis siquidem erat, beatissimi, Pater ille noster: perinde vero fuerit, ac multorum dicere patrem atque magistrum: ille alter Abraham, cujus a Deo benedictio eximia, et semen innumerabile: imitator ille Præcursoris, ille Eliæ æmulator, Phinees gratiæ, novus Samuel, electus ex millibus¹: cujus virtutem multæ decantant urbes, regionesque et insulæ; cujus vitam et certamina, orbis fines merito concelebrant. Quis enim quantum ille, aut virtutem dilexit, aut odio vitium habuit? (Quis tantopere Deum dilexit et ab illo amatus est? Quis ita zelans zelavit Domino,

¹ Cant. v, 10.

NOTÆ.

(1) Cod. Reg. ἐπιτετευγμένος, *felicissimus*.

ejus charitati usque ad mortem nihil anteponens? **A** γὰρ οὕτως ἢ ἀρετὴν ἠγάπησεν, ἢ κακίαν ἐμίσησε; (Τίς οὕτως ἐπεπόθησε Θεὸν καὶ ἠγαπήθη, ὑπ' αὐτοῦ; Τίς ζῆλων ἐξέλισκε τῷ Κυρίῳ (2), μὴ προκρίνας τι τῆς αὐτοῦ ἀγάπης μέχρι θανάτου; Τίς ἰχνηλάτησε τοὺς τῶν ἁγίων βίους, αἱ ἀκορέστως τούτοις συντημιλλήθη;) Τίς οὕτως ἐνέκρωσεν, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καθῆρην ἐκυτόν καὶ ναὸν Θεοῦ ζῶντος ἀπειργάσατο; τίς ἐστρατήγησε καὶ παρετάξατο πρὸς τοὺς ὑπεναντίους, καὶ προσδολῶν εὐστόχως κατέβαλε νενικηκῶς ἀριστα; τίς ἄξύτερος ἐκείνου προδίδεσθαι τὸ μέλλον; τίς οὕτω σταθερῶ καὶ παγίῳ τῆς ψυχῆς ἔθει, ἀστραπῆς τῆ χιον τοῖς πράγμασιν ἐπελθεῖν ἱκανός.

Paulus Diaconus, lib. XXIV Historiæ Miscellæ.

Theodorus autem hegumenus Studii, et Joseph frater ejus archiepiscopus Thessalonicensis, una cum Platone incluso, et cæteris monachis suis, a communione recesserunt Tarasii sanctissimi patriarchæ, propter Joseph vicedominum, qui prævaricatorie Constantinum et Theodoten coronaverat.

Tunc Nicephorus imp. occasione percipia, cum episcopos et hegumenos congregasset, synodum adversum illos celebrari præcepit, per quam a monasterio et urbe dejecti, exsilio sunt destinati, mense Januario, indictione secunda.

Anastasius Bibliothecarius in Præfatione ad S. Theodori Suditæ sermonem de S. Bartholomæo apostolo. Spicilegii Dacheriani tom. III, pag. 13.

Theodorus videlicet quidam sacerdos apud Constantinopolitanam urbem temporibus fuit Adriani et Leonis Romanorum pontificum, vir valde mirabilis, qui non solum fidei constantia, verum etiam scientiæ gratia, et signorum polleret virtutibus. Duorum imperialium, insigniumque cænobiorum,

C Studii scilicet et Saccudiorum, constitutus est abbas. Qui semper in apostolicæ sedis communione persistens, hæreticorum nœnias, et imperatorum vesaniam fidei constantia, etiam tormentis affectus, mentis virtute repressit, necnon et sancti Spiritus gratia plenus opuscula nonnulla composuit.

Ex Menæis Græcorum.

Mense Novembris xi, memoria sancti Patris nostri Theodori Studitarum hegumeni.

Theodore ter beate, magna præmia Tibi, vita sancte exacta, post obitum dabit.

Natus ille est sub imperio Constantini Copronymi, piis parentibus Photino et Theoctista. Virtuti autem a puero deditus. litterarum studiis excolitur, atque ad summum doctrinæ gradum pervenit. Monasticam deinde vitam amplexus, cum excelleret omni virtutum genere, sacerdotii chrismate ab Tarasio magno initiatur; cumque sanctus Plato, qui tunc monasterio Studiano [*f. leg. Saccudionis*] præerat, præfecturam transtulisset in hunc beatum virum; is sibi commissi gregis præclarus rector et ad salutaria pascua ductor exstitit. Porro et magnus hic Theodorus et sanctus Tarasius, posterior quidem Ecclesia sua pellitur, alter vero flagellis cæsus Thessalonicam relegatur a Constantino Irenes reginæ filio, quod ille, abdicata uxore legitima, duxisset alteram, graviterque a sanctis

Μηνὶ Νοεμβρίῳ ια', μνήμη τοῦ ὁσίου Πατροῦ ἡμῶν Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδίου..

Πολλὰς ἀμοιβὰς, Θεόδωρε τρισμίκρα, Βίου μεταστὰς ὡς βιοῦς εὐ προσδόκα.

D Οὗτος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου, γονέων εὐσεβῶν Φωτεινοῦ καὶ Θεοκτίστης. Ἐκπαιδόθεν δὲ τὸν ἐνάριτον βίον ἐλόμενος. γράμμασιν ἐκπαιδεύεται. καὶ εἰς τὸ ἀκρότατον ὕψος τῆς γνώσεως ἀνήχθη. Τὸν μονήρη βίον ὑπελθὼν, καὶ πᾶσαν ἰδέαν ἀρετῆς κατορθώσας, χρίσματι τῆς ἱερωσύνης παρὰ τοῦ μεγάλου Ταρασίου ἀξιοῦται. καὶ τοῦ ὁσίου Πλάτωνος τηλικαῦτα ἡγουμένου τῆς μονῆς τῶν Στουδίου [Σακκουδίωνος] τυγχάνοντος καὶ παραιτησαμένου, ὁ μακάριος οὗτος τὴν ἡγεμονίαν ἀναδέχεται, καλῶς τὸ πιστευσθὲν αὐτῷ ποιμνιον ὀδηγῶν, καὶ ἐπὶ νομὰς σωτηρίου ποιμάνας. Καὶ οὗτος οὖν ὁ μέγας Θεόδωρος, καὶ Ταράσιος ὁ ἐν ἀγίοις. ὁ μὲν ἀωποεῖται τῆς Ἐκκλησίας, ὁ δὲ μαστιχθεὶς ἐν τῇ Θεσσαλονικῇ περιορίζεται παρὰ Κωνσταντίνου υἱοῦ Εἰρήνης τῆς βασιλείας, διὰ τὸ τὴν μὲν νο-

² Coloss. v, 3.

NOTÆ.

(2) Ita cod. Reg.; nam quæ hic ansulis incluse, ea non leguntur apud Combefisium.

ἰως αὐτῶ συναφθεῖσαν γυναῖκα ἀποβαλεῖν, ἀγα-
θαι δὲ ἑτέραν, καὶ διελεγχθῆναι παρ' αὐτῶν.
αὐτὸν δὲ Κωνσταντῖνος τυφλωθεὶς τῆς βασιλείας
ἐρρύαγη, ἀνακαλεῖται τῆς ἐξορίας Θεόδωρος· ἀλλὰ
ἰ αὐθις ἐξορίζεται πάλιν ὁ μέγας Θεόδωρος ἐν
τῆς Ἀπολλωνιάδος λιμνῆ· ἐκεῖθ' ἐν τε πάλιν πα-
κίμματα· ἐν τῷ τῶν Ἀνατολικῶν θέματι, ἐν ᾧ
εἰ τὰς ἐκτὸν μάστιγας περὶ τὸν νῶτον δεξάμε-
νος γενναίως ἐνεκαρτέρει· καὶ αὐθις παρὰ τοῦ στρα-
τηάρχου σφοδραῖς μάστιγιν αἰκίζεται. Κάκειθ' ἐν
τῇ Σμύρνῃ παραπεμφθεὶς, εἰρκτῆ δυσωδεστάτη
κλείεται· καὶ τῷ βασιανιστηρίῳ ξύλῳ ἐμβάλλεται
εἰ δὲ καὶ αὐτὸς τῆς βασιλείας ἀπεβρύαγη, καὶ
χατὰ τὰ σκῆπτρα ἐδέξατο, ἀνακαλεῖται τῶν δε-
ῶν καὶ τῆς ἐξορίας ὁ μέγας Θεόδωρος· καὶ μικρὸν
θεῖς, τοῖς φίλοις συνῆν· καὶ μετὰ χρηστῆς ἐλ-
θοῦς ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ. Ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν κατὰξηρος ὡχρὸς τὴν ὄψιν, μίξαιπόλιος τὴν τρίχα, καὶ
ἰελάκρος.

A illis viris ob id reprehenderetur. At postquam
Constantinus excæcatus fuit ac regno spoliatus, ab
exsilio Theodorus revocatur. Sed et postea ad palu-
dem Appolloniadis rursum pellitur magnus Theodo-
rus, indeque denuo in partes Orientales : ubi cen-
tum plagas tergo inflictas forti animo excipit ; ite-
rumque ab castrorum præfecto dire verberatur.
Inde Smyrnam ductus, ac teterrimo carcere inclu-
sus, lignis ad tormenta comparatis imponitur.
Postmodum vero, cum imperator regno moriens
cessisset, ac Michael sceptrâ suscepisset, magnus
Theodorus ex carcere exsilioque revocatur, ac non
nihil quietis nactus, cum amicis versatus est : do-
neo cum optima spe obdormivit in Domino. Fuit
autem corporis habitu macilentus, vultu pallido,
B crine canescente et calvus.

Ex collegii nostri Parisiensis codice ms. cui titulus :

μαξίριον ἐν ἐπιτομῇ τοῦ βλου ἐνιαυτοῦ. Μηνὸς
Νοεμβρίου α'. Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολο-
γητοῦ Θεοδώρου τῶν Στουδίου.

Ὁρθοδοξίας ὁδηγὸς, εὐσεβείας διδάσκαλος καὶ σε-
νήτης, τῆς οἰκουμένης ὁ φωστὴρ, τῶν μοναζόν-
των θεόπνευστος ἐγκαλλώπισμα, Θεόδωρε σοφὲ, ταῖς
ἐδράξαι σου πάντας ἐφώτισας· λύρα τοῦ Πνεύμα-
τος, κρέσθουε Χριστῷ τῷ Θεῷ σωθῆναι τὰς ψυχὰς
ἡμῶν.

Breve Synaxarium totius anni. Mense Novembris xi.
Sancti Patris nostri et confessoris Theodori
Studitæ.

Dux rectæ fidei, pietatis magister et sanctimonias,
lux mundi, divinum decus monachorum, sapiens
Theodore, omnes doctrinis tuis illuminasti ; lyra
Spiritus, pro nostrarum animarum salute apud
Christum Deum deprecare.

Ex Synaxario collegii nostri Parisiensis Societatis Jesu, 11 Novembris.

Τῆ αὐτῆς ἡμέρας μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν
καὶ ἀποστολικοῦ Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδίου.
Ὁσίου ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Κα-
θάρου Κωνσταντινουπόλει γεννηθεὶς, πᾶσαν δὲ
γνώσιν τῶν μαθημάτων ἐμαθὼν, ἐπὶ τῆς βασιλείας
Εἰρήνης τῆς εὐσεβεστάτης, εἴκοσι δύο ἐτῶν ὑπάρ-
χων, ἀπλήθην ἐν τῇ Σακουδίῳ μονῇ, ὑπὸ τοῦ θεοῦ
αὐτοῦ Πλάτωνος γέγονε μοναχὸς, καὶ παρὰ Ταρα-
σίου πατριάρχου χειροτονεῖται πρεσβύτερος. Εἰ
[F. εἶτα] τριπικονταετής ὡν γίνεται καθηγούμενος τῆς
ἐκ' αὐτῶν μονῆς. Ἐξωρίσθη δὲ εἰς Θεσσαλονίκην,
διὰ τὸ μὴ συνθέσθαι τῇ μοιχίᾳ τοῦ βασιλέως. Ἀλλ'
ἀνεκλήθη πάλιν παρὰ τῆς βασιλείας Εἰρήνης, καὶ
διὰ τὴν τῶν Σαρακηνῶν ἐφοδὸν τὴν βασιλεύσαν...
ἐπιταλαμβάνει. Καὶ πάλιν ἐξορίζεται παρὰ Νικη-
φόρου βασιλέως τοῦ σφαγέντος ἐν Βουλγαρίᾳ, ἐπὶ τῇ
ὁμοίᾳ ὑποθέσει. Εἶτα ἐξορίζεται διὰ τὰς ἀγίας εἰκό-
νας ἐπὶ Λέοντος τοῦ Εἰκονομάχου, καὶ ὑπὲρ εὐσε-
βειῶν πολλὰ τιμωρηθεὶς καὶ ἀγωνιστάμενος, καὶ ὕμ-
νος εἰς Θεὸν συγγραψάμενος, ἐν βαθυτάτῳ γήρα
πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. Ἦν δὲ τὴν μὲν ἡλικίαν
μακρὸς, κατὰξηρος καὶ ὡχρὸς τὴν ὄψιν, μίξαιπόλιος
τὴν τρίχα καὶ ἐπιφέλακρος.

Eodem die memoria sancti Patris nostri et con-
fessoris Theodori Studitarum præpositi. Ille re-
gnante Constantino Caballino natus est Constanti-
nopolis. Omnem scientiarum cognitionem adeptus
imperante sanctissime Irene, duos supra viginti
annos natus, in Saccudionis monasterium se rece-
pit, ab avunculo suo Platone monachus factus ; et
a Tarasio patriarcha presbyter ordinatus est. Tri-
cesimum agebat ætatis annum cum ab eodem Pla-
tone monasterio præficeretur. Thessalonicam vero
relegatus est, quod imperatoris adulterio non con-
sentiret. Verum ab Irene Augusta revocatus at-
que a Saracenorum regina viatico recreatus, *Stu-
diensis monasterii moderamen* suscipit : sed iterum
similem ob causam in exsiliū pellitur a Nicephoro
imperatore, qui in Bulgaria cæsus est. Postea ob
sanctas imagines a Leone Iconomacho in exsiliū
mittitur : multaque pro religione perpessus ; et
plurimis functus certaminibus, hymnisque in Dei
laudem conscriptis, in summa senectute migravit
ad Dominum. Erat autem procerus statura, exsucco
vultu et pallido, crine partim cano partim nigro,
et capite calvo.

XV Julii.

Eodem die memoria agitur sancti Patris nostri A Τῆ αὐτῆ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Joseph confessoris, archiepiscopi Thessalonicae. Ἰωσήφ τοῦ ὁμολογητοῦ, ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονικῆς.

Relatio Constantinopolim reliquiarum SS. Theodori et Josephi. Ex ms. Bibliothecae Ambrosianæ lit. O, 14, δ, 25 Januarii.

Translationem celebramus sanctorum Patrum nostrorum et confessorum, Theodori præpositi Studii, et Josephi ejus fratris, qui Thessalonicae archiepiscopus fuit. Illi ex Photino et Theoctiste nati, sub imperio Theophili vixere. Ob venerandam sanctarumque imaginum adorationem sanctus quidem Theodorus diversa perpessus exsilia, et plagas, et flagella, tanquam egregius Christi confessor; regnante Michaele Amorrhæo solvitur vinculis, et ab exilio revocatur; exiguaque ærumnarum intermissione potitus, cum bona spe requievit in Domino: cujus corpus in insula principis depositum est. Josephus vero archiepiscopus germanus ipsius frater diversis carceribus et cæteris ærumnis conflictatus, die Julii decimo quarto ad æternam requiem appulit. Horum sacrosancta corpora post annos decem et octo in regiam urhem pompa solemnè asportata sunt (tunc enim cessavit Ecclesiarum bellum, quod invisus Theophilus excitarat) quam translationem præcipue peregit sanctissimus patriarcha: is erat Methodius. Ac universus clerus et monachi, sæculariumque ex urbe multitudo affluens cum lampadibus et thuris suffitu sana corpora et miro adhuc odore fragrantia reperientes, sublatis manibus exceperunt, et in sancti Platonis thecam reposuere. Cui et alacriter, ut æquum erat, parentarunt.

Τὴν ἀνακομιδὴν ἐπιτελοῦμεν τῶν ὁσίων Πατέρων ἡμῶν καὶ ὁμολογητῶν Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδίου, καὶ Ἰωσήφ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἀρχιεπισκόπου γενομένου Θεσσαλονικῆς. Οὗτοι ὑπέβησαν ὑπὸ τῆς βασιλείας Θεοφίλου καὶ υἱοῦ Φωτεινοῦ καὶ Θεοκτίστης. Διὰ τὴν προσκυνῆσιν τῶν σεβασμιῶν καὶ ἁγίων εἰκόνων ὁ μὲν ἅγιος Θεόδωρος διαφόροις ἐξορίας προστάλαιπωρήσας καὶ πληγὰς καὶ μίστιγας, οἷα διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν, ἐπὶ τοῦ νώτου δεξιόμενος, ἐπὶ τῆς βασιλείας Μιχαήλ τοῦ Ἀμορρῆαίου ἀνακαλεῖται τῶν δεσμῶν καὶ τῆς ἐξορίας, καὶ μικρὸν ἀνεθεὶς μετὰ χριστιανῆς τῆς ἐλπίδος ἀνεπέσαστο ἐν Κυρίῳ, καὶ ἀναθεῖται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ Πριγκίπου νήσῳ. Ὁ δὲ γε αὐτᾶδελφος αὐτοῦ ἀρχιεπίσκοπος Ἰωσήφ καὶ αὐτὸς διαφόροις φυλακαῖς προσομιλήσας, καὶ τῇ λοιπῇ κακοπαθείᾳ πυκτεύσας ἀπαίρει πρὸς τὴν αἰώνιον λῆξιν τῇ τεσσαρεσκαίδεκάτῃ τοῦ Ἰουλίου. Τούτων τὰ ἱερὰ καὶ ἅγια σώματα λαμπρῶς τῇ βασιλίδι μετὰ χρόνου ἀνακομίζονται ὀκτωκαίδεκα. Τρικαῦτα γὰρ ὁ τῶν Ἐκκλησιῶν πέπαιτα πόλεμος, ὃν συγγητός Θεόφιλος ἀνεβρόβησεν. Ὡν καὶ τὴν ἀνακομιδὴν μάλιστα ὁ θεοτίτος πατριάρχης, Μεθόδιος δὲ ἦν ὁύτερος, καὶ κληρὸς ἅπας καὶ μοναχῶν πλήθῃ, καὶ μιγάδων μετὰ λαμπάδων καὶ θυμιαμάτων προχρῶθέντες τῆς πόλεως καὶ ταῦτα χερσὶν ὑπταῖς δεξιόμενοι καὶ σῶα εὐρόντες καὶ ἄρτι ἀβρόχτοι εὐωδίας πληρούμενα τῇ θήκῃ γε τοῦ ἱεροῦ κατατιθέασιν Πλάτωνος, καὶ ἐνθύμως αὐτῶ ὡς ἀληθῶς κηδεύουσι τίμια.

Ex Synaxario collegii nostri Parisiensis 4 Februarii.

Eodem die memoria agitur sanctis Patris nostri Nicolai confessoris Studiensis. Ille quidem sanctus ex Creta insula oriundus erat. Cognatum autem suum Theophanem videre desiderans, Constantinopolim adiit: eumque inter fratres Studitas ascriptum cum invenisset, ipse quoque monasticam vitam amplectitur. Ibi omni eruditione excultus, et monasticæ vitæ rationem apprime edoctus, presbyter ordinatur; ad altissimum enim virtutis culmen evaserat. Postea autem quid? cum Theodoro D monasterii præposito divinus Nicolaus exsilio damnatur. Unde revocati a Leone, qui merito ferè cognomine dictus, et Christi hostis fuit, bubulis nervis verberantur, quod divinarum imaginum essent adoratores. Deinde in custodiam detruduntur, et rursus interrogati cæduntur, ac vincti in carcerem conjiciuntur: cumque ibi per tres annos famem, sitim, nuditatem pertulissent, Smyrnam ablegantur: ubi flagellis cæsi, et in carcerem coniecti, ligneis, compedibus vincuntur. Elapsis autem mensibus viginti, moritur Leo, et ad divinum judicium rapitur. Tunc dimissi beati confessores

Τῆ αὐτῆ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νικολάου τοῦ ὁμολογητοῦ καὶ Στουδίτου. Οὗτος ὁ ὄσιος ἔφυ μὲν ἐν τῆς τῶν Κρητῶν νήσου. Τὸν συγγενέα δὲ αὐτοῦ Θεοφάνην βουλόμενος θεάσασθαι, τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαμβάνει· καὶ τοῦτον συγκατηλεγμένον τῇ ἀδελφότητι τῶν Στουδίου εὐρών, καὶ αὐτὸς τὸν μονῆρῃ βίον ὑποδέχεται. Διὰ πάσης δὲ παιδεύσεως διελθὼν, καὶ τῆς μοναχικῆς ἀγωγῆς τὸ σύμβολα ἀκριβέστατα διδάχθεις, χειροτονεῖται πρεσβύτερος· εἰς γὰρ τὸ ἀρότατον τῆς ἀρετῆς ἔφθασεν. Τί τὸ ἐντεῦθεν; Ἐξορίαν σὺν Θεοδώρῳ τῷ τῆς μονῆς προεστῶτι ὁ ὄσιος Νικόλαος κατακρίνεται· κάκειθεν ἀνακλιθέντες βουνεύροις τύπονται παρὰ Λέοντος τοῦ θηριωνύμου καὶ μισοχριστοῦ, ὅτι προσκυνηταὶ τῶν θεῶν εἰκόνων τυγχάνουσι· εἶτα φρουροῦνται, καὶ αὐθὶς ἐρωτηθέντες μαστίζονται, καὶ τῇ εἰρκτῇ δεσμευθέντες ἐναποβρόβητονται· τρισὶ δὲ ἔτεσι τῇ φρουρᾷ προσκαρτερήσαντες, καὶ λιμῶ καὶ δίψῃ καὶ γυμνότητι προσπαλαίσαντες ἐν τῇ Σμυρναίων ἐκπέμπονται· κάκεισε μαστιχθέντες, καὶ τῇ φρουρᾷ ἐμβληθέντες, ξύλῳ τοὺς πόδας ἐμβάλλονται. Εἴκοσι δὲ μηνῶν παρφυγκύτων, τελευτᾷ τὸν βίον, καὶ πρὸς τὰ ἐκεῖθεν

δικαιωτήρια παραπέμπεται. Τότε οἱ μακάριοι τοῦ Χριστοῦ ὁμολογηταὶ ἀνεθέντες τὴν Καλκηδόνα καταλαμβάνουσι, καὶ τὸν τρισόλβιον Νικηφόρον πατριάρχην κατασπασάμενοι, διῆγον ἄμφω. Καὶ μετὰ μικρὸν ἐν τῇ Προύσῃ περιορίζονται, Μιχαὴλ τοῦ Καίσαρος τοῦτο προστάξαντος· εἶτα ἐν τῷ Ἀκρίτα, ἐν ᾧ καὶ ὁ πολυάθλος Θεόδωρος πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. Ἀλλὰ Μιχαὴλ τοῦ ἀνακτος ἀπολιπόντος, καὶ Θεοφίλου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τῆς βασιλείας δραξαμένου, πάλιν κατὰ τῶν εὐσεβῶν βαρῶν ἀνεβρίπιζετο πόλεμος· καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Θεοφίλου τὸν βίον καταστρέψαντος, καὶ Θεοδώρου τῆς εὐσεβεστάτης καὶ Μιχαὴλ τοῦ ταύτης υἱοῦ τῆς βασιλείας ἐπειλημμένου, καὶ εἰρήνης σταθερᾶς γενομένης, ἐπεὶ Βασίλειος ὁ ἐκ Μακεδονίας τὴν βασιλείαν διεδέξατο, τὸν ὄσιον τοῦτον καὶ πολυάθλον Νικόλαον πολλὰς παρκαλήσεσι πείσας, ἡγούμενον τῶν Στουδίου καθι-στάσι. Τοσοῦτους οὖν καὶ τηλικούτους ἀγῶνας ὁ τρισόσιος διανύσας καὶ ὑπὸ τῆς πολλῆς κακουχίας τραχωθεὶς ἔβδομηκοντα καὶ πέραν χρόνους, τελείσας ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο.

Ex ms. Regio n. 709 (3).

Ἐπίγραμμα εἰς τὸν ὄσιον Πάτέρα ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴν Θεόδωρον ἡγούμενον τῶν Στουδίου.

Ἐτελειώθη ἐν Κυρίῳ ὁ ὄσιος καὶ μέγας Πατὴρ ἡμῶν, ὁ Χριστοῦ θεράπων καὶ ὁμολογητὴς Θεόδωρος, ὁ πολυθρύλλητος ἡγούμενος τῶν Στουδίου· ὁ καὶ τὴν ἱερὰν ταύτην καὶ ψυχωφελῆ συγγραψάμενος βίβλον ἐν τῷ δωδεκάτῳ ἔπει τῆς ὑπὲρ ἀληθείας Χριστοῦ τρίτης αὐτοῦ ἐξορίας ἐν τῇ νήσῳ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Τρύφωνος· πλησίον τοῦ ἑμπορίου τοῦ ἐπινομαζομένου Ἀκρίτα τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, μηνὶ Νοεμβρίῳ, ἑνδεκάτῃ, ἡμέρᾳ πρώτῃ, ὥρᾳ ἕκτῃ, ἰνδικτιῶνος πέμπτης, ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἑξακισχιλιοστοῦ τριακισιοστοῦ τριακιστοῦ πέμπτου. Οὕτω δὲ ὡς ἐν ἐπιτομῇ τὰ κατὰ τὸν θεσπέσιον Πατέρα ἡμῶν διεπράχθη. Ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας τέλειος τῷ φρονήματι ἀναδειχθεὶς, καὶ θείας χάριτος καταξιωθεὶς, τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας χρόνῳ τὸν τοῦ Κυρίου ἀράμενος σταυρὸν, ὑπὸ τὸν αὐτοῦ ζυγὸν τὸν ἑαυτοῦ καθυπέταξεν ἀσχένα, εὐαγγελικῶς ἀποταξάμενος. Ὅσιως καὶ πατρικῶς πολιτευσάμενος, τρισκαίδεκα ἔτη ὑποταγεὶς ἄριστα, καὶ τὸν τῆς ἀθλητικῆς ὑποταγῆς διηγουκῶς γενναίως δρόμον· ἐκλογῇ θεοκρίτῳ τὴν ἡγουμενικὴν προστασίαν διαδεξάμενος, κἀν ταύτῃ τριάκοντα καὶ δύο διαπρέψας χρόνους· ἀσκητικοῖς τε πόνοις καὶ ἐπιμόνῳ ἐγκρατεῖᾳ νεκρώσας ἀποστολικῶς τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· πᾶσάν τε ἀρετὴν κατορθωκῶς ὡς ἕτερος μίαν· θλίψεις τε πλείους καὶ πειρασμοὺς ποικίλους ἐκ τῆς ἀκριβοῦς φυλακῆς τῶν τοῦ Κυρίου ἐντολῶν, καὶ τῆς τῶν θείων Γραφῶν ἐρεῦνης περιελθὼν· πλείσθ' αὖτε μοναστήρια συστησάμενος καὶ

Epigramma in sanctum Patrem nostrum et confessorum Theodorum Studii praepositum.

Obdormivit in Domino sanctus et magnus Pater noster, Christi famulus et confessor Theodorus, celeberrimus Studii praepositus (qui sacrum hunc librum et animabus utilem duodecimo tertii sui pro Christi veritate exsili anno conscripsit) in insula sancti et magni martyris Tryphonis, prope locum qui dicitur Acrita in provincia Bithyniæ, mense Novembri, die undecima, quæ fuit Dominica, hora sexta, indictione quinta, anno a creatione mundi sexties millesimo trecentesimo tricesimo quinto. Ut autem uno verbo complectar præclara sancti Patris nostri facta: juvenilibus annis sensu perfectus, et gratia ditatus, in monasterium susceptus est: et crucem Domini a vicesimo secundo ætatis suæ anno tollens, cervicem illius jugo submitit, nuntium remittens mundo juxta Evangelii præceptum. Cumque Patrum vestigiis sancte institisset, per annos tredecim rite obedientiæ subjectus, in eoque curriculo strenue certavisset, divina electione munus præfecturæ suscepit, in eaque annis triginta duobus egregie versatus est, asceticis laboribus diuturnaue abstinentia *membra quæ sunt super terram* cum Apostolo *mortificans*³. Virtutibus omnibus addictus, quemadmodum alius uni, cuilibet singillatim: ærumnas complures, variasque tentationes, tum ob exactam mandatorum custodiam, tum ob divinarum Scripturarum indagationem ac studium sustinuit. Plurima extruxit monasteria, plures ad veritatis agnitionem deduxit,

³ Coloss. v, 3.

NOTE.

(3) In fine illius codicis, post Theodori scripta pro sacris imaginibus, et Epistolarum libros.

PATROL. GR. XCIX.

4

multorum pater et magister nuncupatus : quos ad Deum adduxit, et ad perfectionis apicem provexit. Igitur a gratia vocatus, et antequam nasceretur præcognitus ac prædestinatus, ad summum confessionis gradum conscendit : in quo divino æstuans amore, zeloque legis decertans, multis antecelluit : cum et liberius quam quivis alius veritatem auderet profiteri, eamque, tum voce, tum scriptis prædicaret, sicut ab illo scripta monumenta testantur. Quapropter in illum persecutores dirum in modum desævientes, multis eum plagis, exiliis carceribus vexavere. In his sancte perseverans absque ulla offensione, et, ut ita dicam, repubescens, multis laboribus defunctus fortissimus Pater, sexagesimo septimo vitæ præsentis anno solutus corpore migravit ad Dominum : additus sanctis et beatis patribus suis, et cum illis fruens sempiternis bonis, grandævus et plenus dierum. Hæc quasi obscura in imagine adumbravi ; velut ex pelago guttam hauriens, et unum ex millibus attexens, ista præcipue ter beati Patris, et diuturnis certaminibus exerciti facinora, et res præclare gestas spontanei martyris, illiusque virtutum radios commemorans. Cujus intercessionibus luco scientiæ collustrati, postquam Domino placentes servierimus, peccatorumque remissionem obtinuerimus. utinam et regnum cælorum humiles consequamur Amen.

A πολλοὺς ὁδηγήσας πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν πολλῶν τε πατέρων καὶ διδάσκαλων χρηματίσας, καὶ θεῶν τούτων προσαγαγῶν, καὶ εἰς ἄκρον πολιτείας ἑλλητικῶς. Οὕτως ὑπὸ τῆς χάριτος προκληθεὶς ὁ πρὸ γενέσεως καὶ προγενωσθεὶς καὶ προορισθεὶς, ἐπὶ τὸν τῆς ὁμολογίας ἄνωγιστον βαθμὸν· κἀν τούτῳ ἐρωτῶ θεῶν προπολούμενος, ζήλω θεσιμικτῆ συναμιλλώμενος· τοὺς πολλοὺς ὑπερακοντίσας· διὰ τὸ ὑπὲρ πάντας καὶ πρῆξιζήσασθαι τὴν ἀλήθειαν· καὶ κηρύξει καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως, καθὼς καὶ αὐτὰ μαρτυρεῖ τὰ παρ' αὐτοῦ συγγράμματα, ὡς κἀνευθεν σφοδρότερον κατ' αὐτοῦ ταυτῆναι τοὺς διώκτας· καὶ πολλὰς αὐτῶν πληγαῖς, ἐξορίας τε καὶ φυλακαῖς καταδικάται. Ἐν τούτοις διατελῶν καὶ διεξερχόμενος ἀνολιγώρως, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἀκμάζων τὴν ἡλικίαν ὁ πολύαθλος καὶ πολυκαρτερώτατος Πάτερ, ἐν τῷ ἐξηκοστῷ ἐβδόμῳ τῆς παρουσίας ζωῆς χρόνῳ ἐκδημήσας ἐκ τοῦ σώματος ἐνεδήμησε πρὸς Κύριον, προστεθεὶς τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ καὶ μακαρίοις πατράσι· καὶ σὺν αὐτοῖς τῶν αἰώνιων ἀπολαύων ἀγαθῶν, πρεσβύτης καὶ πλήρης ἡμερῶν. Οὕτως ὡς ἐν ἡμυδρῷ φέρε εἰπεῖν εἰκότι· ἐκ πελάγους βάνιδα ὡς καὶ ἐκ μυριάδος μονάδων τῶν πολυχρονίων ἀγώνων τοῦ τρισολοβίου Πατρὸς τὰ ἐξείρετα καὶ ταῦτα τοῦ προσηρετικῷ μάρτυρος τὰ ἀριστεύματα, καὶ τοῦ τῶν ἀρετῶν ἡλίου τὰ ἀπκαυγάσματα. Οὗ ταῖς πρεσβείαις ἑλλαμφθέντες τὸ φῶς τῆς ἐπίγνωσεως καὶ εὐαρέστως λελατρευκότες Κυρίῳ, ἄφρασις τε ἀμαρτιῶν εὐφρόνους, τύχοιμεν οἱ ταπεινοὶ βασιλείας οὐρανῶν. Ἀμήν.

Ex Græcorum Menologio Sirleti cardinalis. Canisii tom. II, p. 908.

Dio 11 Novembris commemoratio sancti Patris nostri Theodori cognomento Studitæ. Hic fuit sub imp. Constantino Copronymo divinis litteris eruditus, et vitæ sanctitate insignis, post venerabilem

C Platonem abbas monasterii Studitarum, sæpe in exsilium missus, sub Michaelē imperatore rerevocatus, paulo post requievit in Domino.

Ex Menologio Basilii imperatoris. Cod. Vatic. n. 1613.

Eadem die memoria agitur sancti Patris nostri Theodori, sanctissimi monasterii Studitarum præpositi.

Hic regnante Constantino Callinico natus est Constantinopoli. Omnium scientiarum cognitionem adeptus, regnante Irene in Saccudionis monasterium se recepit. A Platone ipsius avunculo factus est monachus, et a Tarasio patriarcha presbyter ordinatus. Triginta deinde annos natus præficitur monasterio. Thessalonicam relegatus ideo fuit, quod imperatoris adulterio non consentiret. Verum ab Irene Augusta revocatus est, atque a Sarcenorum regina viatico recreatus, regendum accipit Studiense monasterium : sed iterum similem ob causam pellitur in exsilium a Nicephoro imperatore, qui in Bulgaria cæsus est. Postea ob sanctas imagines a Leone Iconomacho relegatur ; multaque pro religione perpressus, et plurimis fun-

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου ἡγουμένου τῆς εὐαγεστάτης μονῆς τῶν Στουδίου.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Καλλινίκου ἦν οὗτος ἐν Κωνσταντινουπόλει γεννηθεὶς. Πᾶσαν δὲ γνῶσιν τῶν μαθημάτων ἐκμαθὼν, ἐπὶ τῆς βασιλείας Εἰρήνης ἀπελθὼν ἐν τῇ τοῦ Σακκουδίου μονῇ, ὑπὸ τοῦ ὁσίου αὐτοῦ Πλάτωνος γέγονε μοναχός, καὶ παρὰ Ταρσίου πατριάρχου χειροτονεῖται πρεσβύτερος. Ἐἴτα τριακονταέτης ὢν γίνεται καὶ ἡγούμενος τῆς ὑπ' αὐτὸν μονῆς. Ἐξωρίσθη δὲ εἰς Θεσσαλονίκην, διὰ τὸ μὴ συνθέσθαι τῇ μοιχείᾳ τοῦ βασιλέως. Ἀλλ' ἐκλήθη, πάλιν διὰ τῆς βασιλείας Εἰρήνης. Καὶ διὰ τὴν Σαρακηνῶν ἐσοδὸν τὴν βασιλεύουσαν καταλαμβάνει, καὶ τὴν μονὴν τοῦ Στουδίου παραλαμβάνει. Καὶ πάλιν ἐξορίζεται παρὰ Νικηφόρου βασιλέως τοῦ σφαγέντος ἐν Βουλγαρίᾳ, ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ ὑπόθεσιν. Ἐἴτα ἐξορίζεται διὰ τὰς ἁγίας εἰκόνας ἐπὶ Λέοντος τοῦ

Εἰκονομάχου · καὶ πολλὰ τιμωρηθεὶς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, καὶ ἀγωνισάμενος, καὶ ὕμνους εἰς Θεὸν συγγραψάμενος, ἐν βαθυτάτῃ γῆρᾳ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Actus certaminibus, conscriptis in Dei laudem hymnis quibusdam, ad summam provectus senectutem migravit ad Dominum.

Card. Baronii testimonia tum de Theodoro, tum de interpretatione Sirmondiana.

Ad an. 798, n. 7.

Hactenus de scriptis Theodori Studitæ Michael ejus discipulus: quæ quidem magna ex parte desiderari videntur. Quas autem ex Columnensi bibliotheca nacti sumus epistolas ad Annales spectantes, eas una cum vita ipsius a dicto Michaele conscripta Sirmondus Parisiensis theologus Soc. Jesu professor, me rogante Latinitati tradidit: quo nomine non ego solum, sed universa ei plurimum debeat Christiana religio. Nos eas suis locis pro temporis ratione reddemus. Utinam inveniatur aliquis vir doctus qui majori otio cuncta sanctissimi atque doctissimi viri egregia monumenta e bibliothecarum diversarum latebris aliquando in lucem vindicet, eademque Latinitati, beneficio omnium donet.

Ad an. 814, n. 23.

Exstant ipsæ quidem (Theodori Epistolæ); magno namque Dei beneficio factum est, ut ipsæ aliæque eodem argumento, hac urgente persecutione conscriptæ, ad nostra tempora integræ servatæ sint. Habet eas idem qui supra sæpe citatus est vetus codex bibliothecæ Columnensis, quæ cardinalis Sirleti doctissimi viri cum esset, ab Ascanio Columnna diacono cardinali, de antiquitatibus ecclesiasticis adeo bene merente, ut Romæ consisteret, nec alio transferretur, empta ab ejus hæredibus fuit.

Ad an. 814, n. 43.

Hæc ipse de scriptis ab eo multiplicibus in carcere litteris, quæ ferme omnes quod integræ ad hæc tempora fuerint divinitus custoditæ, et in his et aliis Orientalis Ecclesiæ naufragiis fuerint illæ servatæ, Deo ipsi optimo maximo iterum atque iterum plurimas agimus gratias.

Ut autem hisce, lector, et tu ipse divitiis potiaris, ex eis aliquas hic tibi pro temporis ratione describere operæ pretium judicavimus; utpote quæ tanquam monilibus quibusdam auro gemmisque progrediantur decoratæ, nempe catenis, plagis, vibicibus, sacrisque Christi stigmatibus gloriosæ: quæ et apostolico spiritu scriptæ representent etiam apostolicam dictionem.

Ad an. 816, n. 24.

Vides ex his, lector, orthodoxos omnes in unum Theodorum, ad consulendum eum, respexisse, et

de rebus dubiis habuisse confugium: relictum ipsum in ecclesia illa, cui incubabat hæreticus patriarcha, tanquam divinum oraculum vocale omnibus eum interrogantibus, jam et voce sanguinis vehementius clamans, ut plane vel in Theodoro apostolica sententia appareat experimento probata qua Paulus apostolus de seipso dicit: *Pro Evangelio labore usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum*⁴. Etenim neque carcere, neque vinculis, neque custodibus valuit impediri vel præpediri, neque communionibus vel pœnis potuit prohiberi, terroribusque vetari, neque verberibus iteratis contineri, vel inedia arctari atque constringi, vel quid minimum detineri, quominus liber animo perseveraret, et libere cureret, longe lateque per universum Orientalem orbem excurreret Spiritus pennis verbum Dei, instar columbæ deargentatæ⁵ quocumque velit pro voluntate volantis.

Credi vix potest, quot hoc tempore litteras scripserit: hortatorias ad martyrium, catecheticas ad instructionem, dogmaticas adversus hæreticorum objectiones, consolatorias ad concaptivos, luctuosas ad lapsos, canonicas ad resipiscentes, remedia ex præscripto canonum continentes: ut plane in summo otio et maxima libertate eum constitutum fuisse quis dixerit, qui cuncta ab eo hoc tempore scripta consideret: et plures illi inservisse notarios, famulos astitisse tabulas ex confertis armariis ministrantes, et ad scriptionem ceram parantes: tabellariosque crediderit etiam plurimos singulis diebus ad iter accinctos, expeditos, in diversas orbis partes mittendos, pro foribus semper astitisse paratos... Numerum excedit ducentarum epistolarum summa, quas Theodorus persecutionis tempore exul et in carcere constitutus conscripsit. Exstant ipsæ regulæ, ex quibus paucas, quæ magis ad contextum historiæ spectare noscuntur, hic tibi annis singulis quibus sunt scriptæ curavimus describendas, apostolici quidem spiritus odore fragrantés, eorundemque gloriosa stigmata referentes, dum quot apices, tot vibices gloriosæ confessionis legentibus representent, et in charta versus fluentes ex ejus corpore rivos sanguinis manifestent.

Ad an. 825, n. 72.

Cæterum quanti faciendæ sint epistolæ ejusdem sanctissimi viri, Deus ipse insigni miraculo com-

⁴ II Tim. II, 8. ⁵ Psal. LXXVII, 14.

probavit, quod inter alia Michael Studita ejus discipulus, scriptor fidelis ita describit (*Vide Theod. Vitam*, col. 214). Ex his tu, lector, intelligas quot Theodori historicis epistolis Annales intexti sunt, tot eosdem pretiosissimis velut contextam coronam micare gemmis. Sed et si earum vim consideres, totidem esse fulmina cœlitus missa dices, quibus omnes hagiomachi, et Iconomachi, stolidi novatores, fœces hæreticorum percussi valide penitus conterantur. Nam vel unum hunc ostendere catholici dogmatis defensorem, virum Dei amicum, sapientia et scientia affatim præditum, iteratis crebro confessionibus celebrem, sanguine sæpe fuso decorum, vitæque ab adolescentia optimis moribus instituta fulgentem, ingentibusque miraculis illustratum, ad victoriam satis: cum ab illorum parte non nisi scelestissimos omnium homines pabeant, quos ostendant.

Ad an. 826, n. 50.

Sed jam ultimum S. Patris elogium proferamus,

De Theodoro, deque rebus ad ipsum pertinentibus videri præterea possunt:

Naucratiæ confessoris encyclica de obitu sancti Theodori Studitæ, tom. II Auctarii ad *Bibliothecam PP. Græc.*, pag. 855.

Vita sancti Platonis, auctore ejus nepote et discipulo sancto Theodoro Studita, apud Henschenium ad 4 Aprilis: Latine pag. 364; Græce vero ad calcem ejusdem tomi pag. XLVI;

Vita sancti Nicolai Studitæ archimandritæ, tom. II Auctarii ad *Biblioth. PP. Græc.*, pag. 890; necnon apud Bollandum ad 4 Februarii, pag. 538;

Vita sancti Nicephori patriarchæ CP. Apud Hen-

A nempe illud quod suis a se scriptum tunc tradidit Testamentum, spiritualium divitiarum depositum, Latinisque hactenus incognitum, ex eodem de promptum codice Columnensi, quod et Græce pariter scriptum exstare novimus in Sfortiana bibliotheca, ab eodem Sirmondo Parisiensi Soc. Jesu professore in nostrum sermonem conversum, in medium afferamus:

« Qui igitur, ut nuper audisti, nihil remisit studii quo suis vivens prodesse posset, ut post mortem iisdem profuturus esset, testatam suam publico monumento voluntatem voluit reliquisse. Cum enim gravissima illa, ut adisti, infirmitate detentus, nec loqui præ angustia afflicti spiritus præsentibus cuncta quæ vellet, neque longius ipsi, etiam si vellet, alloquendi facultas esset: divina illa ardens charitate magis quam febre, accepto absque arbitro calamo, conscripsit istiusmodi testamentum, » etc.

schenium 13 Martii: Latine quidem pag. 293; Græce vero pag. 704;

Vita sancti Nicetæ Hegumeni Medicensis, auctore Theostericto ejus discipulo, apud Henschenium 3 Aprilis: Latine quidem, pag. 253. Græce vero ad calcem ejusdem tomi pag. XXII;

C *Vita sancti Turasii patriarchæ CP. auctore Ignatio ejus discipulos qui præsens morienti a fuit*; ibid. ad diem 25 Februarii, pag. 572;

Vita sancti Theophanis Sygriensis abbatis, ibidem ad 12 Martii, Latine pag. 213; Græce vero pag. 700.



ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΤΩΝ ΣΤΟΥΔΙΩΝ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ,

ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣ ΠΡΟΣ ΜΙΧΑΗΛΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ (1).

VITA ET CONVERSATIO

SANCTI PATRIS NOSTRI ET CONFESSORIS

THEODORI PRÆPOSITI STUDITARUM,

CONSCRIPTA A MICHAELE MONACHO

Καὶ κατὰ μὲν ἡδὺς καὶ τοῦ παντὸς ἄγιος, ὁ μέγας Ἀ
 Πέτρ· ἡμῶν καὶ ὁμολογητῆς Θεόδωρος, ἀσκήσει τε
 βίῳ καὶ κἀθεσι τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ διαλάμψας ἐπι-
 φανῆς (1) καὶ τῶν ἐν ἑκατέροις ὑπερβαλεῖν, ὑπερβάλ-
 λουσαν τὴν ἀρετὴν καὶ ἀπαρσμίλλον ἐσχηκῶς, πολλῶν
 ἢ μᾶλλον οὕτως ἡδίων καὶ λυσιτελεῖς τοῖς τὸν μονα-
 χικὸν μετανοῶν βίον, καὶ ἀγαγὴν ὑπελθοῦσι τὴν κρείτ-
 τωτα. Οὗτο· γὰρ καὶ πάντων οὐχ ἥκιστα καὶ τιμῶσιν
 ἐκείνῳ, καὶ στέργουσι· καὶ ὡς τινα νόμον ἄλυτον τὰ
 πύσω κατέχουσι παραγγέλματα, γλώσσης τρυφῆν
 ἑκαπέως τὸν ἀνέπα ποιούμενοι, καὶ πόθοις ἀρρήτοις
 πύσω συνδούρονται. Ἐπει γὰρ οὗτος τὸν Χριστὸν
 ἐκείνῳ ἐπόθησε, πάντα ἔσχε τοῦτον ἀντιπο-
 θῆσθαι, καὶ τιμῆς ἀξιούντας τῆς μεζονος. Ἀμέλει
 καὶ τοῖς ἡμετέροις ἐπιγυῶναι ἡλικίης κἀνταῦθα τῆς
 ἀρετῆς ἐπιπέμπεται ὁ θαυμάσιος· ἵνα μὴ τὴν ἐκείθεν
 λέγω, ἢ ἀπόλαυσιν ἀρρήτου· ἔξῃσι μοναστικὰς
 ἔκπαιψας καὶ μεγάδας ἰδεῖν τοῦτου καὶ πρὸς ἔπαινον
 κινουμένους, καὶ στοργῇ τῇ πάσῃ προσφουμένους,
 καὶ λαμπρῶν τὴν εὐφημίαν τῶν λαμπρῶν τὴν ἀρετὴν
 ἀνατρέπονται. Ἐὼ γὰρ λέγειν τὴν περιώνυμον τοῦ
 Στουδίου μονῆν, ἣς αὐτὸς ἀλείπτῃς καὶ παιδο-
 τρέψῃς· πᾶς εὐδέποτε λήγουσιν οὗτοι τιμαῖς ἐκεί-
 νων ταῖς φιλοτίμοις τιμῶντες, καὶ διὰ θαύμα-
 τος ἄγοντες τὸν θεολόγητον· οἷνε δὲ καὶ τῶν παρ'
 ἐκείνου οὕτω πεπαιδευθῆναι, καὶ ἐπὶ μέγα πολιτείας
 προῆχθαι, ὑπόδειγμα καὶ αὐτοὶ εὐσεβείας, καὶ ἀρε-
 τῆς ἀρχέτυπον τοῖς πολλοῖς καθεστήκασιν. Πάντα γὰρ
 οἱ καλοὶ οὗτοι τὰ κάλλιστά τε ἅμα καὶ λυσιτελέστατα,
 ὑπερὲν κοινῶν ταμείων, τῶν ἑαυτῶν ψυχῇ συνελέ-

Est quidem acceptus omnibus, atque omni æsti-
 matione dignus, eximius Pater noster et confessor
 Theodorus, quippe qui tum exercitatione vitæ, tum
 obitibus pro Christo laboribus conspicuus emicuerit,
 et utraque laude excellens, insigni fuerit supra
 cæteros, nec cuiquam conferenda virtute ornatus :
 multo autem acceptior idem utiliorque his qui mo-
 nasticum vivendi genus ingressi sunt, ac sanctiori
 se disciplinæ subdiderunt. Hi enimvero cum illum
 præ cæteris studiosius colunt et amant, tum ejus-
 dem præcepta instar perpetuæ legis amplectuntur.
 virum hunc unum semper in ore ac sermone habent,
 huic inexplicabili quodam desiderio copulantur. Nam
 postquam ille Christum propter omnes dilexit, omnes
 eum vicissim studio et honore majori prosecuti
 sunt. Utique si qui nosse velint, quantam sit in hoc
 sæculo vir admirabilis gloriam adeptus ; ut illam
 alterius ævi omittam, cujus explicari suavitas ne-
 quit ; licet omnes monachos ac sæculares intueri in
 illius laudem effusos, eidem omni charitate addic-
 tos, et, quod eximie commendationis instar ha-
 bet, virtutem eximio illi viro referentes acceptam.
 Tacitus enim prætermitto percelebre Studii mona-
 steriorum, cujus ipse magister et institutor fuit : quo-
 modo nullum in finem faciant illum honoribus cer-
 tatim afficiendi, divino afflatum numine virum in-
 star prodigii habentes. Qui quidem sic ab illo insti-
 tuti et ad excellentem vitæ rationem informati,
 pietatis et ipsi exemplar, ac virtutis forma pluri-
 mis effecti sunt. Nam viri illi egregii quidquid est

NOTÆ.

(1) Πρὸς Μιχαήλου Μοναχοῦ. Ita in Columnensi et in Vaticano codice. In alio autem, ut monuit Sirmundus, auctor dicitur Theodorus magister Daphnopates. Theodorus quidem ὁ Δαφνοπάτης

historiam sui temporis emisit in lucem (inquit Vossius lib. III De hist. Gr.), ut constat ex Cedreno, in proœmio ; item ex Joan. Curopalate, itidem in præfat. ; sed apud hunc Theodotus appellatur.

eximium idemque utile, tanquam in communi penu, **A** ad profectum animi compararunt: vitam eximiam, mores utiles, jucundam consuetudinem, concinnam psalmodiam, et quidquid est aliud piorum hominum æstimatione ac prosecutione dignum. Sed enim quia horum omnium causa profecto et auctor existit Pater, qui fundamenta jecit, talesque effecit monachos: consentaneum omnino est et eorum meminisse quæ gessit, et illius labores et certamina dicendo persequi, et quæ alia pertulit propter Christum: cujus et stigmata scilicet in carne portavit, ut Apostolus loquitur (a). Proinde istud optandum mihi est, ut ne rerum omnium magnitudine obruar, quod accidisse his intelligo qui ipsius res gestas persecuti sunt: sed ut possim vel pauca ex his quæ gessit afferre in medium: ut, si quidem aliud nihil efficiam, tamen id quod propositum animo fuit, exhibeam. Quin, nihil est quod reformidem, cum audendi fiduciam afferat nosler in illum amor, qui et orationem suggeret, et tam præclara enarrandi vim ac facultatem. Quare mihi et pro viribus quæ divinum virum spectant sic dicenda sunt, ut neque omnia percenseam, quod fieri omnino non potest, neque præcipua quæ fuerint negligam, quod utique damnosum foret.

I. *Theodori patria et genus.* — Huic igitur eximio Patri patria magni nominis civitas Constantinopolis fuit, quæ et nova Roma potissimum appellata est. Parentes tum generosa stirpe insignes, tum innumeris opibus abundantes: qui uua cum splendore generis nobilitatem morum secuti, cum **C** Deo ut plurimum versabantur, suspensamque ex illius præceptis vitam agebant. Parentum alteri nomen Photinus fuit, alteri Theoctista: congruas quidem moribus suis appellationes, si ulli alii, uterque sortitus: ille, quod plurimis facem ad divina contemplanda prætulit: ista, quod nova quædam Dei creatura existit, et spiritum rectum, ut loquitur David, in visceribus suis excepit (b). Horum enim vero pietatem imprimis tempus aliquando prodidit, cum quidvis perpeti maluere, quam fidem abjicere, in qua educati fuerant. Quantumvis enim alios cernerent suam Iconomachis sententiam ultro addicere: ipsi tamen minime iis cessere, aut eorum ullatenus exceperere sermones. Quinetiam ut majus erga Deum studium præ se ferrent, idque re ipsa viderentur esse, quod ipso antea nomine præferebant, gloriam, et opes, et aulæ dignitates, ceu pedum pulverem non multo post excutiunt, Deum instar omnium amplectuntur, quo frui, quem complecti, rem quovis emendam pretio putabant. Et si enim Photinus non vulgari magistratu apud imperatorem fungeretur (nam quæsturam is gerebat), cum nihil tamen iis

(a) Galat. vi, 18. (b) Psal. L, 12.

NOTÆ.

(2) Θεοκτίστη. Ejus laudes oratione funebri sive ἐπιταφίῳ λόγῳ prosecutus est ipse Theodorus, et supremo morbo decumbῆσθαι epistolam scripserat

pietatis et amoris tenerrimi plenam, quæ in codice ms. Columnensi sexta est libri primi Epistolarum ipsius.

μόνου τῆ συνοσίφ ἡδόμενοι. Τοῦτο δ' οὐ μόνον ἡ καλῆ αὐτῆ συζυγία δεδράκασιν· ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν φύντες, καὶ οἱ ἄλλως ὄντες πρὸς γένος, πρᾶξαι ἤδη προήχθησαν, Θεοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς οὐδὲν θέμενοι προτιμότερον. Ὡν σαφέστατα καὶ τὴν ἀγωγὴν, τούς τε χρόνους καθ' οὓς τὴν ἀποταξίαν ἀνείλοντο, ἐν τῷ περὶ τὴν μητέρα ἐπιταφίῳ ὁ μεγαλοφυῆς ἀνείπε Θεόδωρος, δηλώσει δὲ καὶ ὁ παρῶν γόγος μικρὰ ἤδη περὶ αὐτῶν.

nuntium remiserunt, in matris epitaphio egregius de ipsis et præsens oratio.

B. Ἐκ τοιούτων οὖν πατέρων ὁ θαυμαστός οὗτος γεννᾶται ἀνὴρ, Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου τὴν βασιλείαν κατέχοντος, καὶ Χριστιανούς πάντας ἐξάρκους τῶν ἱερῶν εἰκόνων γενέσθαι καταναγκάζοντος· ὃς τῇ ὑπερβολῇ τῆς κακίας καὶ αὐτὸν τὸν φύσαντα (Λέων δ' οὗτος ἦν ὁ Ἰσαυρος, ὁ καὶ πρῶτος τολμήσας τὰ θεῖα καθελεῖν ἐκτυπώματα) πολλῶν τῷ μέτρῳ νικῆσαι ἐφιλονεύκησε, δύσους τὰ μέγιστα τοῖς Χριστιανοῖς ὦν, καὶ τὴν ὀμότητα, οὐδ' ἔσον εἰπεῖν, βαρύτερος ἐκείνου καὶ χαλεπώτερος. Τοῦτου οὖν, ὡς οὐκ ὤφειλε, κακῆ μοίρᾳ τῆς ἀρχῆς ἐπειλημμένου, εἰς φῶς, ὡς ἔφαμεν, πρόσεισιν ὁ Θεόδωρος, κοινὸν οἷα δῶρον ἐσόμενος τῇ πατρίδι, καὶ ζόφου τοῦ ἐπιπροσθούντος διαυγία. Ὅς γε καὶ ἐπὶ νέφ τῷ σώματι τοῦ θείου βαπτίσματος καταξιώθεις, καλῶς τε τὰ πρῶτα τῆς ἡλικίας παρὰ τῶν τεκόντων διαπλασθεῖς, καὶ γραμματιστῇ ἐφ' ᾧ τὴν προπαίδειαν ἐκμαθεῖν παραδίδοται, ᾧ καὶ ἐπιχαριτωσ μάλα συνῆν, οὐ τωθασμοῖς χαίρων, οὐ θεάμασι προσανέχων, οὐ παιδιαιῖς καὶ ταῖς ἄλλαις ἀνέσεις, οἷα δὴ νέος καὶ τοσοῦτου οἴκου, τὴν ψυχὴν ἐφηδύων· ἀλλὰ μόνη σχολάζων, ὡς εἰκὸς, τῇ ἀναλήψει τῶν μαθημάτων, τούτοις καὶ τὴν διάνοιαν ἔτερπε, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν ἐπεικῶς ἐτρέγα ὠφέλειαν. Ὡς δὲ καὶ ὁ χρόνος αὐτῷ καὶ τὸ πρόνημα ἐπεδίδου· συνανιόντα τε ἀλλήλοις καὶ συναυξόμενα· καὶ παιδείας τῆς θύμαθεν ἤπτετο ὃς καὶ σπουδῇ χρώμενος ἐναμίλλῳ τῇ εὐφυίᾳ, γραμματικὴν ἢ γλῶσσαν οἶδεν ἐξελληνίζειν, καὶ ποιήμασι προσανέχειν τάχιστα παραλαμβάνει. Ἦ οὐ τὸ μυθῶδες, ἀλλὰ τὸ ὠφέλιμον κατασχών, τὸ περιττὸν διεῖδε καὶ κατεφώρασεν. Ἐῖθ' ἐξῆς καὶ ῥητορικὴν μετιῶν οὐ κατὰ ῥήτορας δεῖν ᾤετο ἔχειν τὸ ἦθος. Οὕκουν οὐδὲ τοῖς τούτων ψεύδεσι συνεχρῆτο, ἢ ταῖς ἄλλαις τῶν λόγων κενολογίαις καὶ ἀντιβρίσεις· ἀλλ' ὅσα πρὸς τὸ χρήσιμον φέρει μόνον, καὶ συνθήκην λόγου καὶ ἀρμονίαν ἀπολαθῶν, τὰ ἄλλα παρῆκε τοῖς ἄλλοις, οἷς καὶ ἡ ματαιότης τῶν λογισμῶν, καὶ ἡ τῶν ῥημάτων κομψεία ἐπιτεχνάζεται.

nis ac verborum structuram, cætera reliquit ac permisit aliis, quibus ars una est argutiarum inanitas, ac festiuitas vocum.

Γ'. Ἐπεὶ δ' οὗτος καὶ φιλοσόφους συγγινόμενος ἦν, συλλέγων κατὰ τὸ τῆς μελίσης φιλόπονον ἐκ πάντων τὰ κάλλιστα, οὐ κατὰ πάρεργον ἤδη τούτοις ἐτυγχάνεν ὀμιλῶν· ἀλλὰ σπουδῇ πάση πᾶσαν ἐπήγει φιλοσοφίαν, ἔσον τε ἡθικὸν ταύτης, καὶ ἔσον δογματικὸν, καὶ

A rebus aut ipse aut uxor ejusdem consilii socia afficeretur, relictis omnibus, voti compotes ambo fiunt, ac solitariam sive monasticam vitam amplectuntur, cum Deo agentes, Dei unius consuetudine gaudentes. Atque id non solum conjugum par illud nobile præstitit: sed et qui ex iis prognati, et qui genere affines, id efficere jam aggressi erant, Deo et virtute nihil esse præstabilius arbitrati (c). Quorum vitæ institutum perspicue, tempusque quo mundo vir Theodorus edisserit: declarabitque nonnulla

B II. *Ortus et pueritia.* — Ex talibus itaque parentibus vir admirandus ortum habuit, Constantino Copronymo imperium administrante, eodemque Christianos omnes adigente ut sacras imagines abnegarent: qui est improbitatis exsuperantia genitorum suum (fuerat is Leo Isaurus, qui primus omnium ausus est divinas effigies dejicere) multis partibus vincere studuit, Christianis in primis infensus, et crudelitate, ut levissime dicam, gravior illo atque acerbior. Cum ille igitur, quod utinam nunquam evenisset! pessimo fato rempublicam capessivisset: in lucem, ut diximus, prodiit Theodorus, futurus utique novum patriæ munus, et incumbenti caligini discutiendæ fulgor. Qui quidem in recenti corpore divina ablutus unda, et prima ætate egregie a parentibus informatus et a magistro cujus in disciplinam traditus fuerat, ut primas artes edisceret, quicum et suavissime versabatur: nec dicteria solitus est in quemquam jacere, nec spectaculis affici, nec ludis, cæterisque avocationibus, quibus id ætatis ac generis adolescentes oblectare animum solent: sed uni, ut par erat, litterarum cognitioni deditus, et mentum his oblectabat, et ex iisdem miram admodum utilitatem capiebat. Postquam vero judicii vim perfectit ætas, ut sunt ea inter se connexa unaque crescunt, externas quoque disciplinas attingit: ad quas cum studium et diligentiam afferret non minorem ingenio, linguæ Græcæ facultatem et copiam adeptus est, et ad rem poeticam confestim animum adjecit: quo in genere, non quod fabulosum, sed quod est utile arripens, quod erat optimum perspexit et intellexit. Rhetoricam mox deinde ingressus, minime arbitratus est, ex præceptis rhetorum fugendos esse mares. Itaque nec falsis horum commentis utebatur, nec inanibus orationum argumentis et controversiis, sed ad ea modo appellens animum, quæ ad utilitatem conferrent, et ad concinnam orationis ac verborum structuram, cætera reliquit ac permisit aliis, quibus ars una est argutiarum inanitas, ac festiuitas vocum.

III. *Philosophiæ studet.* — Ubi vero cum philosophis consuetudinem habuit, sedulitatem apum imitatus, atque ex omnibus optima colligens, non jam remisse et oscitanter cum his versatus est: sed omni studio ad omnem philosophiæ partem incu-

(c) Vide infra n. 5.

buit, et ad eam quæ mores spectat, et quæ dogmata tradit, et quæ in disserendi arte posita est ac demonstrationibus. Cum vero plurimos ille interim intelligeret versutiis orationum et adulterinis quæstionibus perturbare fidem ac pervertere: omnem adhibuit operam, ne cum his societatem iniret, aut sermonis consortium. Quamobrem sedulo cavit ac prospexit, ne vel leviter horum argutiis caperetur, sed ut excellenti vi doctrinæ hostes feriret ac propelleret, eorumdemque sermonum fallacias confutaret. Verumenimvero, cum tantam ille comparasset vim eruditionis, dos illius propria et peculiaris fuit modestia, morum gravitas, affectuum diligens cura: qui et cogitationem ad altiora confestim adjiciens, disciplinas aliaque omnia posteriore loco habet, omne autem studium ad virtutes adipiscendas convertit, curam et laborem omnibus horis adhibens, qua ratione temperantiæ ac fortitudinis compos fieret, qua arte prudentiam ac justitiam, qua mansuetudinem et abstinentiam compararet, cæterasque quæ sub his virtutum generibus continentur. His Theodorus incumbens, divinas Scripturas strenue versabat, carumque sensum mire colligebat, ita ut non id modo quod est in his vulgare et in promptu positum, sed et quod intime abditum latet, penitus introspiceret. Sacras sedes idem plurimum frequentabat, nocturnis pervigilationibus carnem macerans, et dum noctem agit insomnem, animo stans erecto. Qui etiam consulto ac dedita opera, ne somno premeretur, cibis utebatur levissimis, quidquid stomachum oneraret, veluti gravem molestamque sarcinam devitans. Volebat is enimvero jam ante accuratior vitam acrioribus se ipse laboribus assuefacere: ut hos in incurrentes.

IV. *Mors Copronymi.* — *Synodus apud Nicæam.* — Postquam autem qui Christianos vastabat imperator, et Christi, heu! imaginem contumelia affecerat, turpissimo leti genere animam exhalavit, hujus filius Leo administrandum suscepit imperium, cui nomen a matre Chazarus fuit, paternis omnino et ipse moribus, nihilo remissius agens parente. Citius autem ille cum imperio vitam amisit. Irene vero hujus uxor, una cum puero Constantino, rerum potitus est. Quæ ut rebus ipsis nomini suo fidem faceret, perturbationem Ecclesiarum omnem luctumque sedavit: quippe jamdudum exosa pravis opinionibus infectos, ac revocata pœlam securitate et pace, pristinum iisdem cultum, et detractam coronam restituit. Itaque rem urgens acriter (erat enim impense pia) confestim ad se Patres omnes evocat, cum ipsis quid facto esset opus deliberatura, et cum eo qui Ecclesiæ præerat. Is Tarasius fuit: qui haud ita pridem sedi impositus, synodum ad Nicæam in Bithynia cogit, et pro recta fide decertans, sacras ut prius imagines coli et honorari præcipit. Aduerſe convocati Patres ad trecentos et quinquaginta inter quos et sanctissimus ille Plato interfuit, Theodori avunculus, qui

δσον ἐκείνην ἐν διαλέξει καὶ ἀποδείξει. Ἐπεὶ γὰρ ἔωρα πολλοὺς τεχνικῶτα ταῖς τῶν λόγων στροφαῖς καὶ τοῖς νόθοις προδύλαξι τὴν πίστιν διακυκῶντας καὶ παρατρέποντας· ἔμελλε ὁ αὐτὸς δσον οὕτω καὶ συμπλέκεσθαι τοῦτοις, καὶ εἰς λόγους ἵνασι. Τούτου ἕνεκα καὶ ἀσφαλῶς ἐαυτὸν ἔφραττεν, ὡς ἦν μὴ δ' ἐπ' ὀλίγον ἐκείνοις ἀλίσκετο· ἀλλὰ πολλῶ τῶ περιόντι βάλλοισ τοὺς ἀντιτεταγμένους καὶ διωθοίη, καὶ λόγους αὐτῶν σοφισματώδεις ἐλέγχοι. Ἀλλὰ γὰρ ἐκείνῳ καὶ τοσαύτην συλλέξαντι· παίδευσι, μετριότης τὸ ἐπίσημον ἦν, καὶ τρόπος σεμνὸς, καὶ ἡθῶν ἐπιμέλεια· ᾧ καὶ ἥκετον ὁ λογισμὸς τοῖς ὑψηλοτέροις προσχῶν, λόγους μὲν καὶ τ' ἄλλα πάντα δευτέρου ποιεῖται τοῦ λόγου· τὴν δ' ἅπασαν τρέπει· σχολὴν περὶ τὴν κτῆσιν τῶν ἀρετῶν· μεριμνῶν ὕστα· ὦραι καὶ διακονούμενος, πῶς ἄρα κατορθωθεῖται αὐτῶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία· πῶς ἡ φρόνησις καὶ ἡ δικαιοσύνη· πῶς τε ἡ πραότης καὶ ἡ ἐγκράτεια, καὶ ὅσαι ἄλλαι ταῖς γενικαῖς ὑποδηγήνται ἀρεταῖς. Τούτοις ἔχων ὁ Θεόδωρος καὶ Γραφαῖς φιλοπόνως ὠμίλει· ταῖς θεοπνεύτοις, καὶ τὸν ἐν ταῦταις νόον θαυμασιῶς ἀνέλεγεν· ὡς ἦν μὴ τὸ πρόχειρον τοῦτοις, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐς βάθος κειμενον διορθεῖν ἔχοι. Ἦν δὲ αὐτῶ διὰ πολλοῦ καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἱεροὺς οἴκους φοιτῆν, ἀγρυπνίᾳ ὑποσπῶντι· τὰς σάρκας, καὶ στάσει· παννύχιῳ τῆς ψυχῆς ἀναστηλοῦντι τὸ ὄρθιον. Ὅς καὶ κατ' ἐπιτηδεύσειν, ὡς ἦν μὴ τῶ ὕπνῳ ἀλίσκετο, καὶ τροφῇ ἐχρητο τῆ λεπτοτάτη, πᾶν τὸ βαρύνον γαστέρα, ὡς τι ἄχθος καὶ παρενόχλημα ἐκτρέπομενος. Ἐβούλοτο γὰρ καὶ πρὸ τοῦ ἀκριβεστέρου βίου πόνοις ἐαυτὸν τοῖς τελευταίοις ἐθίζειν· τ' ἔχοι τοῦτους ἐπὶ καιροῦ μᾶλα ῥαπίδους αὐτῶ, καὶ ἀλυπότερον συνεισπίπτοντας.

tempore facillimos offenderet, ac sine ægritudine

Δ'. Ἐπεὶ δὲ ὁ πολλὰ Χριστιανούς λυμηνάμενος βασιλεὺς, καὶ τὴν εἰκόνα Χριστοῦ, φεῦ! καθυβρίσας, καὶ αἰσχίστη θανάτῳ τὴν ψυχὴν ἐναπέβηξε· διεδόξαται δὲ τὴν ἀρχὴν Λέων ὁ τούτου υἱὸς, ὁ καὶ προσνομισθεὶς ἀπὸ τῆς γεννησαμένης Χαζαρος, τὰ πάντα καὶ οὗτος πατρῶζων, καὶ μὴδὲν καθυβρίσας τοῦ γεννήτορος· ἥκετον δὲ καὶ αὐτὸς σὺν τῇ βασιλείᾳ καὶ τὴν ζωὴν προσαφήρητο. Εἰρήνη ἡ τούτου ὁμόζυγος μεθ' ἑμα καὶ τοῦ παιδὸς Κωνσταντίνου ἐπὶ τῶν σκήπτρων καθίσταται· ἡ καὶ τὴν ὁμονομίαν τοῖς πράγμασι πιστουμένη, ταραχὴν μὲν πᾶσαν καὶ ἀθυμίαν τῶν Ἐκκλησιῶν ἀπελαύνει· οἷα καὶ πάλαι τοὺς κακοδόξους μυστατομένη, εἰρήνην δὲ ταῦταις καὶ εὐθυμίαν ἐπιθραβεύει, τὴν πλαιῖαν ἀναδοῦσα εὐπρέπειαν, καὶ ὅν ἀφήρητο στέφανον. Ἦ γὰρ θεοφιλὴς αὕτη, μὴδὲ βραχὺ μεθεῖσα, τάχει πολλῶ πρὸς ἐαυτὴν Πατέρα πάντας μετακαλεῖται, μεθ' ὧν καὶ ὁ ρι θεοῖς πρᾶταιν βουλευσαμένη, σὺν ἑμα καὶ τῶ τῆς Ἐκκλησίας προέδρῳ, Ταρσῖος δ' οὗτος ἦν, ὁ καὶ πρὸ μικροῦ τὸν ὄρθιον ἐγχειρισθεὶς, σὺνοδὸν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν Βιθυνίᾳ κροσεῖ· καὶ τῆς ὁρθῆς ὑπεραγωνίζεται κίστωσ, τὰς θείας ὡς τὸ πρὶν εἰκόνας σίδεσθαι καὶ τιμᾶσθαι θεσπίσασα. Ἦσαν δὲ οἱ συνειλεγμένοι Πατέρες ἄλλοι καὶ εἰς τριακοσίους ἀριθμούμενοι καὶ

πεντήκοντα. Ἐπεὶ δ' εἰς τῶν συνεληλυθότων καὶ Πλάτων ἐτύγγανεν ὁ ἱερώτατος, ὁ καὶ πρὸς μητρὸς θεῖος τῷ Θεοδώρῳ ὅς καὶ τὸν Ὀλυμπον ἐκ νέου οἰκῶν, τηνικαῦτα παρῆν τῆς συνόδου μεθέξων.

Ε'. Τότε μὲν πολλοὺς καὶ ἄλλους ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ πρὸς φιλοσοφίαν ἐθήρατε (καὶ γὰρ ἦν, εἰ καὶ τις ἄλλος, τοῖς ἐντυγχάνουσι χάριεστάτος), πρὸ πολλῶν δὲ καὶ ἀντὶ πολλῶν τὸν καλὸν τουτονὶ Θεόδωρον, ἐξ ἀδελφῆς ὄντα ἀνεψιόν, καὶ πάλαι ἤδη, ὡς ὁ λόγος, φιλοσοφεῖν καὶ παρ' ἑαυτοῦ ἐλόμενον · οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πατέρα τοῦ Θεοδώρου καὶ ἀδελφούς, Ἰωσήφ καὶ Εὐθύμιον, σὺν ἅμα καὶ μικρᾷ ἀδελφῇ. Πρὸς [ἐπὶ] τούτοις ὁ Πλάτων καὶ ἀδελφούς τοὺς οἰκείους αἰρεῖ τρεῖς κάκεινους τυγγάνοντας. Τούτους οὖν ἅπαντας ὡσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος, τοῦ κοινωνικοῦ βίου τὸν ἄζυγα προτιμήσαντας πρὸς ἑαυτὸν οὗτος λαμβάνει, καὶ ἀγωγὴν ὑφηγεῖται τὴν κρείττονα. Οἱ θάπτον καὶ οὐσίαν καὶ ὑπαρξίν καὶ χρήματα ἄλλα κόλποις πενήτων ἐναποθέμενοι, πρὸς δὲ καὶ οἰκέτας, οὐδ' ἀριθμῶ ληπτούς, ἔλευθερίᾳ τιμησάντες, τῆς Βυζαντίδος ἐξέλασι, Θεῷ καὶ τῷ ἄγοντι Πατρὶ ἐπεπόμμενοι.

Σ'. Ἐπεὶ δ' ἀγρῶν τινα ὁ Θεόδωρος τῶν οἰκείων ὁ τὸ Βοσκύτιον οὕτω διωνομάζετο, πρὸς ἱερὸν ἀπέταξεν διαίτημα · ᾧ καὶ τόπος ἐτύγγανε προσεχῆς τοῦ Σακκιδίωνος οὕτω καλούμενος · ἐκεῖσε ἤδη κοινῇ πάντες φοιτήσαντες, Θεῷ τὰ ὑπεσχημένα πληροῦν ἐσπέυδον. Οὐδὲν δὲ οἶον βραχέα καὶ περὶ τοῦ τόπου ἐρεῖν, οὐκ ἄχαρὶ γε μὴν ὄν, οὐδὲ περιττὸν τὸ διηγήμα. Τούτῳ τοιγαροῦν ἄνωθεν μὲν καὶ κατὰ κορυφὴν δένδρα ποικίλα καὶ παντοδαπὰ ἴστανται, τὰ μὲν τέχνη εἰργασμένα, τὰ δ' αὐτομάτως φύσαντα · ἃ καὶ κόκφυ συνηροφῶντα, καὶ πανταχόθεν εἰς ἄλληλα συστοιχοῦντα μνηοειδῆ τὸν τόπον ἀποτελοῦσιν, ἀμφόδοι μόνη μίᾳ τοῖς εἰσιούσιν ἀνιέντα τὸ βᾶσιμον. Ἡπλωται δ' ἐν αὐτῷ κάτωθεν καὶ πεδίον ἡδιστον ἅμα καὶ εὐχαρι, ἀνέμοις πραεῖσι καταπνευόμενον · καταρρέει δ' ἐν ἐκείνῳ καὶ ὕδωρ διειδές τε καὶ πότιμον, οὐ βράχδαίως καταφερόμενον, ἀλλ' ἀσφόως χερόμενον. Καὶ ἴνα τᾶλλα τὰ τοῦ τόπου παρῶ · μέγιστον θεματίων ἀπάντων, τὴν ἡσυχίαν τοῖς οἰκοῦσι παρέχει Θεῷ καταμόνας συγγινομένοις καὶ ἡρεμίαν ἀγροῦσιν ἀπὸ τῶν αἰσθησέων. Τί γὰρ ἂν καὶ φαίην περὶ τοῦ ἐκεῖσε ἰδρυμένου ναοῦ; ὃν εἰπεῖν καὶ ἐγλωῦσαι, ἔργον ἐμοὶ καὶ λόγου οὐκ ἐλαχίστου.

Ζ'. Τούτῳ οὖν τῷ τοῦ Βοσκυτίου χώρῳ σὺν τῇ καλλίστῃ ἐκείνῃ συνοδίᾳ ὁ γενναῖος Θεόδωρος ἀφικόμενος, πρὸς πόνους ἀσκητικούς παρετάττετο, ὧν οὐδὲ πάλαι ἀμελέτητος ἦν · οὐ γὰρ μιλακόν τι οὐδ' ὑφαιμένον, ἀλλ' ἀβρῆνωπὸν καὶ ἀνδρῶδες βλέψας τῆς ψυχῆς τε ἐκ πρώτης ἐνέφανε τὸ παράστημα, καὶ τοῦ ἐξῆς βίου ἀβρᾶγείς τοὺς θεμελίους ἐβάλλετο, ὧν τὸ κρᾶτιστον ὑπακοὴν ἐγίνωσκε καὶ ταπεινώσιν. Ἐπεὶ δὲ μετὰ βραχὺ καὶ τρίχας ἐκείρατο πρὸς τοῦ Πλάτωνος, καὶ ἐσθῆτα τὴν μοναδικὴν περιεβάλετο, τότε καὶ μᾶλλον στεβρότερον ἄπεται τῶν ἀγώνων, τῶν τε τὴν σάρκα τῇ ἀστίᾳ, καὶ πόνους αὐτὴν ἐκπιέζων βιαιοτέροις. Οἷς οὐκ ἄρκουόμενος, πάντα καὶ τὰ δοκούντα τῶν διακονιῶν φαυλότατα, περιουσίᾳ ταπεινώσεως ἑαυτῷ δήπου προσεπετίθει. Χεῖρας γὰρ

A Olympum a puero incolens indidem, ut synodo interesset, profectus est.

V. — Tunc quidem et multos alios divinus ille vir ad philosophiam pellexit (erat enim in consuetudine familiari gratus ut qui maxime), ac praeter ceteris illum, qui multorum unus instar erat, clarissimum Theodorum, suum e sorore nepotem, qui et ipse olim sua sponte animum ad philosophiam appulerat; imo et Theodori parentes et fratres Josephum et Euthymium, una cum sorore parvula. Quibus et suos ipsius fratres, qui tres quoque erant, Plato adjunxit. Hos igitur omnes tanquam ex composito caelibem vitam conjugio antepponentes apud se accipit, iisque viam excellentiorem commonstrat. Illi statim suis omnibus fortunis in sinum pauperum depositis, necnon servis, nulla numeri habita ratione, libertate donatis, Byzantinis migrarunt finibus, Deum et Patrem ducem secuti.

VI. *Boscytli descriptio.* — Subinde Theodorus unum e suis agris, Boscytium nomine, ubi sanctiorem quam meditabantur vitam instituerunt, assignavit, non procul ab eo loco cui Saccudionis nomen est. Eo postquam omnes convenere, quae Deo voverant implere studebant. Nihil porro vetat quominus pauca de loco illo disseramus, nec erit opinor injucunda, neque supervacanea narratio. Illius itaque vertex variis arboribus consitus est, partim sponte natis, partim arte: quae in orbem opacum digestae, ac certis ordinibus inter se dispositae, lunae crescentis speciem referunt, aditumque uno duntaxat bivio patentem praebent. In summo apice peramoenus campus ventis leniter spirantibus aperitur: neque abest aqua pellucida, et ad potum idonea, non praecipua torrentis instar, sed placide prefluens: atque, ut caetera loci hujus omittam, illud maxime omnium spectandum est, quod incolis tranquillitatem praestat, per quam a sensibus abducti et feriati, versari cum Deo seorsum soli possint. Quid autem dicam de templo ibidem excitato? de quo si narrare vellem, utique longiori sermone opus foret.

VII. *Vita in Boscytio.* — In hunc igitur Boscytli locum Theodorus adveniens cum suis illis praeclearis comitibus, ad exercitationes pias se contulit, in quibus jam pridem erat versatus. Non enim molle aliquid aut remissum, sed masculinum et virile meditans, animi robur ab ipso initio demonstravit, ac solida insequentis vitae fundamenta jaciebat, in quibus non ignorabat eminere obedientiam et humilitatem. Cumque non ita multo post comam sibi auctore Platone attondisset, habitumque monasticum induisset, multo asperiora certamina capessit, carnem inedia macerans, ac duriore labore subigens. Quibus minime contentus, quaecumque in ministeriis abjectissima videbantur incredibili humilitate sibi omnia imponebat. Gravioribus

enim laboribus teneras antea manus adhibebat: illis non tantum secans ligna, aut aquam comportans, sed humum etiam versans, maxime quæ inarata foret, aut in hortum præparanda: multo cum sudore glebas exportans, aliaque omnia maxime laboriosa exercens. Videres illum sæpe mulorum stercoera ferentem humeris, idque noctu, ut lateret, vel etiam de medio die. Quo tempore cum agnosceretur, movebat ea res omnibus qui hominem norant, admirationem, cum apud se reputarent talem virum, isto genere natum, rem tam nulli imitabilem simpliciter ac humiliter præstare, eamque gloriam vel maximam ducere, si vitam ingloriam viveret. Atque hæc ille cum faceret, nihil faceret quidquam tamen sibi videbatur. Quamobrem suam his finibus alacritatem non continebat, sed iis qui cum ipso versabantur, fratribus operam navabat, illis præsertim quos videbat valetudine aut alio incommodo teneri ne imperata faceren. Illis sese dabat ultro citroque cursitans, ubique subserviens, et omnes labores levans, adeo ut omnes ipsi fausta precarentur, et hunc fructum ac mercedem tantorum laborum egregiam referret.

VIII. — Illud autem imprimis ipsi curæ erat, ut quidquid ageret, vel mente versaret, Patri suo aperiret, satis gnarus humilitatis opus esse vel maximum arcana animi detegere. Ob eas dotes cum esset omnibus omnino acceptissimus, tum vero illum sanctissimus Plato præcipua quadam charitate complectebatur, et in ejus congressu familiari suavissime acquiescebat. Suspiciebat enim in illo admirabilem prudentiam, modestiam singularem, animi robor præcellens: eoque, utpote tanta virtute prædito, præ cæteris utebatur, et in rebus gerendis solertem adiutorem adhibebat.

IX. *Saccudionis descriptio.* — Quis enim alius præolarissima quæque sicut vir ille admirabilis, sectatus est? cujus in animo, velut in multisona et apte composita lyra, virtutum omnium consentiens harmonia concinebat. Quis dicat ejus in sapientia modum, morum simplicitatem, industriam, strenuitatem, perspicaciam? quis solertiam? quis mansuetudinem? quis in charitate fervorem? Hæc enim omnia licet inter se diversa et dissimilia, tamen in illo conspirantia, et in unum concurrentia, unam quandam virtutis formam in summa varietate simplicissimam effingebant. Cum autem is charitate præstaret, tum nihilo remissior erat in studio humilitatis. Neque in eam adeo incubuisse sine certa quadam et insigni ratione mihi videtur, sed divinius aliquid pro summa sua prudentia sapientiaque vidisse. Secum enim reputabat Dominum ac Deum nostrum ad servi formam se abjecisse per humilitatem, æque ipsum abjecta illa sua inaccessa gloria exinanivisse, nobisque similem factum esse. Ipsum etiam ignominiam, et opprobria, et convicia propter, nos, ac mortem ex-

Α ἐκείνας τὰς πρὸ τοῦ μαλακὰς τοῖς ἀδρότεροις ἐδίδου τῶν ἔργων, οὐ ξύλα κλῶν μόνα, οὐδ' ὕδωρ ταύταις μετακομίζων, ἀλλὰ καὶ γῆν ἀμῶν, ὅση τε ἀνέργαστος, καὶ ὅση κηπεύσιμος· καὶ βούλους ἐκείθεν σὺν ἰδρώτι ἀνέλκων· καὶ πᾶν ἄλλο δρῶν, καὶ τὸ κομιδῆ ἔργωδέστατον. Ὅς γε πολλάκις καὶ κόπρον τῶν ἡμιόνων ἐπὶ τῶν ὤμων φέρων ὄρατο, νυκτὸς ὥστε λαθεῖν, ἢ καὶ ἡμέρας μεσοῦστος πράττων τοῦτ'. Ὁ καὶ τῷ χρόνῳ πρὸς γῶσιν ἐλθὼν, θαῦμα ἐνεποιεῖ τοῖς ἐπιγνοῦσιν ὅτι τηλικόσδε ἀνὴρ καὶ τοσοῦτου ὄγκου, πρᾶγμα οὕτως οὐδενὶ μιμητῶν εὐτελῶς ἄγαν ὑπέπληθε καὶ ταπεινῶς, δόξαν καὶ τὴν μεγίστην τὸ ζῆν ἀδόξως ἡγούμενος. Πλὴν καὶ οὕτω πράττων, οὐδὲν οὐδαμῶς πράττειν ἐδόκει· ὅθεν οὐδ' ἴστη τοῦτοις τὴν προθυμίαν· ἀλλὰ καὶ τοῖς συνδιόγουσιν ἀδελφοῖς ἐπικουρῶν ἦν· καὶ μάλιστα ὅς ἐώρα μὴ ἐπικαίρως τὰ ἐπιταχθέντα πληροῦντας, τῷ ἀδυνάτως, ἢ καὶ ἄλλως ἀνωμάλως ἔχειν κατὰ τὸ σῶμα. Οἷς καὶ ἑαυτὸν ἐδίδου, ἄνω καὶ κάτω θέων, καὶ πανταχοῦ ἐπιῶν, καὶ πάντας τῶν πόνων κουφίζων· ὡς ἂν ἔχοι τὴν παρὰ πάντων εὐλογίαν καρποῦσθαι, καὶ μισθὸν οὕτως ὑπερφυῆ πόνων τοσοῦτων κομίζεσθαι.

Η'. Ἦν δὲ καὶ τοῦτο διὰ σπουδῆς ὅτι μάλιστα τῷ γενναίῳ, πρᾶξιν πᾶσαν καὶ λογισμῶν κίνησιν τῷ ἑαυτοῦ ἀνακαλύπτειν Πατρὶ, μέγα εἰδότι τὴν φανέρωσιν τῶν κρυφίων καὶ ταπεινώσεως ἔργον τὸ μέγιστον. Ὅς γε διὰ πάντα καὶ πᾶσι μὲν ἐπέραστος ἦν, πλεῖον δ' ἀπάντων τῷ ἱερῷ Πλάτῳ· ὅς καὶ στοργῇ τῇ πάσῃ τούτῳ προσεπεφύκει, καὶ ψυχῆς παρὰ κλίσειν τὴν τοῦδε συνομιλίαν ἐκέκτητο. Ἐώρα γὰρ τὸν θαυμαστὸν συνείσει μὲν κατὰ πολὺ διαφέροντα, μετριοφροσύνη δὲ μειζρόνως τῶν ἄλλων κοσμούμενον, ψυχῆς δ' εὐανδρίᾳ καὶ μᾶλλον ἀπειρῶς ἐξέχοντα· ᾧ καὶ οἷα τοσοῦτῳ τὴν ἀρετὴν, ἐν πᾶσι τε οὐς εἶχεν ἔχρητο, καὶ δεξιὸν ἐποιεῖτο τῶν πρακτικῶν συλλήπτορα.

Θ'. Τίτι γὰρ τῶν ἀπάντων, ὡς τῷ θαυμασίῳ τούτῳ πάντα ὡς ἐν ἐσπουδάτῃ τὰ κάλλιστα, καὶ εἰς μίαν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὡσπερ ἐν ποικίλῃ λύρᾳ καὶ εὐαρμόστῳ, πᾶσα ἀρμονία συνεισῆι τῶν ἀρετῶν; Τί γὰρ ἂν εἴποι τις τὸ ἐν φρονήματι μέτριον, τὸ ἀπλοῦν τοῦ ἤθους, τὸ συνετὸν, τὸ ὀρθοτήριον, ἀλλὰ τὸ ἀγχνῖνον, ἀλλὰ τὸ πρᾶον, ἀλλὰ τὸ ἐν ἀγάπῃ θερμότατον; Πάντα γὰρ ταῦτα εἰ καὶ διάφορα γοᾶν πρὸς ἑαυτὰ καὶ πολυειδῆ μάλιστα, ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἐκείνῳ εἰς ἐν ὁμοῦ καὶ κατὰ ταῦτὸν συνελθόντα, ἐν καὶ ἀρετῆς εἶδος ποικιλώτατον ἅμα καὶ μονοειδέστατον ἀπετέλεσαν. Πλὴν ἀλλὰ γὰρ εἰ καὶ τὰ τὴν ἀγάπην οὕτως ἐξέχων ἐφαίνετο, μεθ' ἅμα καὶ τῆς καλῆς ταπεινώσεως, ἀλλ' οὐ μοι δοκεῖ, δίχα κρείττονος λόγου πρὸς τοῦτο συννεῦσαι· ἀλλὰ σκοπῆθ' ἁγιωτέρῳ, καὶ τῆς ἐκείνου ἀξίῳ καὶ φρονεῖν καὶ συνέσεως. Ἐλογίζετο γὰρ ἐν ἑαυτῷ ὅτι καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς τῆν τοῦ δούλου διὰ ταπεινώσιν ὑπέδου μορφήν, δόξης τῆς ἀπροσίτου κνώσας ἑαυτὸν, καὶ ἡμῖν γενόμενος ὁμοῖος. Ὅς καὶ ἀτιμίαν, καὶ ὀνειδῆ καὶ σκώμματα δι' ἡμᾶς ὑποστάς, καὶ τελευταῖον θάνατον τὸν ἐπ' ἄρατον, οὐδ' οὕτως τῆς πρὸς ἡμᾶς ὕφει ἀγάπης, ταπεινούμενός τε ἐπὶ

πλέον καὶ συγκαταβαίνων ἡμῖν, καὶ τὸν αὐτοῦ εἰσέτι δαφιλευόμενος ἔλεον. Ταῦτα ὁ Θεόδωρος στρέφων ἐν νῷ, καὶ εὐγνωμόν τι πρὸς τὸν Δεσπότην ποιῶν, τὴν τε πρὸς ἐκεῖνον θερμῶς ἀνεζωπύρει ἀγάπην, κόλποις ψυχῆς ἀναθάλπων. Καὶ τῆς περὶ τὸν πλησίον δὲ οὐδὲν ἔλαττον ἐπεμέλετο διαθέτους, πᾶσι τε ὑποκατακλιόμενος εὐγνωμόνας καὶ ἀγαπητῶς ἔχων πρὸς ἅπαντας. Ὁγε διὰ τὴν σύντηξιν τῆς ψυχῆς καὶ τὸ ἔνδον καὶ ἐν καρδίᾳ πένθος οὐμενοῦν οὐκ ἔλτηγεν οὐδαμῶς, οὐ καὶ μῆνυμα δηλαδὴ, τὸ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν κατιὸν δάκρυον, οὕτως ἀστακτὶ ῥέον, καὶ ὕδατι Ἰσαλοῦον τὸ πρόσωπον. Καὶ γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τῷ τῆς κατανύξεως ἐπιλεονέκτει χαρίσματι ὃ ἡ πλουτοδότις αὐτῷ παρεῖχε ταπεινώσις. Καὶ ὁ μάλιστα καὶ εὐφροσύνην εἶχε τῆς ψυχῆς καὶ κηράκλῃσιν, καὶ φῶς τοῦ νοῦ καὶ διαύγειαν.

Γ'. Ἐπειδὴ, ὡς ἔφαμεν, ἐν πᾶσιν οἷς εἶχεν ὁ Πλάτων, συνερῶν τῷ ὅσιμ ἔχρητο πάντα ἐγγχειρίζων αὐτῷ διὰ μέγεθος φύσεως· ἐγγχειρίζει καὶ τὸν τηνικαῦτα ἐν τῷ Σακκουδίῳ κατασκευαζόμενον ἱερὸν οἶκον. Καὶ γὰρ εἶχεν ἔρωσ αὐτὸν, νὰν ἐξ αὐτῶν κρηπίδων τῷ ἐπιστηθίῳ ἀνεγείρει θεολόγῳ, δῶρον ὄντα τούτου χαριστήριον αὐτῷ καὶ ἰκσίον. Οὐκοῦν καὶ ὁ Θεόδωρος πίσει θαρρήσας τοῦ ἐπιτάξαντος, λαμπρῶς ἅμα καὶ ἐπιχαρίτως τὴν του ναοῦ ποιεῖται οἰκοδομήν. Οὐ καὶ τ' ἄλλα μὲν πάντα φαιδρὰ, καὶ ὀφθαλμοῖς ἐτύγχανεν ἡδίστα, ὅσα τε ἐν ὄροφῇ, καὶ ὅσα ἐν στοαῖς καὶ γωνίαις ἄλλαις ταῖς ἰσοπλεύροις. Μείζων δὲ ἡ χάρις καὶ ἡδονὴ ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας ὠρᾶτο ἐδέφει, χρώμασι τε ποικίλοις καὶ ψηῖσι πολυειδέσιν ἐξεργασθέντι, καὶ λαμπρὰν οἶαν τὴν αἴγλην τοῖς πᾶσιν ἐναφιέντι. Ἡ γὰρ ἐνοιγοῦσα τῷ θεολήπτῳ χάρις καὶ τὰ ὑπερφύη πράττειν ἐδίδου, καὶ τὰ δυσχερῆ ῥῶω τούτῳ καθίστα, καὶ ἀνύσιμα τὰ κομιδῇ ἐργωδέστατα.

Fratres Patresque, præterit Pascha, peractæque feriæ sunt. At non gaudere atque feriari, si volumus, præterit, licet enim nobis gaudere semper, ac feriari spiritaliter, secundum eam sententiam: *Gaudete in Domino semper, iterum dico: Gaudete*³. Cæterum qui id fiet? si recentem suppliciorum Servatoris nostri Jesu Christi memoriam perpetuo teneamus, quemadmodum pro nobis gloriosus herus in crucem suffixus sit, ac sepultus, tertiaque die sueciltatus, instaurans nos, et una secum vita impertiens, ut redivi non jam nobis vivamus, sed pro nobis defuncto, in vitamque reverso, illudque Apostoli cum fiducia dicamus: *Vivo, jam non ego, vivit vero in me Christus; quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Jesu, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me*⁴. Hæc mysterii summa est, mundo emori, Deo vivere. Quamobrem debemus post Pascha quoque intenti vigilare, comprecari, exstimulari, lacrymari, collustrari, semper Domini Jesu necem in corpore circumgestare, quotidie mori studio, assidue a corpore peregrinari, ad Deumque proficisci, per carnis libidinum fugam. Ne dicas: Jam Quadragesima non est: semper intento Quadragesima est. Ne dicas: Jam diu sum in exercitatione, et quiescere necesse est, non est hic quies. Ne dicas: Consenui in virtute, nec timeo, semper timenda conversio est, multosque qui in virtute consenuere uno temporis momento in peccati barathrum Satanas detraxit. Ut cavendum ei

¹ Num. xxi, 11-19. ² Galat. v, 17. ³ Philipp. iv, 4. ⁴ Galat. ii, 20, 21.

sit qui stat videtur ne cadat, et qui custoditus a videtur ne custodiam remittat. Quare circumspetio, atque cautio, ac modus adhibetor cum in somno, cibus, potuque, tum in aliis rebus omnibus, quo corpus reprimatur, et in servitutem redigatur, ne, velut equus bene habitus ac frenum præmordens, in peccati præcipitium nos impellat. Jussiram vos superiore Catechesi non accedere solos in abdita loca, et nonnulli rursus estis in eisdem. Quid multis? cum virga ad vos veniam, an benigna, animique mansuetus? Certe locutus sum, neque exauditus; videlicet Fratrem hoc ipso nomine objugatum, nec coerciti estis. Attendite ne eodem inobedientis exemplo quisque labatur. Nequaquam temere, ac frustra sunt Catecheses: non est Deus tumultus, quin pacis ut in cunctis cælibus sanctorum. Ergo ornate universa, decenterque gerentur, ut in omnibus per nos Deo gloria queratur. Qui hinc illinc appellitis Fratres, recogitate ubi, et quemadmodum sedeatis: non tanquam soluti, sed tanquam spiritu victi; nec velut sine censore, sed velut sub censore Deo, qui motus omnes actionesque vestras inspectat; neque huc illic obeuntes, ac circumcursantes sed in hospitibus conidentes, opificio, precibus ac psalmodiis intenti, non avarè quidpiam vobis cogentes, quin præseculibus contenti, ipse en ait: *Non te deseram, neque relinquam*⁵, ut præidentes dicamus, *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo*⁶. Mementote fratrum nostrorum, quorum vitam exitum intuentes imitamini fidem⁷.

Τοιοῦτος ὁ μακάριος
δομειτιανὸς ὃν ὑμνήσα-
μεν. Καὶ οὗτος μνη-
μον μετὰ ἁγίων ἡλικῆν
παρρησιασθεῖς ἐπραγμα-
τεύσατο, ἡλικῆν πολιτείαν
ἔχων, πόνους ὀλίγους
καὶ ἀγῶναι κληρωσάμε-
νος γέρας αἰώνιον, ἄνθρω-
πος εὐτελής κατὰ σάρκα,
ὅστις ἐπὶ ἐλπίδι ἀρετῆν
καὶ ἠγάπησε Θεόν, ὤψω-
σεν αὐτὸν ὁ Θεός, κατὰ
τὸ γεγραμμένον, ὅτι τοῖς
δοξάζουσιν με δοξά-
σω, καὶ ἔξουθενῶν με
ἀτιμασθήσεται (1).

Ut in ejusmodi fratribus gaudere, atque exultare par sit. Verum nihil egerimus nisi quæ nostrarum partium sunt una quoque conferamus: conferentes autem pro virili habebimus et nos partem cum sanotis per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

⁵ Josue 1, 5; Hebr. xiii, 5. ⁶ Psal. cxvii, 6.
⁷ Cant. v, 16. ⁸ Psal. xli, 1. ⁹ Galat. ii, 19.

(1) Fannic. *Bibl. græc.* ed. Harles, t. X, 278.

SERMO III.

Post sanctum Pascha. Obeundum nobis esse ut monastica professione, et qui pro Domino defuncti sumus oppugnatione dignum est.

Fratres Patreque, Pol gaudio replemur inopes, qui vos quotannis huc commeare videamus, quasi- que alterum Pascha adventum vestrum agitamus.

Sed quocumque carnalia nobis offertis, et aliud aliud, qualia manus præbere queat, age invicem vobis pro viribus spiritualia feramus. Igitur hortor vos fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi obire, ut monastica professione, ut ea quam peregrimus confessione, ut oppugnatione, qua pro Domino sumus defuncti dignum est, vitam in mundo honestam degentes, ut qui egregium nostrum Christianum studium tentantes ceu facinorosos calumniantur, pudeant. Sunt enim, sunt qui Christi confessionem incessant, ut aversam cura, et indignam, quod vel heræo dicere, censeantque præstare cum hæretici societatem coire, quam pro Christo oppugnationem adire, quorum justa damnatio est, gemitumque consilium Balami consilio, qui noxam in Israelitas comparavit. Enimvero duo sunt stupra, fidei unum, alterum in corpore situm: ut qui hæretica consuetudine capiatur, cum stuprum in Deum committat, tum potestate simul corpore quoque stuprum designat. Quamobrem qui ea dicant pluri sunt atque impostores, qui animos captent infirmos. Nos quidem, fratres, et nostra ipsorum, et veritatis hostium causa, vitam componamus quam accuratissimam, præclare obeuntes, honesteque studiis ad amussim politici. *Unusquisque*: inquit, *intra se ipsum psalmum habet, linguam habet, doctrinam habet, omnia ad ædificationem sunt*⁸. Seu prodire necessitas cogat, circumspete prodicamus, ut quod spectantium fiat commodo, amictet in vultu gratis, seu accidat ut cum femina colloquamur, cum ingenti cautione loquamur, oculos ab obtutu continent, ne animo stimulum, ac telum capiamus. Breviter cuncta ad Dei gloriam geruntur, qui nos adamavit, seseque obtulit pro nobis. Cujus habet amor attentum amatorem, haud enim esse permittens, sed amati. Atque id perspicere est in carnaliter amantibus; nam cum feminam vir amat, totum se amassim præbet, eam spirans, eam cogitans. Seu solem dicas, nec solem videre velit, sed amassim, seu menam proponas, non gaudebit ea frui, sed amassim. Equid est autem hero Christo formosus, acquid beato ejus amore suavius: nam is generis hominum longe pulcherrimus est? non dulcedo, et totus delicæ, secundum oracula⁹? Id adeo sancti ostendentes, hoc est fervidum ejus amorem, alius, *Quemadmodum*, ait, *desiderat cervæ ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus*¹⁰; alius: *Meus amor crucifixus est Christus*¹¹: alius rursus: *Charitas enim Christi urget nos, æstimantes hoc, quoniam, si unus pro om-*

⁸ Hebr. xiii, 7. ⁹ I Reg. ii, 30. ¹⁰ I Cor. xiv, 26.

¹¹ I Cor. xiv, 26.

ubus mortuus est : ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt jam non sibi vivunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit ¹²; hoc amore mundum complexus Deus est, tamque acriter et impotenter a sanctis adamatus. Nos qui lapide cum amemus, propterea perditis cogitatis, carnisque libidinibus capimur, dolorem pro voluptate, amaritatem pro dulcedine, tumultum pro pace creberrantes. Sed abluenda meus est, fratres, robustor, ab his noxiis cupidinibus, et assidue purganda, quo Christum habeamus domesticum: nam ubi puritas, ibi Christus. Quæ amabilia demam, hæcque vita est, ac si viventes cælesti regnum quaeremus per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO IV.

Post sanctum Pascha. Circumspeditionem adhibendam. sæclicque fugienda peccati loca, atque modos.

Frares Patresque, voca post festum ad colloquium redire tempus, ac solennem catechesin reddere. Poliacres convenimus, haud ignari ad hoc comparatos, minusque vos alloquentes quantum parte est, deploratos. Quid illur dicere est in presentibus? scilicet unumquemque vestrum, quasi quendam mercatorem, in Quadragesima opibus coactis spiritalibus, velut in portum ad sacrum Pascha venisse, multis comportatis eximie mercibus virtutis, id est jejuniis, vigiliis, precibus, in æstiva, et quæ alia sunt studia pietatis, eaque non minima cura est conservare. Neque enim quod in mari usque venit, idem in portu cogitandum qui male ingenioque describitur; nam illic, simul atque appuleris, otium agas, fluctuum maris, ac discriminum securus, hic carnis contra licentia magis vitia ferociunt, et tanquam procellæ quædam ingruunt nequam spiritus, stupri, gula, avaritiæ, tristitiæ, superbiæ, timendumque ne in portu ruamur. Enimvero sanctus David, conspecta forte Uriæ conjuge inconstituta, quid patrarit norunt qui legant ¹³: *Comedit Jacob, et impletus est, et recalcitravit dilectus* ¹⁴, inquit. Attractavit quia feminam volens, et incensus libidine, scelus contraxit. Attende qui inaudis, fuge noxia peccati loca atque modos: oculusque tibi, auditus, odoratus, tactus, gustatus, cibus, potus, somnus, ceu ad amussim componitor, ne vitiorum mergere fluctibus. Sane hoc sciendum est qui mare tranet quod rub sensum sit subjectum tempestates, ac procellas subire invitum: at qui profundum transeat quod intelligentia capiatur, et tempestatis, et tranquillitatis Dominus est. Nam si cogitationes absurdæ strenue repellat, tranquillitate repletur, comitem habens sanctum Spiritum, uti divo Arsenio relatam est: at qui sensus leneat remissos, instarque Dominum libidines introittat, sibi ipse

tempestatem teterrimam concitat. Qui si celeriter fluctuantes cogitationes sedet, nihil in mora sit, quin miserabilem eam edat vocem: *Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me* ¹⁵. Itaque ratio præsideo, neque a pejore præstantius detrahitor, quin spiritus dominator, atque ad præstantius agito. Nescitis quid peccatum designaverit? non mortem in mundum induxit? non orbem terrarum sepulcretis complavit? Unde est autem illa hæcenus ab ævo interitio? quippa erat ante transgressionem incorruptus homo, neque eorum quæ prædiximus quidquam ortum habuisset, ei constans inedito præcepto primigenius mansisset. Hoc perennis auctor supplicii, hoc gehennæ ignis inextincti delagratio, hoc vermibus sine fine pabulum est, hoc, qui in honore esset, hominem brutorum animalium ineter reddidit ¹⁶. Tale igitur et ejus modicum, sit perniciosum ac mortiferum, fugiendum est fratres pro virili, et associenda virtus, quæ angelos comparet mortales, necem prodiget, demones expugnet, sæculi hujus principes et arbitros transiliat, regno denique cælesti desponso: quod et assequi omnes contingat Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, honor, imperium, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO V.

In Octavam Paschæ. De horrendo tribunali, neque presentis vitæ nostræ diebus circumspice transcundis.

Frares Patresque, presentis vitæ ne sanguinem in nobis, aut dissolutionem, ac contemptum gignat, sed curam magis, et acrius Deo placendi studium, ceu instantibus morti. Nullus vero servus rationem hero reddere propinquans, aut legatus ei qui se misit, securus degat, sed tantopere est sollicitus, ut apud se captus mentis videatur. Quid igitur? et nos hero imminemus, seu potius imminet herus, ac terribile inmundis rationibus tribunal, cui sistetur omnes nudi et aperti, causam dicturi quam egimus vitæ, laturique aut cælesti regnum, aut supplicium perenne. Jam quis ad hæc instructus, aut qui dormire possit, ac non igni perniciosi heri voluptatem exsequi festinet? ne servi ineter deprehendantur, thalamo vincitibus manibus, atque pedibus ejecti ¹⁷. Quæ si nos exempla haud exterrant, vel e presentibus de futuris confectenus. Non regios videmus hostes, ut alii custodiis afflicentur, alii flagris mullentur; alii in exilium deportentur, alii oculos deperdant, alii vitæ adeant periculum? atqui nec offenderunt quidam, ut ipsi quoque astent timide, famulentur trepide, huc illuc dimissi, ad bella et ardua negotia: nec contradicit quisquam, aut minus obtemperat. Sin ita est in caduco rege, quanto magis in perenni soloque rege, ac Domino dominorum, timide at-

¹² II Cor. v, 14, 15. ¹³ II Reg. xi. 1 seqq. ¹⁴ Deunt. xxxii. 15. ¹⁵ Psal. lxxviii, 3. ¹⁶ Psal. xxviii, 13, ¹⁷ Matth. xxiii. 13.

que trepide hæc par obiri est, nec citra constitutum quidquam fieri? *An divitias bonitatis ejus, et patientiæ et longanimitatis contemnis.* ut aiunt sacre Litteræ, *ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in diem iræ, et revelationis, et justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus*¹⁸. Hæc nos terreant omnemque diem caute ac circumspecte transeamus, statim prima luce alacres surgentes, et somno lotione discusso comprecantes, dum horæ non canuntur ob resurrectionem, ut agiles opera redeamus: seu cellarius in cellario, seu coquus in coquina, seu minister in ministerio, seu cohortans in cohortande, breviter, omnes in omnibus, placide obeuntes. Nusquam murmur, detrectatio, clamor, contradictio, aut malignitas retenta, ut foris placidus videare, intus malignitatem alas, ac suo tempore mordeas, ceu serpens, memorve injuriæ camelus. Probum quis ingressit? præterit. Resipuit? sincere condonate, nequaquam animis redaccensi, nec secundum Scripturam malum malo¹⁹, et injuriam injuria compensantes; quin contra benedicentes, certi ad benedictionem hæreditariam vocatos.

*Nam qui vult vitam diligere, et dies videre bonos auctoribus Litteris, prohibeat linguam suam a malo et labia ejus ne loquantur dolum. Divertat a malo, et faciat bonum; inquiret pacem, et persequatur eam. Quia oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala*²⁰; minora hæc: quid vero qui majora? Contra principatus, ac potestates, et hujus sæculi mundi potentes luctamur, contra instantem oppugnationem hæc, illaque minantem, ut audimus, itaque minus procincti ad minora, eoquam in majoribus laudem speremus,

*Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est*²¹, quemadmodum ait Dominus. Igitur qui et in majori et in minimo Christi beneficio visi estis fideles, tam obedientia quam confessione obeunda, neutrunde claudicatote, quin utrinvis perfecti estote, omni præclara functione absoluti, nulla in re offendiculum præbentes, ne ministerium traducatur: sed in cunctis Deo placentes, quo cœlestis regni hæreditatem ineatis per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ad sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO VI.

Ante Mesopentecosten. Oportere nos fragrantem comparare, asciscenda virtute.

Fratres Patresque, Christo redivivo universum hoc omne, quasi quadam morte, hiberno posito squalore, iterum refloret, et tanquam reviviscit. Enimvero videmus terram virescentem, stirpes flo-

ridas, pecudes salientes, mare placidum, cuncta in melius restituta.

Sed quamobrem hæc disserui, id dicendum venit: nimirum si tantopere inanima atque bruta resplendent ac resplendent in prælustri resurrectione, quanto nos debere magis, ratione ornatos; et imagine divina, comptos moribus, ac spiritu fragrantem nos præbere? nam equidem Christi fragrantia est qui virtutem comparet. Testatur id Apostolus in hæc verba: *Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi fiunt, et in iis, qui pereunt, aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam*²². Jam illud quoque ad hæc dicere est. Adam ante transgressionem Deo fragrantem fuisse, incorruptum et immortalitate nactum, vacantemque cœlestibus spectaculis, qui prati instar floridi atque redolentis, pomarium incoleret, spirans virtutes.

Quin et Isaac patriarcha in Jacobo filio fragrantem odoratus, est, *Ecce odor filii meiscit odor agri pleni, cui benedixit Dominus*,²³ odore scilicet spiritaliter percepto, Quamobrem, fratres, spiremus nos quoque fragrantem spiritalem, quam virtutum compositione sibi quisque molitur, ceu unguentarius vere optimus. Hoc felix unguentum est, hoc Deo jucundum, hoc angelos pellicit, arcet dæmones; hoc unguento feminæ Christum pone sunt affectatæ, secundum Cantorum carmen²⁴. Hoc enim vero et nos assectemur quoque sincere, sanctam Mesopentecosten, quæ in foribus est, agentes, siquidem scriptum est: *Jam die festo mediante ascendit Jesus in templum, et docebat, et mirabantur Judæi, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit*²⁵. Sed hæc ante supplicium; nunc post resurrectionem conspicuus, conversensque cum sanctis apostolis, eos arcanis initiare.

Atque, o comitatem ineffabilem, quod cibus usus est redivivus, sacra ejus carne minime requirentæ. Sed tamen resurrectione probanda et comedit, et bibit, et latus contrectandum dedit, iisque qui se spiritum credebant, jussit manus, pedesque cernerent: sese enim esse. Tractarent ac viderent: nam spiritum carnem, et ossa non habere²⁶, uti se habentem spectarent. Quid ad hæc ais, Christomache? si carnem et ossa non habet, nec quid depingatur habet: itaque si posterius non habet, nec prius habuerit. Quanquam et habere qui depingatur tacite de se testatur ipse, nam utrumvis alterum probat et condicit.

Sed Iconomachi, Manichæis paria censes, par supplicium luent, ætenam perniciem, quemadmodum scriptum est: nos, fratres quæ orthodoxa opinio est. Dominum nostrum Jesum Christum in imagine tueri, et adorare credentes, dignam hæc religione vitam probemus, puram, irreprehensam, insontem, quo neutrunde claudicantes, quin utrinvis laudati, cœleste regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et im-

¹⁸ Rom. II, 4-6. ¹⁹ Rom. II, 17. ²⁰ Psal. XXXIII, 13-17. ²¹ Luc. XVI, 10. ²² II Cor. II, 15. ²³ Gen. XXXVII, 27. ²⁴ Cant. I, 2. ²⁵ Joan. VII, 15. ²⁶ Luc. XXIV, 39.

perium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et A
semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO VII.

In die Ascensionem. De Ascensione Servatoris nostri Christi, vitæque inter nos ex Dei voluntate agenda.

Fratres Patresque, festum imminet festorum, ac pro foribus et Ascensio Servatoris nostri Jesu Christi, agiturque ingens et incredibile arcanum: siquidam transcælos attollitur, natura nostra, quemadmodum scriptum est: *Gratia estis salvati ac nos conresuscitavit, et considerare fecit in cælestibus in Christo Jesu, qui est in dextera Dei, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro: et omnia B* *subiecit sub pedibus ejus, et ipsum dedit caput super omnia Ecclesie, quæ est corpus ipsius, plenitudo eius qui omnia in omnibus adimplet*²⁷. Videtisne ad quod dignitatis culmen humanitas est evecta? an non e terra in cælos? annon e corruptela ad immortalitatem? Quanto opere quis laboret ut terrestri ac caduco regi amicus fiat? nos quidem, qui, sceleribus patrandis, et aversi essemus, et hostes ingenio, non modo in gratiam rediimus cum Deo, ac Patre, per Dominum nostrum Jesum Christum, quin evasimus quoque ad adoptionem.

Ac nunc est in cælis natura nostra, quam vis omnis concipua et inaspectabilis adoret: tanta est amplitudo immensæ benigni Dei bonitatis. Idque recogitans beatus Apostolus exclamat: *Quæ est spes vocatus ejus, et quæ divinitæ gloriæ hæreditatis C* *eius in sanctis, et quæ supereminens magnitudo virtutis ejus in nos qui credimus, secundum operationem potentie virtutis ejus, quam operatus est in Christo*²⁸? Nam quid accidit? venit ad nos ter optimus e Virgine prognatus solemnibus naturæ legibus manipalatus, crucem conscendit, affixo secum contra nos chirographo, ad terræ infima degressus mortis doloribus solutis, et humano genere simul in vitam restituto, ad extremum gloriose est sublevatus, Patri se exhibens pro nobis.

Hæc est ergo, ut breviter dicam, sancta festivitas. Quæ nos fratres; contemplati, ac quemadmodum Christi simus corpus, beneficium reveriti, nobilitatem tueamur, neu gratiam prodamus, neu Christi membra meretricis membra præstemus, D *quin castos insuper tum verbis, tum opere præbeamus, atque a carnis libidinibus arceamus, quæ cum animo conflictantur, vita internos agenda honesta, placida, obsecunda, morigera, submissa-composita, quæ vita denique beata est, deliciis, ludicris, risu et intemperantia, ac quidquid insolens est, ad carnis vitæque amantes dimissis. Qui videntes minime vident, neque audientes audiunt, mente obducta callo, et auribus sepultis vitiosum ab honesto, lucem a tenebris, vitam a morte non discernant atque in ignem irruant præsentem.*

nam ignis est carnis libido, et tamen effrenes ad eam currunt; scrobs est avaritiæ, neque tamen ire in scrobem præcipites desistunt, voluntarium in se dæmonem contrahentes, dignique quos calamitosos potius, quam beatos prædices qui vere bonis repulsis, perditas corruptelas amplectantur. Cæterum nos, fratres, confessionem teneamus in qua stamus, ac divinæ spe gloriæ triumphamus; exercitationem tueamur, quam secuti sunt sancti et in primis, quem nunc celebramus, beatus Pachomius, sane cernamus, sane audiamus, sane contrectemus, membris omnibus sane utentes, ac sermoni operam dantes promissam perennem vitam consequemur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac Spiritu sancto, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO VIII.

Oportere sacra pura conscientia percipere, habitata in Ascensione.

Fratres Patresque, adest Ascensio, festivitas Domini nostri Jesu Christi æconomie finis et extremum; nam ex Patris voluntate omnibus connectis, gloriose est sublatus ac nos una statuit in cælis redivos per sanctam suam carnem. Ecquæ est autem gloriæ ejus opulentia! quæ ingens potentie magnitudo! quod vilem nostram ac nihili naturam ad regale solium evexit, quæ ab cunctis cælestibus copiis adoretur. Id adeo cogitantes, exhorrescamus, fratres, et beneficii amplitudinem veneremur, vitamque dignam capite ducamus, ut Christi membra, ut concorpores, ac consortes, et cohæredes, castitate, scientia, lenitate, benignitate, sancto Spiritu, amore minime ficto, oratione veraci, virtute præditi divina, omni adhibenda obedientia, ac submissione, et cura, atque cautione, nulla contracta insolentia, nihil citra præceptum facientes. Sane qui carnem inquinat, nequaquam Christi membrum sit, quin nec dignus sacra percipere. Siquidem ait Apostolus: *Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat; qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat, et bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi: nam si nosmetipsos dijudicarem, non utique judicarem. Dum judicamur autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur*²⁹. Quamobrem sanctos purosque nos præstemus, ut merito Christi membra vocemur, ac sacra percipiamus. Sin accidat incautus exardescere pravam libidinem, aut iram, aut invidiam aut odium, aut quid aliud Deo invisum, nihil mirum, quid ocus in antiquum habitum restituti sanemur, neque in flagitio persistamus: nam persistere damnationem habet inexorabilem. Jam annon et mors ingruit repente? en heri episcopum invisimus ægrum, et deploratum offendimus, totum febribus exhaustum, totum dolore impotem, huc,

²⁷ Ephes. II, 6, 7; I, 20-23. ²⁸ Ephes. I, 18, 19. ²⁹ I Cor, XI, 28-31.

S. THEODORI STUDITÆ

illuc respectantem necunde ope reperta, nisi conscientia, seu bona, seu prava. Qui ergo, annon idem nos quoque patiemur? quid vero, annon hæc omnium sunt, umbraque, ad supplicia futura Igntis non restingitur, non moritur vermis, non tenebræ dissipantur, non vincula solvuntur, non Tartara fatiscunt, non stridor dentium cessat, cætera omnia sunt perennia tormenta. Quæ nos fratres, scio reputantes, non libidinum studio, non invidia, non livore, non ira ducamur, non obloquia, non mendacia agitemus, non aliud contrarium designemus, quin pacem et animi quædam æquabilitatem tueamur, exstimulemur, bene mereamur, invicem divinitus amemus omniaque præcepta exsequamur, quo et pœnas evadamus, et æternam vitam consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, et sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO IX.

Ante sanctam Pentecosten. De sancti Spiritus degressu, et infelicis Euprepiani morte.

Fratres Patresque, pervenimus ad Pentecosten, ad sancti Spiritus degressum: quippe ait Dominus: *Expedit vobis ut ego vadam: si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, nullam eum, ad vos, et cum venerit illa, deducet vos in omnem veritatem*³⁰. Hui promissum atque beneficium! non angelum, non hominem mittere est pollicitus, sed ipsum cognatum Spiritum. Igitur unigena Filio, expleto opere paterno, in cœlos ascendente, sanctus Spiritus descendit, non alius Deus (absit!), sed alius Paracletus, uti scriptum est³¹, Deo nobis (benignitatem incredibilem!), solatio futuro. Sane afflictam mentem, vexatamque solatur ne in periculis succumbat: testatur Apolosus in hanc sententiam: *Foris pugnat, intus timores, sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi*³². Animum solatur dæmonum erriculamentis attonitum, in irretentam quandam fortitudinem præ audacia restaurans; auctor sanctus David in hæc verba: *Quoniam tu, Domine, adjuvisti me, et consolatus es me*³³. Mentem hortatur iniuicam, pacem ac quietem ducere; testimonio est hoc Apostoli dictum. *Pro Christo [deprecamur] legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo*³⁴. Viden' indeprensam comitatem? viden' incomparabile munus? sursum unigena Filius ad Patrem pro nobis intercedit, quemadmodum scriptum est; *Qui et est ad dextram ejus, qui etiam interpellat pro nobis*³⁵. deorum sanctus Spiritus multimodis solatur. Ecquid pro his Deo reddemus? fortasse illud nobis usurpare, ac dicere est: *Omnia ossa mea dicent: Domine, Domine, quis similis tibi? eripiens inopem de manu fortiorum ejus et egenum, et pauperem a diripientibus eum*³⁶; ac rur-

sum: *Adjutorium meum a Domino, qui fecit cœlum, et terram*³⁷; et: *Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea*³⁸; iterumque: *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo*³⁹. Itaque talem nacti Paracletem, sanctum Spiritum, vim invictam, magnum propugnatorem, et Deum atque socium, nequam expavescamus. Fratres Patresque, ad inimici terrorem, neu consternemur ab hostilibus malignis copiis, sed velut commilitonem eum habentes, comitemque ferendis et monastiois et confessionis certaminibus, animosè insuper, ac statario properemus, gradum quotidie facientes, non draconis fraudibus inescati, non perpetuis insultibus fracti, studio omni carnis extincto, ut animi nostri tanquam ædes incendente. Mibi credite, non voluptas est, sed vehemens dolor; non oblectamentum est, sed consternatio [*ἐκτασις* *καταβολή*, *legi in Græco pro ἐκτασις*.] quædam, ac perdita mentis alienatio. Neque id nesciunt qui rabiem carnis abluant, et solius Dei cupiditate ducantur: quo quid suavius? quid felicius? Næ ille est in carne, ac supra carnem in mundo et supra mundum: in præsentem vitam, ac supra aspectabilia vivens, in quo lenibus sanctus Spiritus auris excitæ æstus quidam gratiæ mentem quam maxime tranquillat.

Sed quid voluptatis studium victos tantopere diversos agit, et immutat, in terram: carnem atque sanguinem devexos, unde omnino alienamur a bono Deo?

Non audistis quid acciderit miserabili Euprepiano jamjam enim nobis nuntiatur defunctus, et defunctus (heu meus ærummas) non temporali, sed æterna morte, abrupta in Evæ amplexibus vita. Heu quid passus est infelix! acitis quemadmodum prius supor capite splendebat cum morigerationis, tum probitatis lucerna. Annon olim confessione obeunda mecum reclusus est? annon Saccudione ad Œconomi dignitatem pro-
 vectus? annon ob præsentem confessionem in arenam descendit, his flagris multatus, ac fortissima perpesaus? Tum quid autem! habens, ut Œconomus, marsupium monasterii, et

Οὐκ ἠκούσατε, τί πέπονθεν ὁ ἑλεεινὸς Εὐπρεπίανος; ἄσπετον γάρ ἦμιν ἀνέφηλεν ὅτι τίθνηκε. Καὶ τίθνηκε, φεῦ τῆς ἐμῆς πάλαι κωλύσεως! οὐ πρόσκαιρον, ἀλλὰ τὸν αἰώνιον θάνατον συμπλακεία τῆ Εὐῆ καὶ ταύτη τον βίον ἀποβράχης. Ὡ τί πέπονθεν οὗ τάλας! τίς ὁπωσῶς τερον ἦχε ὁ δόχλος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτοῦ, τῆς τε εὐπιστίας καὶ εὐδρωμίας. Οὐχὶ συναπκλείσθη μοι πάλαι ὁμολογητικῶς; οὐκ εἰς οἰκονομίου προήχθη, βαθμὸν ἐν τῷ Σακκουδίου; οὐκ ἐπὶ τῆ παρούσῃ ὁμολογία ἀπεδύσατο πρὸς ἀγῶνας δις μαστιχθεὶς καὶ ἐνεγκῶν ἄριστα; εἰς ἅ τι κῶων ὡς οἰκονόμος τὸ γλωσσόσκομον τοῦ μοναστηρίου, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ βαλλόμενα θελχθεὶς τῷ χροστίῳ καὶ περιπαρεῖς τῆ

³⁰ Joan. xlii, 7, 8. ³¹ Joan. xiv, 16. ³² II Cor. vii, 5, 6. ³³ Psal. lxxv, 17. ³⁴ II Cor. v, 20. ³⁵ Rom. viii, 34. ³⁶ Psal. xxxiv, 10. ³⁷ Psal. cxxxiii, 8. ³⁸ Psal. xciii, 17. ³⁹ Psal. cxvii, 6.

que injicerentur, auro
lectus, atque avaritia
confusus, heu, Christum
Jede instar prodidit, et
virginitatis deposito vo-
to⁴⁰, et Gieziæ⁴¹ agris,
vitis, bobus, ovibus
vemptis.

φιλαργυρία κατὰ τὸν Ἰοὺ-
δαν, προὔδωκεν, οἱμοί, τὸν
Χριστόν. Τοῦτο μὲν ἀπο-
δυσίμενος τὸ τῆς παρθε-
νίας ἐμάγγελα, τοῦτο
δὲ Γιεζικῶς ὠνησίμενος
ἀγροὺς καὶ ἀμπελιῶ-
νας, κτλ. (2).

Quare non ejus lepram modo contraxit, sed, uti
nor, et tristius quiddam. En quid perfecit avari-
tia, fratres : fugiamus vitium, quæso, ut proditionis
efficiam. En quid exegit perveracia : fugiamus
tæbras quæ a Dominico cœtu divellant ; fugiamus
et reliqua cuncta vitia, quæ miserum animum no-
strum lacessunt, furorē, invidiam, iram, studium
nā, perveraciam, successum ; fugite soli esse, ut
condictam a Deo imprecationem fugiatis : nam,
sæ soli, inquit, quia cum ceciderit non habet suble-
vamentum se⁴² ; quod ei contigit quo de sermo est.
Cui si socius fuisset, quantumvis cecidit, poterat
rursum ope socii consurgere, rursum plangere
delictum : cæterum qui haberet nullum, periit
miser, in suum locum profectus. Digna, fratres,
dolore atque planctu tragœdia est. Qui stat, in-
quit, videte ne cadat⁴³ ; qui bene currit caveto ne
prostratur, prostratum cernens qui prius bene
currabat. Angelum quis, opinor, facilius casurum
quam fratrem cum duxisset, et tamen cecidit,
dormitans, causaque avaritia est. Non fecissem
vero de avaritia verba, nisi vererem ut nunc per-
secutione alius alio profugi, et incumbente vitæ
vici cura, si minus diligenter cavebitis, in ava-
ritie escam ruatis. Hinc plerique nec comitem
patientur habere, auro deliniti ; hinc nec amorem
complecti spiritalem, vitiis contractis domesticis ;
hinc nec pedes quiescere possunt, quin obeunt huc,
illuc, velut catelli, sicunde argentum a pio con-
vertant ; hinc nonnulli servos sunt mercati, servi
vitiarum, amissa herili dignitate ; alii alia minime
necessaria deproperant, in usumque comportant,
venditores ac redemptores, agitando cauponario
questu. Respectate Dei judicium, fratres, quem
latebit nemo qui in abdito mentis quidquam de-
signet multo minus secundum exteriorem homi-
nem. Videte mortis sententiam defunctis nunc
quoque duobus fratribus, Milite, atque Barnaba,
et ante eos aliis, ac nobis vicissim consecuturis.
Ne quem, rogo, imparatum, ac minus instructum
mors deprehendat. Non exigua est pernicies, Dei
cœlestisque regni jactura, et supplicium pœnæque
perennes, quas nec ingenio deformans mortalitas
ferat, nêdum in ignem profecta, quod futurum est,
nisi quæ Deo placeant exsequatur. Igitur ut iræ
minas, quæ contumacibus impendet, evadere pos-
simus, agamus, obsecro, quæ jubeamur, Deo jam
⁴⁰ Catech. l. xxiv. ⁴¹ IV Reg. v, 1 seqq. ⁴² Eccle. iv, 10. ⁴³ I Cor. x, 12. ⁴⁴ Hebr. xi, 37, 38 ⁴⁵ Hebr.
xii, 1.

(2) FABRIC. Bibl. Græc. Harles. t. X, 207.

(3) Alluditur ad etymon Græcum : nam μάρτυρες ἀπὸ τοῦ μαρτυρεῖν dicti, quod est testari.

A hinc serviamus, qua in parte quis sibi deesse ali-
quid sentiet, purgator, et animus ad Dei volunta-
tem innovator : prope est cunctis eum vocantibus,
ac quotidie cum pœnitentiam admittit, tum pec-
cata delet, nosque assidue ad amplectendam pe-
rennem vitam cohortatur. Quam et adipisci merea-
mur per Christum Jesum Dominum nostrum ; cui
gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu,
nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO X

In omnes sanctos. Martyres esse non solos qui san-
guinem profundant, sed etiam qui vitam obeant
divinam.

Fratres Patresque, festum festorum summum
est sancta Pentecoste, quam peregrimus ; sed festum
quoque est et sanctorum omnium solemnitas,
B quam nunc contigimus. Ac cum proprium sit festi
e bonis aliquid præclara cogitatione parare, reco-
lite, si videtur, quot quantique sancti memoren-
tur. Et quis cœli stellas enumeret, ac diffusam ad
maris litus arenam ? tot sunt martyres per orbem,
qui adversariam potestatem fide vicerunt, pro-
cinctique ad tyrannicas acies, in ignem, gladium,
feras, terrores omnes tetenderunt, qui supplicia
ducerent pro deliciis, obruncationem pro vo-
luptate. Quin confidentia hac igneos carbones
proculcarunt, rogos incensos restinxerunt, in na-
tura peragendis natura majoribus, attonitos ha-
bentes tyrannos atque reges. Quid testati (3) ?
Jesum cum esse Christum tum Dei Filium, quo in
nomine inesset vita sempiterna, auctoribus Scriptis.
C Ecquid ergo soli martyres sunt qui sanguinem
profundant ? Minime vero, quin ii quoque qui vi-
tam obeant divinam ; ait enim Apostolus : Circue-
runt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angu-
stiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in
solitudinibus errantes, in montibus, et speluncis, et
in cavernis terræ⁴⁴. Et paulo post : Tantam haben-
tes nubem martyrum, deponentes omne pondus, et
circumstans nos peccatum per patientiam decurra-
mus propositum nobis certamen, aspicientes in aucto-
rem fidei, et consummatorem Jesum⁴⁵. Viden' ut
universe martyres vocavit omnes pietatis amantes,
afflictamque vitam tolerantia trahentes ? Quare et
nos, fratres, numeranti in hoc martyrio sumus :
nam qui tolerantes vitæ ærumnas crucigeræ am-
plectamur, qui virginale votum tueamur, nec mo-
rificatione detrectanda, in qua inest quiddam
instar certaminis Jesum testamur et Christum
esse, et Dei Filium, testamur judicium ac remu-
nerationem futuram, testamur vitæ exactæ ratio-
nem reddituros ad terribile Christi tribunal, ob-
sistentes diabolo, Christi inimico, torquenti, et
assidua cogitationum ac lethalium voluptatum
objectatione, velut flagris, urgenti negare nos esse
Deum. Etenim quorum corrupta studia sunt, ce-
⁴⁰ Catech. l. xxiv. ⁴¹ IV Reg. v, 1 seqq. ⁴² Eccle. iv, 10. ⁴³ I Cor. x, 12. ⁴⁴ Hebr. xi, 37, 38 ⁴⁵ Hebr.
xii, 1.

(2) FABRIC. Bibl. Græc. Harles. t. X, 207.

(3) Alluditur ad etymon Græcum : nam μάρτυρες ἀπὸ τοῦ μαρτυρεῖν dicti, quod est testari.

dunt, atque obsequuntur perduelli rebus ipsi-
 Deum esse negantes, secundum sancti Davidis
 sententiam. *Dixit insipiens in corde suo: Non est
 Deus* ⁴⁶. Nam si oblivionem Dei in hominum men-
 tibus, quasique diffidentiam gignat, rationi non
 persuadeat carnis libidines peccati licentiam,
 ebrietatem, intemperantiam, comessationes,
 pocula, avaritiam, idolatriam, cæteras omnes
 insolentias persequi arseptamque inde mentem, a
 Deo abstractam, cogit post se abire, æterno simul
 inexstincti ignis supplicio condendo. Quam misera-
 bilis fallacia, tristiorque fallaciæ finis et extre-
 mum! Verum nos, fratres, seu Christi martyres,
 adhuc præclaro martyrio fungamur, adhuc illustrem
 confessionem cheamus, gaudentes cum omnibus
 sanctis, quod meriti pro Christo martyrium sumus,
 genu Beati non inflexo, quæ carnis libido est, ac
 reliquæ vitæ voluptates. Ne credamus spectra
 suggerenti, unde obedientiam detrectemus; quin
 quolidie velut in stadio contra luctemur, ioti, neque
 præfracti; animosi, non perolusi. Jam verò quod
 martyrii compendium! Sellis ut martyrio in quo-
 quam secundum vitam perfuncti socii sint eorum
 gaudii, rerumque pro quibus martyrio sunt affecti
 conhortes ostendantur. Ergo hinc consecrarium est
 et Christi martyres, ut eum in cunctis martyrio
 testatos, pro veroque testimonio pœnas intolera-
 biles perpessos, in futuro sæculo hæredes cum eo
 declarandos; nam Apostoli hæc sententia est:
*Cum Christum appaerit vita nostra, tunc et vos
 apparebitis cum ipso in gloria* ⁴⁷. Cum quibus et
 nos, peccato nostro martyrio (longum est autem,
 per omnem vitam), bonis frui sempiternis, in
 ærumque cum Christo triumphare mereamur:
 quem gloria decet, et honor, atque cultus, cum
 Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in om-
 nemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XI.

Dominica I. Doctrina de pace.

Fratres Patresque, pacis dies Dominica est:
 nam Dominus hoste in ea spoliato discipulis ait:
Pax vobis ⁴⁸. Atque id locutus, non iis pacem modo
 præscripsit, in novæ die, sed cum omnibus, tum
 perpetuo eandem ingerit pacem, quemadmodum
 et nihili nobis. Igitur pacem habeamus, et inter
 nos agitemus; hoc secundum exteriorem hominem, D
 ne quas inimicitias cum quoquam fratrum tenea-
 mus, quia amore cunctos prosequamur (*In hoc
 enim, inquit, cognoscent omnes quia discipuli mei
 estis, si dilectionem habueritis ad invicem* ⁴⁹); illud
 secundum interiorem, ut pax ac quiete fruamur
 lethaliū vitiorum: ita namque cum Apostolo
 dicere queamus: *Pacem habemus ad Deum per Do-
 minum nostrum Jesum Christum, per quem et ac-
 cessum habemus per fidem in gratiam istam, in qua-*

⁴⁶ Paul. I. I. ⁴⁷ Coloss. III, 4. ⁴⁸ Joan. XX, 21. ⁴⁹ Joan. XIII, 35. ⁵⁰ Rom. V, 1. ⁵¹ Ephes. II, 13-14. ⁵² Joan. XVII, 4. ⁵³ Ephes. VI, 12. ⁵⁴ II Cor. X, 5. ⁵⁵ I Cor. XV, 55.

(4) In Gr. ἐπιμνηστικός, legi, pro ἐπιμνηστικός.

stamus, et gloriamur in spe gloriæ Dei ⁵⁰. Sin, qui
 natura simul mutabili, æstum in nobis exciri
 luctum-um contingat (nam Nil omnipot) tum vero
 in antiquum statum ocius recurramus, pacem
 habentes cum Deo: *Ipse enim est pax nostra, qui
 fecit utraque unum, et medium parietem macerizæ
 solvens inimicitias, in carne sua legem mandatorum
 decretis evacuans, ut duns condidit in semetipso in
 unum novum hominem, faciens pacem, et reconciliat
 ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens
 inimicitias in semetipso* ⁵¹. Hactenus Apostolus.

Idque opus est quod Dominus peragit, uti Pa-
 trem alloquitur *Opus consummavi quod dedisti
 mihi ut faciam* ⁵², id est, pax terram, cælumque
 devinxit, nobis etiam pacis, et amoris illis effectis.
 Sin objicis. Qui possumus non esse in perpetuo
 bello, dicente Apostolo: *Non est nobis colluctatio
 adversus carnem, et sanguinem, sed adversus princi-
 patus, et potestates, adversus mundi rectores tene-
 brarum hujus sæculi, contra spirituum nequitiz in
 cælestibus* ⁵³? respondere licet, ostendere eum
 quantum, ac cujusmodi sit bellum, non bello nos
 laccasi: nam alibi scribit: *Consilia destruontes,
 et omnem altitudinem extollentem se adversus
 scientiam Christi. Et in promptu habentes, ulcisci
 omnem inobedientiam* ⁵⁴. Cæterum sic affectus, du-
 bium non est quin bellum restinxerit, pacemque
 agat. Nec videri vobis, fratres, molestus debeo,
 qui hæc disseram, ac sim in iis, et hoc atque
 illud acriter et eximem; id enim non est inutile,
 quin frugi in primis, oratione viam ad actionem
 sternente. Et alii dicant sane mundana, quotquot
 sunt mundani de agricultura, mercatu, quæstu,
 jactura, ac quæ alia sunt inania studia nos quid
 palius loquamur, quidve convenit loqui, nisi de
 animo, de fuga vitiorum, de paradisi virtutibus,
 de corporis ab animo separatione, et de compara-
 tione ad Christi tribunal, de judicio, de remunera-
 tione, deque regno cælesti? cujus et nos hæredes
 effici contingat Domini nostri Jesu Christi beneficio:
 quem gloria decet, et imperium, cum Patre, no
 sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque
 perpetuitatem. Amen.

SERMO XII.

*Dominica II. Oportere vitam nostram in Dei reu-
 rentia et amore transigi, deque obitu fratris
 Eudocimi.*

Fratres Patresque, dies hæc quam agimus Do-
 minicæ instar est Catechesis, si adverlimus: in
 hac enim Dominus noster Jesus Christus vitium
 projectos (4) inelauravit; in hac culpis, et carnis
 nostræ præputio mortuos in vitam reduxit; in hac
 paradisi redaperuit, fruenda arbore vitæ, quod
 est vitæ eum ejus corpus, atque sanguis; in hac
 contra mortem insurgentes propheticum hoc usur-
 pare posuimus: *Ubi tuus, mors, stimulus? ubi tua*

*Orex, victoria? victus es ab eo qui dixit: Confide, ego vici mundum*⁵⁴. Tum autem ut Apostolice loquamur: *Conresuscitavit, et consedere nos fecit in caelestibus in Christo Jesu, ut ostenderet in saeculis supervenientibus abundantes dititiae gratiae tuae, in bonitate super nos in Christo Jesu*⁵⁷. Jam vero (inennarrabile munus) ex quo ad quid perduxit? e morte ad vitam, e tenebris ad lucem, e servitute ad libertatem ex inimicitia ad genuinam amicitiam, usque adeo ut Filii imaginis conformes redderet. Quae haec est ineffabilis benignitas? quae incomparabilis amoris erga nos magnitudo, ut unigenitum Filium pretium pro nobis omnibus daret? quidem haud abs re est dicere: *Quis loquetur praesentias Domini, auditus faciet omnes laudes eius*⁵⁸? Quamobrem radamemus eum qui nos amari pro eo moriamur qui mortem obiit pro nobis, versi a carne atque sanguine, nec serpentis fraudibus inescati, nec vitae voluptatibus diffuentes, ne fructu peccati degustato, unde mors profecta est; siquidem scriptum est: *Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam voluntatis, jam non relinquatur pro peccatis hostia; terribilis autem quaedam expectatio judicii, et ignis æmulatio* (5), *quæ consumptura est adversarios*⁵⁹. Itaque Deo cum reverentia atque observatione serviamus, vitam castae ac compositae transeamus, cum discreta patientia ministeria tueamur, acurationem trahentes nos in spiritualibus modo, sed etiam in carnalibus, et lignorum adustione, et aquae effusione, tenuis, quæram, ut videtis, in hac insula penuria est, *designis sententiam mortis habentes: nam et nunc Redocimus* (6) *frater est ad Deum profectus. Sin nos obitus fratris non refrænât, ecquid tandem revocabit? Si mortis arcanum minus erudit, ecquid a noxiis affectibus compescet? Jam loquentibus nobis et de hoc atque illo consultantibus, repente dies ingruet horrenda. Sed nimirum iis horrenda est et infelix, qui ab sceleribus usurpentur, qui calpis obligentur quas haud confessi sint, male feriat, immodestis, pervicacibus, cæterum jocunda, et lenis, ac benigna Dei amantibus virtutum studiosis: modestis, morigeris, submissis. Quapropter vos cohortor, et commonefacio, fratres, cogitationibus iis susceptis, omni ope a flagitiis abiciamus, Christi in pectore philtrum geramus, virtutibus perfuncti, quo sic vita peracta regnum caeleste teneamus per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.*

SERMO XIII.

Dominica III. De mortis recordatione, deque vitæ defensione peractæ ad horrendum tribunal.

Fratres Patresque, dies enimvero est ex iis, quæ in Resurrectione censentur, sed habendus

⁵⁴ Joan. xvi, 33. ⁵⁷ Ephes. ii, 6. ⁵⁸ Psal. cv, 2. ⁵⁹ Hebr. x, 26, 27. ⁶⁰ Psal. cxviii, 60. ⁶¹ I Petr. ii, 21, 22.

(5) Deflagratio: nam alterum illud nimium hebraizat.

(6) Addidi de conjectura, et orationis argumento.

A mihi de morte sermo est. Scitis enim crebros alium super alium fratrum Patrumque excedere vita: id quod nihil est aliud nisi monumentum, abituros nos quoque hinc quam primum. Abimus vero non in terrena ac mortalia loca, atque regiones, sed in perennes et immateriatas mansiones, unde ei redire nefas qui semel tetenderit. Sane cum terribilis mors est inaudita, tum terribilior ubi sub oculis teneatur: quod abhinc sex diebus in Chalciti præfecto cognovimus, quem nacti extremum spirantem; obstupuimus factum, ut uno temporis momento et nobiscum erat, et a nobis abscessit, traditus sepulcro. Ac profecto terribilis auditio est, et insolens spectaculum. Igitur adhuc spirans beatus hanc edidit vocem: Paulum præventus sum, in eo dicto caput simul manumque commovens: modum vero haud detexit, sed nos unde hæc trepidatio, sensimus. Atque hæc dixi, non illum cavillatus (minime vero), quin me conterens, ac vos communiens, ne quid prævertamur sub emigrationem ejusmodi vocem mittere quia paratam et imperterritam, siquidem scriptum est: *Paratus, sum, et non sum turbatus*⁶⁰: quod haudquaquam consequamur, ni intenti semper, et quæ obita sunt præclare tueamur, et admissa corrigamus penitentes, assidue sic procincti tanquam in cælum profecturi.

Nam cui, rogo, sistemur? non judici cunctorum, atque Deo cui congenulabunt universi, caelestes, terrigenæ, subterranei, cunctæque laudes concinent linguæ? Ecquam reddemus rationem? non omnium in vita gestorum qua factis, qua dictis, qua cogitatis? Pol mi hæc: quoties complector animo horrorem client, peneque adsunt coram vobis licet esse imperterritis vobis, inquam, qui dicto audientes vos præbetis, omneque studium in obedientia ponitis: nam ea veræ obedientiæ vita est. Etenim quam defensionem sibi parabunt ad horrendum Christi tribunal qui obedientia projecta solitarii degant, qui huc, illic obeant erronee, pedibus statum non habentes qui coempta servitia trahant? heu meas ærumnas, ut expetendum vitium est! quemadmodum retrocessere, iter ingressi vitæ monasticæ rectum! *Melius, inquit, erat illis non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo quod illis traditum et sancto mandato: contingit autem eis illud veri proverbii: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota ad volutabrum luti*⁶¹. Quid ais, bone vir? ten' servum trahere, injugem mundi, exsulem, omnique carnali commercio solutum? ergo capesis tibi uxorem quoque: duo hæc enim mundo, mundanisque tributa; at qui serio vitam ineant crucigeram, ab utrisque sunt alieni. Sed ut videtur, causa peccatum est: nam voluptatibus et auro dediti (addo et mulierosi), ne quis sit inspector, et

qui in abdito perpetrata arguat, fratrem habere nolimus, sed solitudinem, hoc est, servorum mercatum, ipsi revera peccato venditi, et carnis atque sanguinis mancipia. Hinc dissidia, hinc offendicula, hinc atroces ac manifestarim noxæ. Hinc mœstus, atque squalidus, et qui coarctam ac contestor, audior nusquam. Sed quæ est ejus sententia? Si non venissem, et locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo⁶¹; insana sum a talium sanguine miser. Ac poteram sane omnino aciem admovere ex præcepti jussu, sed posteaquam incumulit persecutio, adhuc differo, si nunc tandem a diaboli laqueis respiscant, qui ab eo capti ad arbitrium teneantur. Cæterum vos Deo maci, qui una in simul estis, duo, tresve, quodque amplius est, et encomio majus, canobiacæ vitam ductis, dum manentes, nec importuna, nisi necessitas sit, prodeuntes, maxime in forum ac celebritates, invicem servientes, in eoque mundi domini, puri ab servorum sordido mercatu, cuncta ex Dei sententia, et ornate persagentes. Equidem vobis gratia, atque pax augeatur, cœlestis Jerosolymæ bona visuris, per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XIV.

Post sancti Theodori memoriam. De vita obscura divina, neu ad tentationes trepidemus.

Frares Patresque, loquendum est nobis, nec diu tacendum: siquidem taciturnitas animo munum contrahit, somnusque auctor mortis est, quem deprecatus David dicere: *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte*⁶². At concitatis in animo sermo sors aquæ est in vitam æternam salientis: quo quid utilius? Idque sciens beatus Apostolus, inquit: *Verbum Christi habilet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, et cohortantes invicem*⁶³. Viden' jubero eum ut invicem doceamus, ac cohortemur, nec contenti simus ipsi nos commone modo? Equidem vero quoties ad vos dissero proficere fateor, qui me ab hujus vite confusione revocam, et reprehendam, ad meaque commissæ attentior Nam: nam profecto vita hæc confusio est, in quam sermones villosi vanæque Inauditiones quotidie incumbant, diabolo quoque per contrarias cogitationes grassante. Quæ amoliri semper oportet sermone, ac conscientiam præbere puram et insentem, atque ad quid comparati sumus serio revolvere. Ad quid autem comparati sumus? Scilicet servituri vivo ac vero Deo, et *expectaturi Filium ejus de cælis quem suscitavit ex mortuis, Jesum, qui eripuit nos ab ira ventura*⁶⁴, auctoribus Litteris.

Jam nullas harum servus opperiens, nec in licem reus, dormit, et quieti atque facibus indulget, quia

⁶¹ Joan. xv, 22. ⁶² Psal. xii, 4. ⁶³ Coloss. iii, 16. ⁶⁴ I Thess. i, 10. ⁶⁵ I Thess. iv, 15, 16. ⁶⁶ Psalm.

vigil, et expectatus: trepidat occursum: quem rursus Apostolus demonstrans, ait: *Ipse Dominus in jussu, et in voce archangeli, et in tuba descendet de cælo, et mortui qui in Christo sunt resurgent primi; deinde nos qui vivimus, qui relinquitur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus*⁶⁵. At quanam? Spiritu pauperes, lugubres, ab animo puri, mansueti, placidi, misericordes, obedientiæ jugo perfuncti, qui confessionem constantem servavere, hi cum eo sunt futuri; cæterum qui turpia committant, effrones, qui confessionem averterent, qui obedientiam detractent, qui reliqua mala designent, ii nec tollentur in nubes, nec cum eo sunt futuri, quin (miserrimum) pœnas dependent, exitum perenne, Dominica facie, ac gloriosa majestate extorres, quod absit de vobis et cogitare et loqui. Igitur cavendum est receptui, habendaque nobis ratio salutis, qui esse ab oculis discrimina sciamus: nam ecce præter alios et Ir. Grægorii œconomus comprehensus est, ac quid futurum sit nascimus, impendentque tentationes, ut apparet. Verum ne limesamus, neu ad ingruentes tentationes trepidemus. Quod si a nobis Deus est, quis contra nos? qui in superioribus periculis nobiscum fuit, quo pacto nos et nobiscum sit in præsentibus qui stabilis, ac contra omnia firmet, ut pollicitus est? Jam quid amplius molientur hostes? Iterum persequuntur? At *Domini est terra et plentitudo ejus*⁶⁶. Iterum in carcerem compingent? At nihil carcere propter Christum jucundius. Iterum flagris multabunt? At plurimum coronarum auctores nobis erunt. Sin et occidant, at occisus est et Dominus noster. Si *commortui sumus*, inquit, *et convivemus*⁶⁷. Talis erat beatus ac summus Christi martyr Theodorus, cujus gaudimus memoriam, cuncta ob Christum cum gaudio passus. Hac fiducia et nihili nos quoque adhuc Deo serviamus, hac spe afflictiones omnes et angustias rerum toleremus, quo cum obedientia, tum confessione cœlestis regni hereditatem quæramus per Christum Jesum Dominum nostrum; cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XV.

Post Præcursoris memoriam. Dogmatica de sanctarum imaginum cultu et adoratione.

Frares Patresque, heri Præcursoris memoriam ferialis omnino venit in mentem et obite in monasterio vitæ recordatio, ut tum cuncti in Dei domo eramus, concordēs degentes, ut nunc alius alio sumus dispersi, in diversa loca atque regiones. Quamquam tum quod ob Christi sermonem sumus dispersi gaudere debemus, ex hac præcepti mandato, *Gaudete, et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis*⁶⁸; tum etiam quod Domini quiddam insular habemus, cujus hæc sunt verba: *Si me persecuti sunt, et vos persequentur; si sermonem*

⁶⁸ I Thess. i, 10. ⁶⁹ I Thess. iv, 15, 16. ⁷⁰ Psalm.

... *tri di erunt, et testrum servabunt: sed hæc om-*
nia present robis propter nomen meum, quia nesciunt
non qui misit me ¹⁰; revera namque ut Joanni Pa-
 trem ignorant, qui Filium defuxerint, sic Leonoma-
 iam Christum ignorant, qui ejus imaginem detractent.
 Equidem cum perspicua veritas est, tum intelligens
 res e mille. Ac videte, sultis, bipartitam eorum
 scilicet opinationem, nunc Christi imaginem
 nullam depingendam, nunc depingendam, sed veni
 que belli ac venatus monumenta locantur. Unde
 ac adorandum censent: siquidem nec equi imago,
 nec bovis, nec leonis, nec pardalis, nec serpentis,
 nec alitis, nec piscis adoretur. Equis (malum)
 mensu imbutus est, qui non his ingemiscat? qui a
 lerymis temperet? itane haud vereri imaginem
 Christi, quam angeli venerantur, horrent demones,
 cum feris quadrupedibus, serpentibus, avibus et
 quadrilibus componere ac condecorare? o horribilem
 summi deformationem, atque horribiliorem auda-
 ciam! Tum quid autem? hominis imaginem homi-
 nem vocant, bovem bovis, asinum asini, camelum
 cameli, perdicem pardicis, eademque et in cætera
 tam comparibus, quam disparibus seu animantibus,
 et plantis ratio valet; ceterum Christi, aut Dei-
 me aut cujusque sanctorum, neque primigenia,
 neque afflictiva nominari patiuntur, sed hoc tantum,
 imaginem vocant, cujus, non addentes, ne hinc
 censentur, tanta impietate et imperitia scitent.
 Sed vacate hic mihi, fratres, et hoc insuper ad ea
 sancti Patres, nosque diximus nauci cognoscite.

... in quibus editus est Christus, adoranda,
 macta et sunt et dicuntur, ac pulverem inde
 lapidem naclus, seu sacrum complectitur the-
 ... *... quanto magis Christi venerabilis et ado-*
randa est imago, in qua inest, velut in speculo, qui
clacet atque adoratur? Ea est enim natura imagi-
nis, ut representati gerat faciem. Quin colit Romæ
et apostolorum principis, Patri, claves intelligo
quanquam Dominus ¹¹ et nequaquam claves est lar-
 gitus que sub sensum sunt subiecta, sed que in-
 telligentia tenentur, ligaturæ atque soluturo. At illi
 argento fabrefactas, proponunt adorandas, tanta est
 eorum religio. Ibi que religionis quasi quoddam
 irruptum saxum ex Dominica sententia fundatum
 est, hic, ut apparet, cumulata irreligiositas, et im-
 probitas. Quamobrem nauci hic ego cum animi
 mœstus, tum poenam timens silentii, necessitate
 loquor que loquor, brevia, et perpauca. Scilicet cum
 sectari clam, palamque, et scripto, ac sine scripto
 impiam in Christum linguam moveant, nos domi
 resides hoc serio inter nos negotia tractemus:
 et qui Domini feremus iram? quo pacto imitabimur
 Patres, qui in similibus temporibus sublicere, et
 scirelli, prodicionem censabant veritate? Loquen-
 dum est ergo, audiendumque, et sermoni juxta
 ac operibus vacandum; etenim beati Apostoli non
 solum divino præconio, sed inculcata quoque vita

A terrarum orbem vicere, tenebriones illustrantes
 fatuos salientes, peram modo, baculumque portan-
 tes. Quos æmulati, fratres, utrinque laudem qua-
 ramus, præsentibus contenti, non pecuniis dediti,
 sine prædiis (quod non vestra equidem causa, sed
 errorum dixerim) non intempestive prodeuntes,
 non feminas contubernaes habentes, unde mors
 conlata est. Quam si vite rationem sequemur, et
 illic per nos gloria, ac confessioni, que præ mani-
 bus est, celebritas paretur, et hostes jam jam vere-
 cundia ad frugem sint redituri: sin minus seque-
 mur, periculum est ne pro beatitudine perennes
 pœnas referamus. Cæterum pacis Deus, qui omnia
 convertit, atque in melius diffugit, tum Ecclesiam
 componat, tum vos imbuet prudentia, cunctosque
 in caeleste regnum conservet per Christum Jesum
 Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum
 Patre ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in om-
 nemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XVI.

In ætatis initium. De vitiorum carnificina et spiri-
rituali messe.

Fratres Patresque, melas agitur, tempusque est
 laborum ac sudorum: nam prodeunt mortales ad
 opus, functionemque suam in vesperum, obetipi,
 rective, utcuque expedit: nec requiem sibi per-
 mittunt, dum messis sit, ac trilutra peracta, que
 præ manibus sunt in horreum semina congesta.
 Quid ergo hic dicere est? nimirum si in carnalibus
 sic res habet, multo magis in spiritualibus neces-
 sario thesorema habere, proposita est enim et nobis
 ætas. Quo pertinet Apostoli dictum: *Qui paros se-*
minat, parce et metet, et qui seminat in benedictioni-
bus, in benedictionibus et metet ¹². Domini quoque
 ad discipulos hæc sententia est: *Nonne vos dixitis*
quo adhuc quatuor menses sunt, et messis venit?
Ecce dico vobis, levate oculos vestros, et videte et regio-
nes, quia althæ sunt jam ad messem, et qui misit
mercedem accipit: et congregat fructum in vitam
æternam, ut et qui seminat simul gaudet, et qui
metit ¹³. En objectam nobis messem.

Quamobrem prodeamus alacres nos quoque,
 messuri, ac fructus congeramus, non carnales,
 sed spirituales, et qui perennes durent; sanctimo-
 niam, pacem, charitatem, gaudium, lenitatem,
 tolerantiam, benignitatem, mansuetudinem, cæte-
 ras omnes virtutes. Hi spiritus sunt fructus, quos
 per habitum, quo diacernamus, tanquam ventilare
 necesse est, hoc est, virtutem impermixtam vitiiis
 parare (exempli causa, amare, ac non voluptarie;
 æmulari præclara, ac non invidie; de fratre loqui,
 ac non hostiliter), potiusque sincere exsequi Dei
 voluntatem, *bonam bene placentem, ac perfectam,*
 uti scriptum est ¹⁴. Sin oportet in horreum quo-
 que conferre, hoc illud est nimirum quod humili-
 tate queritur præsidium, siquidem jubet Domi-
 nus: *Cum feceritis omnia, dicite: Servi inutilis*

¹⁰ Joann. xv, 20. ¹¹ Matth. xvi, 19. ¹² II Cor ix, 6. ¹³ Joann. ix, 38, 36. ¹⁴ Rom. xii, 1.

sumus, quod debimus facere fecimus⁷⁶; rursumque ait Apostolus: Quid habes quod non accepisti; si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti⁷⁶? Hæc ea est messis, tanquam proposita contentio est, quæ non duobus, tribusve mensibus spectetur, quin ad vitam se exitum tendat: tametsi comparata ad sæculum futurum, instar ducitur unius dieculæ. Ibi porro finis est nullus, ibi labores manuum earum quiesque comedit, ibi occubimus in præpotente ævi arbitro et hero: tantum adhuc membra hæc terrena perimamus, stuprum, libidinem, impudicilliam, pravam cupidinem, avaritiam; tantum obedientiæ adhuc jugum feramus, benevole alter alterum sustinentes, oneraque mutua portantes, ac sic Christi implentes legem, quemadmodum scriptum est⁷⁷. Felicem vero qui cuncta præ cautione veretur; felicem qui plurimum contendit: ubi est enim major contentio, majus quoque et præmium est. Ac qui ministerio postremas deprecatur, is primas auferet, quippe ait Dominus: Qui in vobis vult esse summus, sit omnium postremus et omnium minister⁷⁸. Sic Filius hominis non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret, et daret animam suam redemptionem pro cunctis.

Hæc cum, fratres, cogitemus, tum agere properemus, vocem hanc inaudire: *Euge, serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui*⁷⁹: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XVII.

In æstatem. De spiritali messe contentaque Christi famulorum exercitatione.

Fratres Patresque, anni tempus est æstivum, ut videlicet, passimque surgunt ad comportanda grana coloni, nec contentus labor, aut sol deflagrans opificem frangit, quin matutinus in vesperam decertat, nunc obstitus, nunc reclusus, dum opus peragat, incumbens. Quid nos vero, qui famuli nuncupamur Christi? ecquid æstatem habemus? Pol sane quidem, ac cujusmodi Dominus noster Jesus Christus discipulis ostendit in hæc verba: *Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit? ecce dico vobis, levate oculos vestros, et videte regiones, quia albe sunt jam ad messem, et qui metit mercedem accipit, et congregat fructum in vitam æternam, ut et qui seminat simul gaudeat, et qui metit*⁸⁰. Igitur apparet ex dictis et seimentem nobis, et messem propositam, neque eas tempore descriptas, quin jugas ac perpetuas.

Metamus ergo hinc jam, fratres, alacriter, hoc est, doctrinam doctor; studium præfectus, ministerium minister, obedientiam subditus, quietem quietus, contentionem precarius, cuncta in omnibus cunctis, quoad ejus fieri potest. Scelus est

operarios carnales promptos opificia tractare, non spiritualia studia segnes atque dissolutos adire illos audores fluentes a laboribus non abstinere, non contentionis monasticæ fastidio duci. Annon obiectum celeste regnum est? an non vita perennis? annon ineffabile gaudium? Ecquid fas est ignavos suinma et expetenda parare? nequaquam. Ut vigilandum sit omni ope, melendumque, non caduca ac mortalia, sed æterna, et immortalia, quo in nobis hoc usurpatur quoque *labores minimum suarum manducabis, beatus es, et bene tibi erit*^{81, 82}. Ne quis dicat, *Absterge enim, nec metere queso: æger es corpore, ac spiritu siquidem vis, qui bono fungere vales. Lacrymas habes, compunctionem habes, excubiæ mentis habes, pacem habes, ac sanctimoniam quæ inprimis Deo cara sunt. Ne quis dicat: Afflictus sum, neque possum in pedes consurgere; velis modo et te surrigat qui suscitavit a terra vaporem, et de stercore arigit pauperem. Nunquid qui cadit non resurget, aut qui aversus est non reverteretur⁸³? vivo ego, dicit Dominus: nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat*⁸⁴. Ecquis est ergo prætextus serius relictus, quæ plausible defensio, quomodo omni studio quæ jubemur obeamus, bonisque quæ promissa sunt, poliamur? En laboravere sancti nostri Patres, connevere, inossuere, vitam in horrea perennem congressere, ac nunc evantes supremæ representationem lucis expectant, in qua uti sol micabunt. Quapropter ne committamus, fratres, cohortor, ut a beatis illis separemur, ne vobis et exiguis diebus, atque voluptatibus salutem prodamus, supplicium luituri immortale: sed quantum pote, certatim eos assectemur omnia ferentes, omnia sustinentes, quo celestis regni hereditatem cercamus per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem, Amen.

SERMO XVIII.

In æstatem. De versandis quæ in hac vita sint jucunda, bonisque ambiendis perennibus.

Fratres Patresque, frangit æstivum anni tempus corpora, labefactante insuper et pervigilio, ac ferta ac ad Catechesis inauditionem torpemus. Sed profecto ex Apostoli edicto vitam jussi comparare cum qualidie obituri, obituroque Libitina luquente, et attentos auditores reddente, ago nos quoque audires atagamus, quasque testamento legendo iis quæ dicantur accendamus.

Igitur testamentum est rerum quæ in carne posita sunt, utpote carnale et quo de carnalibus jubetur, id est, hereditas relinquitur uxori, liberis, fratribus, cognatis, ac si quid aliud nos præscribere est: ceterum hoc nostrum nihil ejusmodi declinat, sed quidnam? hospites nos esse in hoc solo, atque peregrinos, et qui in hunc orbem intulerimus

⁷⁶ Luc. xvii, 10. ⁷⁷ 1 Cor. iv, 7. ⁷⁸ Galat. vi, 2. ⁷⁹ Marc. ix, 34. ⁸⁰ Marc. x, 45. ⁸¹ Matth. xxv, 21. ⁸² Joan. iv, 35, 36. ⁸³ Psal. cxvii, 2. ⁸⁴ Psal. cxii, 7. ⁸⁵ Jerem. viii, 4. ⁸⁶ Ezech. xxxiii, 11.

nihil, proculdubio neque efferre aliquid posse, diffingique e caducis in incorruptos, ex ingloriis in gloriosos, e mortalibus in immortales.

Ut non erraverit qui id testamentum bonum nuntium vocet : siquidem et Apostolus multis partibus prestare censet [dicere] *dissolvi, et esse cum Christo*⁷⁶; et alibi rursum: *Ego enim jam labor, et tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, de reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, justus iudex. Non solum enim mihi, sed et cunctis qui diligunt adventum ejus*⁷⁷ Videtis, ut hinc discessum velut bono nuntio prædicet? itaque cum hoc nostrum testamentum bonum nuntium sit, libenter audiamus quæ dicantur, et alacres exercitationem tueamur, animo ad carnalem nullam affinitatem converso, non ad parentes, non ad fratres, non ad cognatos. Et quid autem hæc illaque commemoro? ne ad ipsam quidem rerum naturam animus conferendus est. Enimvero quidam sanctorum Patrum, ubi cella prodiret, tegumentum capiti imponebat, ne aciem in solis jubar intenderet, causamque rogatus respondit: *Ecquid est cur temporarium lumen videre velim? Ad eundem modum et Dei studiosus, cunctis dimissis, solo divino amore et contemplatione nititur, ac cum oculis usurpet universum hoc omne, quod eis cælum pertinet.* Opt. Max. molitorem Deum admirans, ac collaudans, tum ocios præteritis, quæ sub sensum subjecta, in iis est quæ defugiant obtutum, qui hinc, suaviter bacchatus, spiritale quoddam gaudium, et lætitiâ carpat. Talis erat patriarcha Abrahamus: scriptum est enim: *Fide Abraham demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, et habet, coheredibus repromissionis ejusdem: expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus vitæ et conditor, Deus*⁷⁷. Talis et magnus ille *Moses nam fide reliquit Ægyptum, non veritus iram ipsius invisibilem enim tanquam videns sustinuit*⁷⁸. *Tunc et sancti omnes, nequaquam quæ cernerentur spectantes, nec cupiditate ducti temporalium, sed æternorum, in his, quantum plurimum potest, ad divinam imitationem deformati. Quod nos studium quoque paremus, nec quæ pulchra sint in hac vita ambiemus, nec carnaliter viventes demirabimur, quin illi potius altum ingememus, qui promissorum hereditate honorum conducta in auro, argento, ac pestiferis voluptatibus operam ludant, ultro in præclararum rerum cæcitate se induentes. Cæterum nos, fratres, ut apostolice loquar, *revelata facie gloriam Domini speculantes*⁷⁹, supra quæramus, supra sapiamus ubi Christus est, ad Dei dexteram considens, ut de nobis quoque usurpare liceat: *Vos non estis de hoc mundo*⁸⁰, et *Vestra conversatio in cælis est*⁸¹. In qua et sistamur indemni sub re-*

A munerationis diem justique Dei iudicii, ad horrendum Christi et indefraudabile tribunal, optandam vocem audientes, ad regnumque cælestis asciti per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XIX.

Post sanctorum apostolorum Quadragesimam. De tolerantia, et iis qui renuntiatum veniunt admittendis.

Fratres Patresque, abijt tempus, ac decurrit. Quin præteritis sanctorum apostolorum Quadragesima, simul præbitis ærumnis, ob contractam æstus sitim, simulque solatio, ob spem: nam ea sitis potum nobis conciliat immortalitatis et quæ ori amarities siti quæritur paradisi dulcedinem parabit. B Atque id scientes, fratres, cuncta quæ secundum Deum incidunt acerba læti spe præmii feramus. Cæterum spes quæ videtur, ut fert Apostoli dictum, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per tolerantiam expectamus⁸². Itaque tolerantia virtutum summa perfunctio est. Tolerantia martyres cælestibus devincti diadematis sunt, tolerantia sancti justitiæ præmium tulere. Quapropter utamur nos quoque tolerantia ad morigerationem, humilitatem, lenitatem, exercitationem in ministeriis, omniaque obedientiæ studia, ac parem iis mercedem capiemus. Equidem non me fugit obedientiæ jugum nec qui sit frangendæ labor voluntatis; sed dulcedinem quoque rursum teneo vitæ: nam qui voluntatem frangat ei cum iter facillimum, tum nullo negotio salus quærat. Vacandum est ergo voluntati frangendæ, ac vita consequetur felix, et expedita. Obuntur in cænobio labores? at reques quoque. Plus altero laboras? at majus præmium habebis: siquidem *Unusquisque, inquit, mercedem suam accipiet secundum suum laborem*⁸³. Alteri benevole succumbis? primas tenebris: nam *Qui voluerit inter vos primus esse, sit vester servus*⁸⁴. Imbecillior es quam ut opera tractes graviora? at quæ putes ne negliges, quo in cunctis laudetur Deus. Ne quis cæto ad bonum commue segnis. Hæc quanquam sunt persæpe memorata: tamen nunc quoque necessario in memoriam revocantur: neque enim est exiguum incumbens certamen. *Ecce posui, inquit, ante faciem tuam vitam et mortem*⁸⁵. Igitur vitam arrepturis, mortemque æternam fugituris comparatus sermo, et exhortatio est, neque dubium mihi est nequaquam hæc vel nihili nobis, vel vobis qui inauditis frustra, ac sine compendio dicta. Enimvero admonendi estis, fratres, quantumvis in exsilio versamur ob Dei sermonem, nihilominus quasi qui in monasterio degamus, renuntiatum venientes non amandemus: id quod per fratres ubique dispersos præstabimus, jussos ejusmodi, quantum potest, admit-

⁷⁶ Philipp. i, 23. ⁷⁷ II Tim. iv, 6, 8. ⁷⁸ Hebr. xi, 9, 10. ⁷⁹ II Cor. iii, 18. ⁸⁰ Joan. xv, 19. ⁸¹ Philipp. iii, 20. ⁸² Rom. viii, 25. ⁸³ I Cor. iii, 14. ⁸⁴ Matth. xx, 27. ⁸⁵ Deut. xxx, 19.

lere, atque in contubernium cooptare. Sane cum / decessere multi, tum affecti quoque sunt multi, cœtusque nosler, tam defunctus quam superstes, frequentatur, ac per nos cohonestatur Deus, qui et nos cohonestabit, ut fert promissum. Ac cum qui est rector si sint et subditi, cohortor, caput cœteris, et tanquam regula statuti, sancte, juste atque pie vivamus, qui alios per nos ad sanitatem qua doctrinæ, qua vitæ dirigamus. Itaque clamor nullus obitor citra decorum, neu contentiosum colloquium, neu putidus sermo exiens ab ore, sed honestus, ad exædificationem frugi et utilis, ne quod operi nostro per ea crimen confletur, quin Domino Deo nostro in omnibus placeamus: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XX.

In Transfigurationem. Oportere nos animi pulchritudinem atque venustatem sine macula tuori: de qua pœnitentia.

Fratres Patresque, hodie qui profectum agamus Transfigurationis divinæ, ago, ex ea Catechesim struamus, paucis debitum verbis exsequentes. Igitur cuncte seriæ Dominicæ corporalis degressus Servatoris nostri Jesu Christi suggerunt arcana, puta, quod editus sit in lucem, quod tinctus, quod crucifixus, quod sepultus, quod tertia die suscitatus, quod assumptus gloriose; cœterum Transfigurationis festum futuri ævi statum depingit. Nam quem admodum ejus facies ut sol reluxit, vestimentis lucis insular cendentibus, haud secus et e oculo quasi fulgur venturus est, præpotens, et illustris, omnibus judicandis, atque ut ei comites in sacro monte fuere Petrus, Joannes, et Jacobus, ita socii quoque sunt electi id cœlesti regno futuri, arcana apparitione divina, et ineffabili gaudio fruentes. Jam quis ad hæc comparatus est? quis ad eam lætitiâ pervenire dignus? Quis alius, putas, nisi qui vitam habeat puram ac sine macula? siquidem Deus nosler, purus cum sit, seu potius lux suprema, etiam puros asciscit; animoque nobis puro indito, purum eum quoque a nobis exigit: nam ad imaginem divinam et effigiam creaturæ, dubium non est quin, qui simulacrum sit divinæ pulchritudinis, præditus sit et ipse pulchritudine. Atque id intelligens Melodus ait: *Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem*⁸⁴: hoc est, animi mei decori, ne ad fœdas peccati libidines pronus, deformis redditus, Deo ac præmiis excidat divinis. Ergo explorare cognito talem nos animum tenere, pulchrum et formosum, quasique depositum Deo reddituros in suprema resurrectionis die, horlor ac admoneo, nunc amemus pulchritudinem, hanc formositatem tueamur, nequaquam ad hujus sæculi bella, et curias, atque sanguinis venustates conversi: neque enim sunt venustates, sed venustatum simulacra,

⁸⁴ Psal. xxix, 8. ⁸⁵ Isa, i, 18. ⁸⁶ Ezech. ii, 17. ⁸⁷ Matth. xi, 28. ⁸⁸ Joan. xv, 14.

(8) Scilicet veri et immortalis Dei cultu, lege Gal. 113.

seu, ut verius dicam, corruptela ac mutabilitas. Atque id rerum nos exitus docebit; nam qui hodie lepidus est et elegans, cras in sepulcrum conjectus, fœtidus, atque omnibus dirus est: adeo pulchrum est, ac amabile nihil, solaque venerabilia virtus. Quæ in primis consecranda, fratres; sin animus subinde claudicantem contingat fœdis cogitatis polui, quod negandum non est (nam quis casam habere mentem gloriatur?) at repurgandus quam primum, et in antiquum statum reducendus est, ne a celeri immoratus contrahat mortem. Neque si dicat quiaquam expurgari nequire, multis facinoribus compunctum, quin audiat dicentem: *Si fuerint peccata vestra ut puniceum, quasi nivem dealbabo; si autem fuerint sicut carineum, velut lanam dealbabo*⁸⁷. Videte ingens Dei beneficium, ut pœnitentem non expurgare pollicetur modo, sed ad florem quoque venustatis perducere. Neque obacura sunt exempla. David vates erat, lapsusque in adulterii et homicidii crimen, haud despondit animum, quin oculus pœnitentia usus, iterum vaticinium munus recepit. Mauassees lætaele duobus et quinquaginta annis (6) demolo ad frugem reversus, salutem est consecutus. Apostolorum coryphæus post abnegationem lacrymurum medicina rursum apostolatus tulit onus. Maria Ægyptiaca, ut alios præteream iustitios, quæ ad extremam molliam evasisset, postquam condigne se dejecit, ut ad summum virtutis culmen concederet tonetia. Itaque servari volenti impotentia prætextus nullus est nisi quis depluratus ultro se induat in mortem. *Sed cur te is perditum, Israelis genus*⁸⁸? audimus: cor vita proposita perenni, æternam mortem præferimus? Clamat quotidie benignus nosler Herus: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos*⁸⁹, et nos onus abjicere peccatorum nolimus. Idem vociteratur: *Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ*⁹⁰, et nos in diversam obimus, rebus ipsa tentati. Iter tuum scire volumus. Reliquum est ergo audire nos: *Ambulate in lumine ignis vestri et in flamma quam succendistis*⁹¹: atqui hæc patranes, ait ille, *regnum Dei non consequentur*⁹²; sed hæc absit de nobis dici. Vos enim amici mei estis, inquit Dominus, si feceritis quæcumque præcipio vobis⁹³. Igitur quæ jubemur omnia faciamus, unde amici naminemur, quo cœlesti regnum eriscamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXI.

In mortis recordatione: in quo et de obitu Michælis sanctissimi metropolitani Synadensis.

Fratres Patresque, cum multæ celebritates in hos ævo aguntur, divinæ et humanæ, tom una est.

⁹¹ Matth. xi, 28. ⁹² Joan. viii, 12. ⁹³ Isa. i, 11. ⁹⁴ Galat.

longa ac laboriosa, vitæ hominum cujusque curricularum : a qua profectus, porro obeas nullam, sed necesse sit diem ultimum manere, ignemque supremum, qui nostra omnia judicet, et expurget. Hæc perfunctus et spiritalis pater Michael, sanctissimus metropolitanus Synadensis, ad Deum concessit : cujus et laudata vita, et illustris sermo est, eoque credimus inter cæteros Patres ac confessores ad Deum opitulatorem habere in confessione præsentem. Quamobrem haud triumphant cum animis infausti Iconomachi, defectos gloriantes Christi confessores, quin cognoscant insuper horum decessum Dei Ecclesiæ inconcussam haberi nobisque superstitionibus veri confirmationem, errore eorum cæco despuendo. Ac dum per charitatem operata fides salutem homini quærat, cohortor nunc quoque, ut alias semper, Dei exsequi præcepta, ad iterque esse procinctos, ob incertitudinem mortis : scitis enim et prædictum Patrem correptum repente acerbis doloribus, et ignea feбри, postridie fandi impotem, tertio die spiritum reddidisse. Quin ante eam et Athanasius, insignis Paulopetrii præfectus, nec diem ægritudine suffecit, sed ex hominibus e vestigio est sublatus. Audimus vero et nonnullos fulgure præventos deflagrasse, multosque omnino casus inopinos. Quapropter timendum, et animus arigendus est, diabolo de die in diem nos lactante, dum adducat in anxiam illam supremam horam, in qua frustra et iners sit studium pœnitentiæ. Igitur non vos exterrent prædicta exempla, non horrore complent, cogitantes ut cum lingua divina eloqui nequit, ut animus e corpore revulsus erit? cum multi astantes forsitan, ac plorantes, spem ferente, nisi bona conscientia, nemine.

Quare admoneo, et obtestor : horam eam prævertamus confessione, lacrymis, comprecatione, obedientia, submissione, contento ministerio, omni tamque honesto instituto, ne socordia, ac segnitie præsentem, æterna morte sopiamur ⁹⁴, quod sanctus huius deprecatur. Sed fortasse dicet aliquis velle se, non posse. Et quæ hæc (malum) est insania? nam si iam posita sunt quæ naturam superant, equidem fateor quoque haud fas esse in aerem subvolare ac inambulare super æquor, quin nec loqui paribus, nec odorari lingua, quæ inuisitata, atque a natura sint aliena. Sin in iis quæ cum natura sunt D conjuncta, in nostraque voluntate sita, mendax oratio est. Ut enim possumus diffundi ac ridere, ita contrahi quoque, atque lacrymari; ut vitiosis libidinibus, ac fœdarum cogitationum commercio pollui, ita lustrari et a vitiosis expurgari; ut obdurescere, ac sceleribus insistere, ita ad frugem redire, et compungi. Sed nefaria libido, habitu in nobis contrasto, cum ad virtutem imbelles, tum in vitia valentes reddidit. Nec desperandum est tamen (minime gentium), quin denuo incipiendum opera-

que danda ne quem diem horamve temere transeamus; sed intenti atque vigilantes, lustratique ac purgati, cum Deo copulemur, ut nobis quoque usurpare liceat, *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua* ⁹⁵, ac sic egregie quæ hic obeantur decursis, cum spe bona profecti, cœleste regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXII.

De obitu Joannis, sanctissimi metropolitani Chalcedonis, et quemadmodum rediivi invicem agnosceremus.

Fratres Patresque, superioribus aliquot diebus peregrinati ac reversi, pacem inter vos agentes, et compositos nacti, grates egimus Deo qui in modestia vestra gauderemus, id quod est proborum obedientium, ac stabilium in honesto : in quo et confirmemini magis magisque Domini nostri Jesu Christi beneficio, ut quemadmodum in nihili nostra præsentia, sic in absentia quoque indemes vos, et sine noxa conservetis. Discensus vero causa, uti scitis, obitus erat Joannis metropolitani Chalcedonis, qui præclaro certamine decertato, cursu peracto, fide servata, abiit ad Deum parta illustri confessionis corona cum decessoribus nostris sanctis Patribus ac fratribus. Sed quoniam scitentibus pustulis decessit, ambigunt quidam an probe. Quid ni obierit probe? Atque equidem laborare ii mihi ignorantia videntur : nam, probe, an improbe? nequaquam in hoc vertitur, sic an sic defungare, sed an orthodoxam fidem et inculpatam habeas vitam. Quæ qui teneat, quantumvis scitentibus pustulis; quantumvis alio quocunque morbo vexatus, sive in terra, sive in mari expiet, nullam hinc contrahat infamiam : hæc enim non in arbitrio sunt nostro, quin posita in exploratis Dei judiciis, qui novit quo pacto quod in rationem sit cujusque tam vitæ prorogatione, quam mortis genere administret. Jam in alio nonnulli disputant ad audientium fraudem, minime se agnituros homines rediivos, cum Dei Filium cunctis judicandis advenerit; aiunt quippe : Scilicet mutati e caducis in incorruptos et immortales cum Græcus, Judæus, Barbarus, Scythæ, servus, liber, mas, femina non erit, omnesque instar erunt geniorum, mutuo agnoscamus? Sed in primis respondendum quod nefas sit penes homines, id penes Deum fas esse; nam ad eum modum nec resurrectionem fatebimur, humanis rationibus subnixi. Qui enim potest diffluxum corpus, ac fors depastum a feris, seu alite seu pisce, atque id quidem multimodis et in seriem, supremo in die simul cogi? et tamen arcana Dei potestate tum cogetur, ac resurget, tum animus suum quisque corpus, qui cum vixit, agnoscet.

⁹⁴ Psal. XII, 4. ⁹⁵ Psal. LXII, 9.

S. THEODORI STUDITE

Quod si sumus, dubium non est quin et proximi A
 noverit. Tuin autem futurum iudicium hac opi-
 nione tollitur; nam iudicium in personis cognitum
 obitur. Nemo enim qui se non noverit trahit in
 iudicium, sed quos noverit, quemadmodum scrip-
 tum est: *Arguam te, et statuum contra faciem
 tuam peccata tua* ⁶⁶. Igitur si mutuo non agnosce-
 mus, nec iudicabimur, ceterum non iudicati, nec
 quæ in vivis promeremus ieremus. Jam qui im-
 plebitur hoc Domini ad apostolos dictum: *Sedebitis
 et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim
 tribus Israel* ⁶⁷, si quos iudicabunt non agnoscent?
 Quo pacto aulem et beatus Jobus duplos liberos est
 recepturus, si in caelesti regno eos non agnoscat?
 aliquid partim hic recepit, partim promissum
 est fore ut consequente sæculo reciperet. Et alio-
 qui sanctus David iis verbis ⁶⁸: *Frater non redimit,*
redimet homo? fratrem ostendit agnitarum fratrem.
 Ergo undique collectum ac constabilitum est stul-
 tum esse id problema, et impietate per Origenis
 fabulis. Verum nos, fratres, etiam atque etiam
 credamus et resurrecturos et incorruptos futuros,
 et agnituros mutuo, non in corruptela quibus
 præditi sumus, idiomaticis, sed pulchritudinis affecti
 incorrupta, secundum arcanam Dei voluntatem,
 uti et majores nostri in paradiso, qui et ante
 transgressionem se agnoscebant incorrupti, et
 post transgressionem aqua sub corruptelam sub-
 jecti. Sed hi aliter, aliter illi. Unde credendum
 fore ut fratrem agnoscat frater, liberos pater, uxor
 maritum, amicus amicum, addo et monachus mo-
 nachum, confessorem confessor, committionem
 martyr, apostolus coapostolum, cuncti cunctos,
 quo omnium in Deo latum domicilium sit, inter
 cætera beneficia notitiam quoque inter nos largito.
 Itaque cohortor, fratres, cum fidem constan-
 tueamur (nam quot diverticula videtis, quantaque
 habendæ Deo gratias quod errore abstracti nullo,
 fidem orthodoxam tenemus), tum sine macula
 vitam; scilicet enim quemadmodum in nos spirat
 noctu et interdiu diabolus. At valebit nihil, fide
 ac amore in Deum reprensens inunitos. Quamobrem
 adhuc stemus, et suffugiet a nobis draco; lacryme-
 mur, et ignea ejus tela voluptatum exstinguemus,
 succumbamus sub præpotentem Dei manum et nos
 eriget: perseveremus ad extremum, et abscedet
 diabolus, ac nos in caeleste regnum evademus per
 Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et
 imperium, cum Patre ac sancto Spiritu nunc, et
 semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXIII.

*In appetentem sanctissimæ Deiparæ obitum. De
 spirituali quæ hic agatur celebritate regnoque
 acquirendo caelesti.*

Fratres Patresque, celebritates hic, illic pro
 tempore aguntur, uti et nunc Nicomedie, ad quas
 confluunt mortales vendentes et ementes, sed id

⁶⁶ Psal. xlix, 21. ⁶⁷ Matth. xix, 28. ⁶⁸ Psal. xlviii, 8. ⁶⁹ Luc. xvii, 21. Coloss. iii, 14. ⁷⁰ Matth. xiii, 45, 46. ⁷¹ Psal. cxiv, 7.

quidem aliquantisper curamque solvuntur: ce-
 terum quæ in animo posita est celebritas, una est,
 neque solubilis, quæ se cum cujusque porrigit
 vita, qua non aurum, non argenteum, non vestes,
 non aliud fluxum ac caducum mundinemur, sed
 animi salutem, vitam sempiternam, caeleste regnum.
 In qua cum hominibus omnia ponenda opera sit
 plerique de ea parum sunt solliciti, omnemque
 studium, ac industriam in peritura, et inanibus
 consumunt. Enimvero nos, fratres, a scopo, ac præ-
 claro mercimonio non aberromus, quin audientes
 Dominum dicentem: *Regnum caelorum intra vos
 est* ⁶⁹, diligenter id quotidie paremus, non aurum
 nec argentum solventes, sed fidem genuinam,
 vitam purgatam, merigationem, tolerantiam,
 submissionem, lenitatem, et quæ perfectionis
 quoddam quasi vinculum est, charitatem ⁷⁰. Id adeo
 docet in Evangelis Dominus in hæc verba: *Simile
 est regnum caelorum homini negotiatori, quærenti
 bonas margaritas: inventa autem una pretiosa mar-
 garita abiit, et vendidit omnia quæ habuit, et emi-
 sam* ⁷¹. En estis vos autem belli mercatores, qui,
 omnibus dimissis, ac præ cunctis, pulchrum
 atque pretiosum unionem redemitis, hoc est
 Christum, tollenda cruce, et eo pone sequendo,
 ineunda sanctimonia ac probitate. Jam vero cum
 celebritas tempus sit hilare, ac vigil, et exitum,
 hilares simus nos quoque, et exciti in hac cele-
 britate, fratres, qui salutem mercemur. Igitur
 egregius mundinator est qui cuncta præ cautione
 veretur, nequam concitatus, egregius emptor est
 qui infamiam bonis verbis commutat, egregius
 artifex est contractus, qui sanguinem repudiat,
 ac spiritum præcipit, abeundo continere mini-
 sterio. Ac quoniam in ministerii mentionem inci-
 dimus, cum amplexemur eos qui in coquina di-
 urnum demensum instruant, cum plus laborantes
 oneraque mutua portantes, ac sic legem implentes
 cantatis, tum qui procurent in commune quæ
 usus, et necessitas ferat, ut eximios, probosque,
 ac in Domino œconomos. Neque aversemur quo-
 que qui in psalmodiis chære et excite concinant,
 velut premio majore dignos. Ac videtis ejusmodi
 sit vita nostra, quod institutum? felix mercimo-
 nium, quod peralacres sancti Patres sunt secuti,
 eoque et nos rite obito ac parato. læti domum
 revertemur, ex hac beati Davidis sententia: *Con-
 vertere, anima mea, in requiem tuam, quia Domi-
 nus benefecit tibi* ⁷². Quam nos quoque sub obitum
 cuncti supremam, et tanquam peregrinam vocari
 rumpamus, vitamque sempiternam ineamus per
 Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et
 imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et
 semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXIV.

*Prima indictione. De inextinguibili Dei beneficio, et
 amore erga sum ac diaboli, odio, deque submis-
 sione.*

Fratres Patresque, anni jam primus est ingressus, quo felix nuntium legitur in hæc verba: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, dimittere contractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum* ⁴. Igitur unigena Dei Filio propitiatore in orbem a Patre misso, et cæci videamus, et captivi liberemur, et contracti dimittamur. Ecquis est autem cæcus? qui voluptatum studio cæcavit. Quis captivus? qui præ fœdis cogitationibus est invisus. Quis contractus? qui sceleribus prostratus. Quos equidem curat Dominus: neque enim corporum tantum, quin animorum quoque medicus est, nec tum aderat solus incorporatus; sed adest et nunc, obtulit fugiens oculos, qui eadem læta nuntia vulget, mundique auferat noxas, morbo omni a languore sanando. Itaque ne quis emaneto expers læcie, et medelæ, quin fidens adito, Dei sensurus beneficium, sui que liberalitatem Servatoris. Ergo sibi nos (o humanitatem inauditam!) protulit in lucem, collapsos iterum erexit, tertium munus largitus est, perfectionem monasticam, jam peccantes insuper nec tum aversatur quidem, sed asciscit, afflictos confirmat, mœstos solatur, currentes delinit, fractos instaurat lætos persanat, in Orci fundum lapsuros panniens benigne eripit periculis, ut merito haud abs re quisquam dixerit: *Vix quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitus in inferno anima mea* ⁵; et: *Impulsus evasit ut caderem, et Dominus suscepit me* ⁶. At mutant singuli in quas tentationes sunt prolapsi atque ut clementem Deum in ærumnis opitulatorem sicut evestigio nacti. Adhæc famelicos, quod attinet ad corpus, annuis terræ frugibus pascit, quod ad animum, sacris mysteriis, cura præmatris ac nutrice prosecutus, et amice complexus: *ut mater lacte aliquantisper alit infantem, hic mater noster, et horus, parens, suum corpus atque supernam in cibum ac potum impertitur, idque perperam. O impervestigabilem bonitatem! o inexsuperabile munus! ergon' possumus non eum amare, atque colere, et irrevulsa cohærescere? Periculi sic affati simus, conclamabit in nos cælum terra ingemiscet, ipsique nimii stuporis lapides accusabunt.*

Quod ne fiat, amorem erga eum firmum tueamur, jure exosi, et adversati diabolus: nam ut beneficis competenter pro beneficio diligitur ac amatur, sic malignus pro suis æque facinoribus odio sit habendus. Quippe hic ille est vitæ nostræ perniciosus, atque ab initio homicida ⁷, ut fert Domini dictum, hic ille est, qui genus humanum in mille sententias distrahit, multisque vitiorum sauciat talis, et orbem terrarum deglutire cupit: in quem si odium non conferimus, nec inveniri sup-

⁴ Isa. LXI, 1, 2; Luc. IV, 18, 19. ⁵ Psal. XCIII, 17, 18. ⁶ Joan. IV, 5. ⁷ Luc. III, 9. ⁸ Jud. XII, 13.

placium potest castigans, ut mereamur, qui hosti ac sicario jungamur. Sed ab eo fugiamus, fratres, fugiamus quam longissime. Et quæ est autem fuga? pravarum qua cogitationum, qua actionum abstinentia, ut cum Deo contubernium, bonorum operum perfunctio est. Qua morbum asciscamus bonum, cum omni submissione, mansuetudine, modestia Dei servientes, haud ignari inane esse quidquid præclare obeatur, cui non præsidio sit submitio. Igitur qui inflatam animi mentem, teneamus, sub præpotentem Dei manum succumbamus, ne frustra cucurrerimus, quin macti omnes festinemus, persequamur ruamus adepturi, quo cæleste regnum eroiscamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXV.

In vindemiam, ne vitiorum spinas atque tribulos edamus, sed virtutis botros fructificemus.

Fratres Patresque, equidem quid assidue loquar, quidve afferam novum præ iis quæ a sanctis Patribus dicta teneamus, nihil nisi ea ipsa repetere, vobisque de iisdem disserere, in melius dux et prævius. Igitur agesis, hodie pauca quoque complectamur, ac si videtur, ex iis quæ in manibus sunt sermonem contrahamus. Ergo adest vindemia onustique fructu palmites, læti atque fausti, rari ac maligni, tristes sunt et ingrati. Hæc quid ad nos vero? dicat audientium quispiam. Pol quadrant perbene, siquidem et nos tropice Dei vinea vocamur. Ecquid fugit vos carmen quod representatione gerenda decantatum est? annon hoc incinimus omnes? *Respice de cæla, et vide, et visita vineam istam et perface eam, quam plantavit dextera tua* ⁸. Domini quoque in Evangeliiis hæc sunt verba: *Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere* ⁹. Itaque maneamus, fratres, in benigno Hero nostro, ceu ab es quædam quasi vites consiti, eique virtutem tanquam botros fructificemus, quo felicitemur neu edendis vitiorum spinis, atque tribulis, teneamur hac sententia: *Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excinditur, et in ignem mittitur; excinditur inquam, per mortem, et in ignem mittitur* ¹⁰, scilicet perennem, in quem conjiciuntur qui turpia patrarunt, qui fœdus projecere, qui corruptelæ sua dedere corpora, *nubes sine aqua, ait ille, quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales infructuosæ bis mortuæ, eradicatæ, fructus feri maris, desputantes suas confusiones, sidera errantia, quibus caligo tenebrarum servata est in æternum* ¹¹. Quare Apostolus clamat: *Fugite fornicationem: omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam*

⁸ Psal. CXVII, 13. ⁹ Joan. VIII, 14. ¹⁰ Psal. LXXIX,

membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri? empti enim estis pretio ¹². Ergo cœlum non reveremur, atque terram, qui pretioso Christi sanguine coempti terga vertamus, ac repedemus, non nostri nos pudet pigetque, qui foris sancti videamur intus pleni fœditatis? quoad utroque genu claudicamus? quousque unum iter non insistimus, *Væ*, inquit, *duabus viis ingredienti* ¹³, vitiorum puta, ac virtutis: hæc enim nulla mutua consuetudine tenentur. Nemo addictus servus partim hero, partim hosti serviat. Integros nos Deo, filii consecremus oportet: nam sic vitæ reddamur divinæ compotes. Quamobrem ne immoremur in sensilibus, oeu brutæ animantes, sed facultatibus animi cœlestia tueamur, sensus torquentes a caducis atque fluxis ad incorrupta, et imperdita, neu committamus ut cogitationum fraudibus ad artifices scelerum denuo fascinemur, quin ubi voluptatem seu quod aliud flagitium serat, evestigio exigendus veterator est. Quo pacto? precibus, supplicio, lacrymis ac compunctione. Atque hæc ea est inaspectabilis luota tantumque implacabile bellum est. Quare instar carnaliter pugnantium, spiritu ferventes, invitos profligamus hostes? atque ut illi spe præmii nec ita decedunt, sic nos quoque nec mille acceptis vulneribus revertamur, sed restemus insuper et prælium instauremus, Dei præsidio firmati. Date hoc sultis mihi, fratres: nam eo allaboro, pauca hæc sermocinans. Equidem cum in iis gaudeo qui feliciter currant, tum ingemo ubi quis prosteratur. Cæterum simus cuncti pernices, dediti recte factis, tolerantantes in psalmodiis ministeriis, obedientia, humilitate, ac pacis Deus nobiscum futurus est per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omneinque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXVI.

In Exaltatione: ne in fœda vitia nos præcipites agamus, neu voluptatem jucundam arbitremur.

Fratres Patresque, gaudium agitamus adventante festo quopiam Dominico, nec injuria, qui tum collustremur, quod inest in eo arcanum contemplantes, ut nunc quoque in Exaltatione pretiosæ ac vivifiçæ crucis; quantus est enim, quamque insolens triumphus, lignum nos, in quo pedes stetere Domini nostri Jesu Christi, in quo suffixus vitalem suum sanguinem profudit, non spectare modo, sed etiam complecti? Quem non laborem feras quo aurum cogas periturum? at in promptu nobis beneficium est: nam simul id contraximus, simulque collustrationem, sanctimoniam, libertatem. Tam exposita benignitas est, tam proclive munus religiose adeuntibus. Et optandum sit tamen imperditam tueri liberalitatem: solet enim quod facile donetur rejiculum videri.

¹² I Cor. vi, 18-20. ¹³ Eccli. ii, 14. ¹⁴ Rom. vi, iii, 7. ¹⁵ Psal. xlv, 3.

A Nobis quidem ea, fratres, conservanda gratia est. Quamobrem ne sancta nostra labia mendacibus sermonibus, ac sine fruge verbis polluamus, neu aspectu meretricio collustratos oculos præstringamus, neu animum nitentem vitiosis cogitatis inquinemus, neu, ut Apostolus clamat, *regnet peccatum in nostro mortali corpore, ut obediamus ei in concupiscentiis* [scilicet corporis.] *ejus, neu exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed exhibeamus nos Deo tanquam ex mortuis viventes, et membra nostra arma justitiæ Deo, peccatum enim vobis non dominetur: non enim sub lege estis, sed sub gratia* ¹⁴. Vident ut peccatum in lege dominetur, at regnans in gratia justitia noxa omni liberet, et absolvat? uti scriptum est, *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini Jesu, et in spiritu Dei nostri* ¹⁵. Quapropter expurgationem reveriti, sanctimoniam tueamur. Quid nos in infamiam dejicimus, gloriosi instituti? quid corpus amplexamur plus quam deceat, paulo post in sepulcro dimittendum? quid voluptatem jucundam arbitramur, qui dolor sit vera mortiferi? nam equidem voluptas hamus est diaboli, inextincti ignis suscitabulum; et tamen rapimur ad eam mortales quasi quidam dediti servi. Enimvero quædam audivi dicentem, vitio possessum, optabilius esse suspendio mortem quærere quam peccato servire: ut enim sevo herus imperat acerbus, Abi, et abit, Veni, et venit; Fac hoc, et facit ad eundem, modum ac multo impotentius, jubet sub se subjecto peccatum, Loquere fœda, et loquitur; Nefaria designa, et designat. Quin gemere atque trepidare Caini instar videtur, mari devectus naufragium veretur, per deserta profectus latrocinium timet; tonat, ac tonitru propter se accidisse credit; fulgurat, ac ne amburatur pavet; videns non videt, audiens non audit, sensus distortos gerens. Quid hac tristius vita? equidem censeo tradi bestiis præstare quam pestiferis vitiiis, nam ibi corpus, hic animus cum corpore perit. Annon et probus æque, qui quidem liber peccato (nec voluptate solum sentio, quin aliis cunctis vitiiis), gaudet, lætaturque, regnat pro probitate, in terris qua in mari, qua in terra: siquidem contubernalem habet Deum, ad quem clamat in adversis, *Non timebo mala, quoniam tu mecum es* ¹⁶, *Non timebo millia populi circumdantis me* ¹⁷. *Non timebo dum turbabitur terra, et transferentur montes in cor maris* ¹⁸. Eccam vitam jucundam, eccam felicem: quam et secuti, fratres, Dei misericordia, urgeamus quoque, et magis magisque consecremur, cuncta præ cautione verentes, omnigena obedientia perfuncti: omnigena humilitate compti, omnigenam animi puritatem contrahentes, qui quidem præ oculis obiri mortem cernamus. Jam enim et spiritatis nos Pater reliquit, Petrus, sanctissimus metropolitanus Nicææ: cujus et bea-

¹⁴ I Cor. vi, 11. ¹⁵ I Cor. vi, 11. ¹⁶ Psal. xxii, 4. ¹⁷ Psal. 12, 14.

tus exitus est, in persecutione extincti, cum eoque cœlestis regni hæreditate potiamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXVII.

In sementem. De spiritali semente ac pervigilio in meditationibus divinis.

Fratres Patresque, sementinum tempus agitur, seminibus serendis quæ ex materia cohærent, frumento, aliisque qua tempestate homines videmus a nocte in noctem ad opera commeantes, ac serio satagentes ut quam optime et affatim serant; unde præsidia corpori conquirant. Ecquid nos igitur, sementis coloni spiritalis, sterteremus, nec quæ par seremus, et qui famem patiamur æternam, quamve inveniamus rationem reddere socordiam? Quamobrem cum carnaliter serentibus acris surgamus, tum largiri seramus: siquidem, *Qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus et metet*¹⁹. At quid seremus? preces, supplicia, intercessionem gratiarum actionem, fidem, spem, charitatem: hæc sunt pietatis semina, hæc animi pabula. Jam in carnali semente sustinet colonus imbrem exspectans, dum accipiat tempestivum ac serotinum: at in hæc nostra ipsi arbitrii simus pluere et rigare, hoc est compungi atque lacrymari, et cum volumus, et quantum lubet. Quæ cum in nostra postestate sita sit libido, cohortor, fratres, seramus plurimum nos quoque, ac plurimum rigemus, justitiæ tanquam stirpibus augendis, quo appetente messe, quæ ingenio deformetur, spiritalibus manus, simulque manipulis compleamus, ut audire mereamur: *Benedictio Domini super vos, benediximus vobis de domo Domini*²⁰. *Labores manuum tuarum manducabis, beatus es, et bene tibi erit*²¹. Atque hæc lætæus: nunc admonitos velim, fratres, breviter dierum crescere, et exundare noctes, ut quæ tabescit pervigilio corpus, sic somniculositate curari; curanda autem cule, simul vitia subducunt. Ecquid est ergo dicere? habet quilibet nostrum psalmum, meditationem habet, preces habet? cuncta moderate obeuntor, cuncta ad animi compagem, ac complementum spiritus, ne nos Satanas per libidinem tentet. Neque id in somno duntaxat sentio, quin et in cibo, potu, cæterisque cunctis; præsentissimum est enim moderatum, quod ab utrinvis digressu immunes nos, et indemnes tueatur. Cæterum, imperatore ab expeditione reverso, cogitationes fortasse in animos subrepunt, sollicitis quid Ecclesiæ rebus sit futurum, id est, nostris. Pol scriptum est: *Iacta super Dominum curam tuam, et ipse faciet*²²; et: *Si Deus pro nobis quis contra nos*²³? qui ut superioribus annis vitam nobis procuravit, variis

tentationibus, ac miseriis ereptis, sic deinceps procurabit quoque. Tantum digne Evangelio vivamus, cœlesti obeundo instituto, terrestrium hospites et advenæ: hic enim nobis portio, ac hæreditas nulla est. Nam quis in omni memoria vitam ingressus restitit, quo excisoeretur quidquam? annon omnes qui ingressi essent, rursus ceu ex alieno solo sunt egressi? Igitur hic exsilium degitur, verumque domicilium, hæreditas et adeptio in futuro sæculo est: in quo constituti. cum sanctis omnibus cœleste regnum: ineamus per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXVIII.

In sementem. De fide, neu temere, ac sine fruge vitam consumamus, umbramque esse, atque somnium præsentia ad futura.

Fratres Patresque, semel quotannis terra consita agricolæ fructus annuos præbet, animus quotidie satum suscipiens doctrinæ in omni vita ægræ virtutis culturam reddat: ejusque hæc est causa, quod a pueritia hominis ingenium studio rapitur ad prava. Unde humanæ naturæ minus parabilis est virtus, nec vitiorum potiri quisquam possit, qui non luctatus sit et afflictatus labore longo atque diuturno. Id adeo sancti suis rebus gestis ostendunt, quasi quidam exercitores ac athlete, pugna cum peccato defuncti. Quid aventes, quidve quærentes? Bona promissa, quæ nec vidit oculus, nec audivit auris, nec mortalium cuiquam venere in mentem²⁴. Quod exspectationis suæ pignus habentes? fidem: nam qui rite credere est largitus, idem indubie sperare tribuit, qua illi spe prodigia ederent et ostenta. Hinc, ut ait sacer Apostolus: *Devicerunt regna, adepti sunt repromissiones, obtulerunt ora leonum, exstinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convalescerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt de exiliorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos; alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem*²⁵.

Videlis quæ quantaque fidei facinora? *Fides vero est speratarum substantia rerum, argumentum non apparentium*²⁶. Ilac firmati et nos, fratres, cum diabolo decertemus, vitiorum pestes profligemus. Ignis nunc accensus quoque carnis libido est, quam si lacrymis atque precibus exstinguamus, choros cum pueris agemus. Feræ sunt atroces fœda immansueta vitia: quæ si subjudanda carne, et obediēte vita capistremus, cum Daniele triumphabimus²⁷. Ac quid in exiguis laboribus promissa eroiscamur æterna? annon umbra: atque somnium sunt præsentia, si cum futuris conferantur? Quanquam hæc quoque infra veritatem

¹⁹ II Cor. ix, 6. ²⁰ Psal. cxxviii, 8. ²¹ Psal. cxxvii, 2. ²² Psal. liv, 23. ²³ Rom. viii, 31. ²⁴ I Cor. ii, 9. ²⁵ Hebr. xi, 33-35. ²⁶ Ibid. 1. ²⁷ Dan. vi, seq.

comparatio est : qui enim potest finitum ævum cum infinitis componi ? quo pacto cum sempiternis mundus, qui mox finiendus sit, committatur ? Quod superest, ingens et infandum gaudium resolvamus eorum qui illic gaudebunt, ac puniendorum pœnas : quarum si vel cogitatione obstupemus, quanto magis est intolerabilis sensus ? Igitur ne quis deinceps dies temere, atque dissolute labatur, qui inertem nobis et sine fruge vitam consumat, quin omnis supremus ducitor, ex divi Antonii præcepto, unde emendemur procinctique comparemur ad iter. At qui id ait, confiteri pote in cœnobio, suum quemque distincte ministerio ? equidem apprime pote, si velimus, ac præliis, amplius qui quietem sunt secuti : nam illic libertas, et auctoritas irreprehensa, ad mortis cogitationem segnis est ; hic, quæ instar martyrii sit, repressio voluntatis, contentum ministerium atque incidens infamia, quam maxime habent in proclivi mortis sententiam. Sane beatus Apostolus dicens : *Quotidie morior, per gloriationem vestram, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro* ²⁸, non id usus quiete quin mille tentationibus districtus protulit. Quamobrem teneamus quod quærimus, nec mortis recordari dies noctesque omittamus ; ita enim et pravam cupidinem, et ministerii neglectum, et ignaviæ tristitiam, et scelestum livorem, aliaque cuncta vitia Dei misericordia pellemus. Tum autem, ut ad exitum erit devenum, cœ eo recordatione mortis prævento, nequaquam terrore percelleremur, sed placide sanctos angelos spectabimus, ac perennem vitam consequemur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXIX.

De gratiarum actione, deque adorandæ Christi imaginis doctrina, ac fratris Thaddæi confessione.

Fratres Patresque, cum salute nostra molienda complures modos largitus Deus est, tum unus, primusque est, gratiarum actio ; ait enim Apostolus : *Primum gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiat in universo mundo* ²⁹, ac nusquam non ostenditur agens gratis.

Quin exstat et in scala præmitti gratiarum actionem precibus oportere. Igitur Deo gratias agamus, primum quod nihili nos protulit in lucem ad egregia facinora creatos, quæ præstituit obeunda, deinde quod adoptione per sacram tinctionem donavit : nam, *Quotquot susceperunt eum, inquit, dedit eis potestatem filios Dei fieri : qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt* ³⁰. Ne non quod ad hanc confessionem quoque post superiorem deduxit : in quo minime fallamur, et erremus, quin explore sciamus unigenam

A Dei Filium carnem factum ³¹, uti clamat Joannes, et carne circumscribi, et imaginem tenere et in imagine coli. Nam quot exsortes Evangelii in errore irreligioso homines degunt ? alii, affecti Evangelio, in religione naufragi et erronei : cœu Iconomachi, Christum negantes descriptivum, aut imaginem tenere, aut in imagine coli, atque hinc salutiferam procurationem divinam, quantum in se est demoliri. Quæ recogitantes, fratres, impigre Deo gratias agamus, agendis gratiis stimulemur, stimulati lacrymemur, lacrymati collustremur, collustrati salutem contrahamus, uti pollicitus sermo est. Neque enim fidem putemus uniformem : nam una est sane, augetur tamen ac minuitur, intellecta aut non intellecta, siquidem ait : *Modicæ fidei, quare dubitasti* ³² ? et alibi : *Magna est fides tua, fiat tibi sicut credidisti* ³³ ; ac rursus : *Non inveni tantam fidem in Israel* ³⁴. En augetur, ac minuitur. Nec dicat quisquam : Idiota sum, et qui intelligere queam fidem ? Pol clemens Deus radios cunctis explicat bonitatis. Jam quæ est Apostoli sententia ? *Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret* ³⁵. Non in vobis ipsis spectatis quod disserui ? non fratris Thaddæi recordamini, ut alios præteream, annon Scythæ erat, et servitutem servivit, emancipatusque se in monasterium dedit, ac confessione tam nupera quam præsentis est perfunctus ? igitur qui fidem intelligeret suam, cen auctus est tum ea, uti par est, complexa corona quoque obligatus martyrii, post triduum hinc sui certaminis profectus. Ad eundem modum et nos, fratres, vivamus, non imperitiam prætexentes, sed quærentes, edoctique, et aucti quo fide : id quod continget si fidem vita consequetur honesta. Nam per charitatem operata fides salutem nostram complet ac absolvit : quippe animi tanquam corpus e duobus cohæret, neque, aut per se fides, aut per se vita tueatur, sed alterutrum alterutro incolume et constrictum. Quo sic incolumes nos quoque evadamus in virum perfectum, *in mensuram ætatis plenitudinis Christi* ³⁶, promissis bonis potituri cum sanctis per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXX.

In S. Paulum Confessorem. De immenso Heri Christi in nos studio vitæque accuratione divinæ atque inculpatæ.

Fratres Patresque, ingens est et immensum Domini nostri Jesu Christi in nos studium, qui non

²⁸ I Cor. xv, 31. ²⁹ Rom. i, 8. ³⁰ Joen. i, 12, 13. ³¹ Ibid. 14. ³² Matth, xiv, 31. ³³ Matth, xv, 31. ³⁴ Matth, viii, 10. ³⁵ I Cor. i, 26-28. ³⁶ Ephes. iv, 13.

solum degressus, prope longeque disitis, uti scriptum est, pacem promulgarit ³⁷, sed in cœlo quoque sublatus sanctos apostolos reliquerit, eodem sentio ac legatione fungentes. B. Apostoli quidem hæc sunt verba: *Pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo: nam cum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso* ³⁸. O immensam procuracionem, ineffabilem liberalitatem! *eum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit*. Qui, et quo pacto? sequaquam noxium peccatum sentit (minime gentium, siquidem peccatum non admisit, nec in ore eius inventus dolus est), sed quod corruptam peccato nostram induit naturam ægritudinibus in se rejectis, morbisque, pro nobis saucius, ac sædissima nece multatus: hoc est *peccatum fecit*. Quamobrem: *ut nos efficeremur Dei iustitia in ipso*. Quomodo? qui noxio liberati peccato, viveremus in eo, ac moveremur. Quapropter et addit in hunc sensum: *Adjuvantes autem et exhortamur, ne in vacuum Dei gratiam recipiamus*. Videte ut hortatus præmuniat: quid est, *ne in vacuum Dei gratiam recipiamus*? hoc est, ne iterum retrocedamus: ne iisdem vitiis, quibus nuntium dixerimus, obligemur, ne iectum Deo, et angelis testibus sædus violemus, quin quid? vitam obeamus novitiam, celeste institutum pliumque. Ac volo equidem vobis fando huc defectus reconditorem quamdam viam proponere sententiæ, ea est hujusmodi. Animus vester tribus ex partibus constat, particeps rationis, irascente, et appetente. Participe rationis, ut recte in sanctam Trinitatem credamus; irascente, ut in serpentem incandescamus, eo prorsum non admittendõ, appetente, ut, qui nos architectatus est, Deum diligamus, ac amemus. His diabolus animi facultatibus conversis, et distortis, fabricari in nos perniciem cœpit ab extremo. Quo pacto? per appetitionem, Adamo, decessore nostro esu decepto; per iram, Caino ad Abelem fratrem interficiendum excito; per rationem, provoluto genere humano ad cultum astrorum. Atque hæc via est qua in nos cædem est molitus hostis. Cæterum nos maneamus in quo simus conditi, fratres, qui a ternis animi facultatibus præsidium contrahamus, ac spiritum coornemus, neu claritatem perdamus, qua nos herus nobilitavit, Deo, Patrique adoptatus; nam: *Quotquot susceperunt eum, inquit, dedit eis potestatem filios Dei fieri* ³⁹. Quamobrem qui Dei filii vocemur, ne hæreditatem ineamus ignis inextincti, neu qui Christi membra nominemur, flammam membra meretricis. Ne in mundum, eaque quæ sint in mundo despectemus, neu in hac vita formosa oculis usurpemus quæ inania sint ac caduca. Sane enim exple te per concessionem libidine omni carnis atque sanguinis: *Quæ utilitas*

A *in sanguine meo dum descendo in corruptionem* ⁴⁰? Despicesis in sepulcra, et qui voluptatum exitus tuere. Esto, prædia cogamus ac pecunias: quid tum postea? scilicet nudi in orbem ingressi, proculdubio nudi exhibimus quoque, nihil præter actiones comportantes, seu dextras, seu sinistras. Itaque clamat sanctus David: *Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Ut videam voluntatem Domini, et visitem templum sanctum ejus* ⁴¹. Hæc vita est beata, hæc pars potior quam præcepere sancti Patres, et in prinis, qui nunc est "Ὁσπερ καὶ ὁ νῦν εὐ-
laudatus, sanctus Paulus φημηθεὶς Παῦλος ὁ μα-
confessor, cujus qui κήρυξ ὁμολογητῆς, οὗ
quantique labores, accer- ὄσα καὶ ἤλικα τὰ ἑπαθλα.
tamina, audivimus non- καὶ οἱ ἄγῶνες ἐκ τικροῦ
nihil. Quos imitati ἠκούσαμεν, οὓς καὶ ἡμεῖς
μιμούμενοι, etc.

et nos fratres exercitationem hanc nostram, oppugnationem, qua affecti sumus, omneque vitæ institutum teneamus. strenue currentes; sin corruamus, ocius surgentes, victo perduelle diabolo, ut cum sanctis omnibus palmam nos quoque probitatis feramus per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXI.

Ante obitum sancti Patris Theodori. De judicio futuro, ac quemadmodum præsens oppugnatio aliis materia fit virtutis, altis scelerum.

C Fratres Patresque, Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, cum ægrotavi, tum præ- ἡσθένησα, καὶ πάλιν εὐ-
cibus vestris rureum con- χαῖς ὑμῶν ἀνακέκλημαι.
valui. At quousque in- Ἄλλ' ἕως πότε μέλλομεν
ibimus hoc rursus? sane ἐρχεσθαι ἐπὶ τὸ πάλιν;
veniet omnino dies fata- ἐλεύσεται δὴ πάντως ἡ
lis, cum hoc rursus, ἐπιθανάσιος ἡμέρα, ὅτε
locum non habebit, quæ οὐχ ἔξει χώραν τὸ πάλιν,
sejunctum à vobis hinc χωρίζουσά με ἀπ' ὑμῶν
ableget. Neque ea tamen καὶ παραπέμπουσα ἐκ
viduitas ducenda est: τῶν ἐνθένδε. Οὐ μὴν διὰ
τοῦτο λογιστέον ὄρφανίαν, etc. [FABRIC. *loc. cit.*
284.]

siquidem mendax non est qui dimissurum se viduos negavit ⁴², quin nobiscum futurum omnibus diebus, ad sæculi decursum ⁴³. Tum autem quod mutuo tunc cernemus, atque adeo fas sit dicere, inenarrabili gaudio, vitæque præditi sine fine. Jam quid passus sim in ægritudine nostis, ut frigore correptus sædam succussationem pertuli, inde ardenti febre diem solidum petitus, Ergo in malis positus mecum cogitavi, itan in futuro judicio a Tartari pœnis ad ignis gehennam revolvemur, blinisque fors suppliciis, aut etiam, pluribus miser futurus est obnoxius? certe seu unis, seu binis,

³⁷ Ephes. II. ³⁸ II Cor. v, 20, 21. ³⁹ Joan. I, 12. ⁴⁰ Psal. xxix, 10. ⁴¹ Psal. xxvi, 4. ⁴² Joan. xiv, 18.

ex his vitæ ærumnis conjectandum est intolerabilem fore Dei in noxios iram, ingentique in terrore atque trepidatione ⁴³ [FABRIC. *loc. cit.* 284] teneri, ne in atroces eas pœnas labantur. Enimvero præsens oppugnatio aliis materies accidit virtutis, in qua tanquam lumina per orbem effulsere, vitæ instar habentes, meus, si decendum est, triumphus in Christi diem, quid non egregium exsecuti? ad quam non emendationem progressi? qui tum sese qua tutantur, periculis exerciti, miseriis ut aurum deflagrantes, tum alios asciscunt multisque visi salutiferi sunt, et suæ classis, et extraneis cum quibus sim sane partiaris, ac (si cui probatur mecum collocari) aliis, et iis perpauca, occasio scelerum, qui vitæ dediti licenti, quasque ab obedientia refugi, infamiam in se concivere: ut apposite cum Scriptura loquamur: *Caligat vultus facies eorum sicut fuligo* ⁴⁴: Quos equidem haud abs re in clamarim quoque. Nequam filii, herum reliquitis, vitæ jura monasticæ vertistis, non rite curritis, sed velut claudi divertitis, rapti huc illuc seceditis e comitatu, mulieribus vacatis, alii soli degentes, alii servos insuper parantes, nonnulli vitam obeuntes mercatoriam, præ avaritiæ studio. Non vos terret nec imprecatio vaticina, nec minæ apostolicæ, nec mea nihil cohortatio? Quin, ut intelligo, quidam eorum quoque inita cum puella consuetudine, ad raptum Dei que repudium pedes adornavit. Ain vero, miser atque ærumnose? quoties cecinisti: *Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam* ⁴⁵? ten' inductum prorsus societatem cum serpente coire, qui Evam decepit, unaque decessorem Adamum pomario extrusit? ten' omnino cogitare, cui voto es desponsus virginali, negare Christum, ac peccato cohærescere, unde in orbem nex invasit? Non litteras audis clamantes in eos qui hæc admittant: *Vermis eorum non morietur et ignis non exstinguetur* ⁴⁶ non Apostoli sententiam tenes: *Fornicatores et adulteros judicabit Deus* ⁴⁷? Jam quid peracto scelere offendes? an non tenebras, et qui transadigat cor ense; an non desperationis scrobem, ipsumque qui te in fraudem impulit, urgentem Satanam suspensio mortem quærere, ut olim Judam? Resipisce, tenebrio, fuge diaboli laqueum, perditæ, neu plagis irretitor Orci, unde et Caini hic defungare vita, tremens, gemensque ac notos refugiens, et in futuro sæculo gehennæ igni damnere. Sed qui agam prædictis omnibus infelix uno in loco defluxus? quid aliud quam gemam, ac contristabor, venturi nuntius mucronis? Qui si inaudient; atque aberronea et in perniciem ferente via redibunt, sibi hospites sunt mihi que futuri; sin minus, soli mala exantlabunt, soli quam accendere flamma gradientur, soli exitium perenne luent; Dominica facie ac gloriosa majestate extorres, cum illustris et admirabilis veniet in omnibus, qui prope ejus præceptis sunt

⁴³ Matth. xxviii, 20. ⁴⁴ Thren. iv. ⁴⁵ Psal. cxxxviii, 7, ⁴⁶ Isa. lxvi, 24; Marc. ix, 43. ⁴⁷ Hebr. xiiii, 4. ⁴⁸ Eph. ii, 14-16. ⁴⁹ Psal. cxv, 13. ⁵⁰ Joan. viii, 34.

A grassati, condigna iis præmia daturus? contrariis comparatis in eos pœnis jugibus affectis. Cæterum vos rite obitote, fratres, cohortor, ut ab vobis in improbos quoque virtutis divulgata oratio ad agnitionem eos deducat veritatis, omnibus contenti, omnia credentes, omnia tolerantes, quo cuncti in omnibus Deo placentes, et supplicium fugiamus, et cæleste regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXII.

Ante Christi natalem: De natali Servatoris, adstruere vitæ retinenda monastica.

B Fratres Patresque, jam Dei imminet adventus, lætaque est pro foribus dies: ingens est enim lætitia, qualis in omni memoria accidit nulla, Dei ad nos Filio degresso: qui non per spectra atque signa, ut olim majoribus, cernatur, sed per natalem e Virgine coram spectabilis prodeat in lucem quo ab omni æternitate neque felicius quidquam, neque e cunctis miraculis, quæ ab ævo patravit Deus, mirabilius. Ergo nuntiant arcanum angeli, natumque in terra cælestem stella indicat, ac præcurrunt pastores edicta intuenta salute, præbentque regias magi, et insolens in re insolente carmen decantatur, venerabilem in supremis Deum pacem editum. Testatur id Apostolus in hæc verba: *Ipsæ est pax nostra, qui fecit utraque unum et medium parietem maceris solvens, inimicitias, in sua carne legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso* ⁴⁸. Hæc cum videre cuncti olim vates ac religiosi cupivere, tum nequaquam videre, nisi per fidem, nos et vidimus, et manu tractavimus: uti de verbo scriptum vitali est ac vita apparuit, et adoptionem tulimus. Sed quod Deo hostimentum dabimus pro cunctis beneficiis Pol princeps elocutus David est: *Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo* ⁴⁹. Quamobrem gaudeamus, fratres, quod meruimus nos quoque hostimentum Deo reddere pro cunctis beneficiis.

D Eoquod est autem hostimentum? crucigera, quam intulimus, vita, et confessio, in qua stamus, ac divinæ spe gloriæ triumphamus: quod indubie est martyrium. Id est adeo non in diem feriati, sed in omnem vitam: siquidem qui carne regantur, et flagitiis capiantur, nec feriari possunt, quantumvis feriati videntur, nec liberi sunt; quippe servi vitiorum sub peccatum venundati; nam equidem scriptum est: *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati; servus autem sustinet in domo in æternum, Filius manet in æternum* ⁵⁰. Igitur nos quoque, qui Dei filii gratia vocamur, manebimus in domo in æter-

nam, si quam nacti originem sumus, constantem ad extremum tenebimus.

Quapropter sancto Spiritu firmati, monasticum hoc nostrum institutum tueamur, mutuoque moneamus, ad armoris ac bonorum operum instigationem, obedientiam, humilitatem, mansuetudinem atque cuncta studia præclara, nequaquam a proposito abescentes, quin magis magisque excitati, maxime quod diem imminuentem cernimus: imminet enim Domini dies ingens et illustris, qua omnium iudex patebit, ac cum gloria videbitur, cum qua est Apostolis in divina transfiguratione conspicuus, omneque coactum flumentum judicabit, vis cuique digna factis redditurus. Quem fas est nos quoque cum sanctis universis leni intuentem vultu, ad regnumque cæleste receptantem, qua et benevolentia, misericordia, bonitate, spectare, ætatem laude, et honore, atque cultu, cum Patre, et sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXIII.

De mortis recordatione ac compunctione, habitus putridie memoriæ beati Patris Platonis.

Fratres Patresque, heri memoriam egimus B. Patris Platonis nec indebite, oportet enim spirituales filios Patri, quæ par est, tribuere. Neque id enim vero satis esse ad memoriam ducere, si canamus modo, ac consolatione fruamur corporali; quin spiritualiter quoque gaudere, uti postulat hoc effatum: *Laudando justo populi lætabuntur*⁵¹, scilicet lætitia spiritali et durabili: nam corporalis sensui paulisper adulata, avolat; hæc insatiabilis ac imperdita est. Si quis vestrum lacrymatum est, si quis compunctus, si quis corde contritus, si quis Spiritum attraxit, et a vitiis recessit, vim sententiæ tenet, ac pol novit patris fratrisque memoria perfungi; recordamini enim, fratres, superiorum dierum, quibus præsentem habebamus, et nobiscum obeuntem loquentemque; tum autem nunc contemblemur ubi sit, quibus intersit, cum quibus versetur cum ipse, tum fratrum singuli. An non id cogitanti ac sermone usurpanti, stupor incessit animum? Quin si videtur, et nos ipsos despectemus an non nos quoque paulo post hinc cedemus, et aliis memoria recolemur, quemadmodum nunc decessores recolimus? sane, fratres, hæc in nos comparata vita est, hominesque sumus mortales, qui crastinum ignoremus. Nam quæ est vita nostra Vapor⁵², uti scriptum est, qui aliquantis per conspectus perit; flos vernus, qui mane florens evestigio marcescit⁵³. *Homo sicut fenum dies ejus, tanquam flos agræ sic efflorescit*⁵⁴. Homo vanitati similis factus est, dies ejus sicut umbra prætereunt. *Omnis caro ut fenum, et omnis gloria hominis tanquam flos feni*⁵⁵: *exortus est sol cum ardore, et arefcit fenum et flos ejus decidit, et decor vultus ejus de-*

*perit*⁵⁶. Ita marceri nos quoque hinc abscedemus, de sententia sanctorum: nam eorum sunt quæ memoravimus exempla.

Sed felicem, qui sapit, Deumque requirit, felicem qui se premit quotidie in obedientiæ certaminibus, nequaquam refractarius, aut obmurmurans, quin audiens dicto, ad opera promptus, efficio impiger stimulabilis, benignus, affabilis, comis, ad exitum procinctus: quippe veniet, fratres, veniet finis, nec cunctabitur, veniet terribilis mortis dies, quasi quidam apparitor regius, non deorsum, sed e cælis commeans, et animum compellans, Exi sis, quærit te cunctorum Rex, Deusque. Nos quidem fas sit precibus beati Patris in eam horam instructos reperiri, atque hinc intrepide profectos in perennem vitam commigrare per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac S. Spiritu nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXIV.

Mediis Festis. De ex hac vita decessu regni que requiete cælestis.

Fratres Patresque, en ab anno in annum revolvimur, a tempestate in tempestatem, a festo in festum, neque status est in hac vita, quæ nobis omnibus liquenda est, intrandumque in Dei quietem. *Qui autem ingressus est in requiem ejus, et ipse requievit ab operibus suis, sicut et a suis Deus*⁵⁷, quemadmodum scriptum est. Eoque est autem requies? nimirum cæleste regnum: ad quod instigans Apostolus, ait: *Festinemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum*⁵⁸. Quid sibi volens? Scilicet ut Israelitas recepit Deus introducturum se in promissum solum, cæterum contumacibus, et ab eo aversis nequaquam contigit inire, sic ne nos quidem, minus audientes præceptis, in cæleste regnum intrabimus.

*Quadragesima annis proximus fui generationi huic, et dixi semper, Hi errant corde; ipso vero non cognoverunt vias meas, ego juravi in ira mea si introibunt in requiem meam*⁵⁹: hic non annorum quadragesima agitur mora, sed quantum longissimum est vitæ ejusque spatium: quamobrem si minus operam dabimus ut omnia Dei præcepta exsequamur, affabitur nos quoque, scilicet, Ne meum ineat regnum. Jam illis non ingressis, corruere membra in deserto, at nobis non ingressis, et corpus et anima in ignis gehennam detrudentur: quod eorum gravius supplicio est: Siquidem scriptum est: *Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione, duobus vel tribus testibus, moritur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratiæ contumeliam fecerit*⁶⁰? Sed quænam eis causæ ingressum præcludere?

⁵¹ Prov. xxix, 2. ⁵² Jacob. iv, 14, 15. ⁵³ Psal. lxxxix, 6. ⁵⁴ Psal. cii, 15. ⁵⁵ I Petr. i, 24. ⁵⁶ Jacob. i, 11. ⁵⁷ Ibid. 10. ⁵⁸ Ibid. 11. ⁵⁹ Psal. xciv, 10, 11. ⁶⁰ Hebr. x, 28, 29.

Incredulitas, murmur, obloquium, contradictio, durities, superbia, stuprum: hæc sunt quæ eos perdidere. Igitur hæc nos quoque lethalia vitia ut quam fugiamus, minime diffidentes de Dei promissis, quia credentes quæ sponderit præstare aliam posse, neu murmuramus, neu obloquamur, neu contradicimus, neu obdurescamus, neu superbiamus, potiusque invicem nos benignos ac benevolos præbeamus, alter alteri condonantes, quemadmodum et nobis per Christum condonavit Deus, semper Domini Jesu necem in corpore circumgestantes, ad mortemque pro Christo procincti, assidue reintegrati precibus, supplicio, lacrymis, celestium contemplationum spectaculis: quippe vita hæc defuncti, non, ut illi, terram invadimus manentem melle atque lacte, sed mansuetorum plagam, ubi vitæ et immortalitatis scaturigo est, ubi celestis Jerosolymæ pulchritudo, ubi triumphus atque gaudium, ubi illustratio beatæ ac præpotentis Trinitatis, per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXV.

In divi Basilii memoriam. De virginitate, ac fratris Memnonis ad frugem reditione.

Fratres Patresque, qui in stadio decurrunt, non plus semel per annum decurrunt unoque temporis momento, ac sic abeunt e certamine, seu victores seu victi. Cæterum qui virginitatis quoddam quasi stadium permeant, si non unum diem, quin statim decurrunt, ac post cursum qui obtutus fugiat oculorum, quippe in arenam progressi contra hostes invisos. Ut proculdubio virginitatis maxima perfunctio sit, ceu quæ cæli culmen attingat. Siquidem humana vita in duo tributa, matrimonium ac celibatam illud citimum componit orbem, hic æperum complet; illud præstitutum qui corruptelæ serviat, hic qui immortalitatis resplendeat. Ac quemadmodum si hominem quis cernat alitem, non injuria miretur, ut hæc hominis, hæc angeli gerat faciem, ita sane qui virginitatem exerceat, insolens est hominibus juxta et angelis spectaculum: in carne est ac supra carnem, in mundo ac supra mundum, qua de causa et mundum liquisse dicitur, ut vitæ institutum mundo sublimius amplexus. Ostendunt id adeo hæc Domini in Evangelia verba: *Sunt eunuchi, qui de utero matris sic nati sunt, et sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominibus, et sunt eunuchi, qui seipso castraverunt propter regnum cælorum; qui potest capere, capiat*⁶¹.

Videtur ut hoc vulgo inepax donum est solique tributum qui vitam iniecit crucifixam? Quamobrem lætemur, et inter nos collætemur, fratres, agendis etiam gratis, quod Dei beneficio ad hanc dignitatem sumus vocati, qua illustretur Deus, et homines admiratione educantur. Neque id duntaxat sed quam potest circumspectissime vitam perduca-

mus: nam multi ex hoc culmine tum nunc corruere hi superbia confixi, illi segnes ac inertes: quorum utrovis animo pernicias contrahatur. Quoddam est ergo præsidium? Avi in volatu positum præsidium est, quæ aucupis adventum sentiens, pennis diducit, supervolat, ac capturam effugit; ad eundem modum nos quoque, simul animorum nostrorum captator imminet diabolus, ceu volucres spiritu, a blimi arrepta contemplatione, æpera quæramus, æpera spectemus. Lavorem ille voluptatis subjectat? Nos nobilitatem revereamur animi. Ille noxæ perpetrationem suggerit? Nos iudicii pœnam revolvimus. Atque hæc illis oppositas, et cogitatis cogitata repallentes, ab sacrilego servabimur. Jam quis certaminum linis? Qui carnaliter currant, temporaria corona, nos sempiterna; illi gaudio mortali, nos immortalis triumpho lætamur. Ac nos, fratres, beatos, si æperam, qua præfissi triumphamus, ad extremum constantem retinemus. Igitur instemus, hortor, precibus, supplicio, compunctioni, lacrymis, humilitati, obedientiæ, confessioni, ministerio, cæterisque laboribus monasticis, ac Deo duce contra hostem victoria potiemur. Sed hæc hætenus. Quod proximum est, de fratre Memnone, posteaquam utcumque jam resipuit, amplectendus nobis est, ac longiore tristitia obruat. Quamquam hæc habeo dicere, qui peccatum faciat non servum modo esse peccati⁶², ut fert Domini sententia, sed etiam piis execrabilem, ac fors pudet nos sum vel salutare, ne quid peccato inquinemur. Sed quoniam Dominus noster Jesus Christus nepotem, facultatibus in meretrices profusus, reversum non est averantus, nec nos averemus, lætique fratrem amplexemur, ac grates agentes de emendatione gratulemur, eique quæ in rem sicut poseamus: ita enim quæ jubeamur agentes, ceu Verbi discipuli, cæleste regnum eriscemur per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXVI.

In luminibus. Ad constantiam in confessione obeunda deque fratre Theotuli decessu, dictus mediis festis.

Fratres Patresque, superioribus annis feriati, nondum ferias ul nunc temporis Domino Deo nostro peregrimus, scilicet in æda sacra, ac fratrum majore eamptio: videtis enim et frequentiores eboros, et plures mensas, idque, qui in alieno solo degamus. In quo est cur gaudeamus, ac tremamus quoque; illud, qui Dei promissorum fruamur eventu; hoc, qui indigni simus accipere, ne immemores honorum, beneficium provocemus suum nostri procuracionem claudere; nam equitatem si beneficia memores tenemus, timide sum et formidolose colentes, etiam etiamque confirmat Deus nec defectum iri farinae capedinem, nec

⁶¹ Matth. xix, 12. ⁶² Joann. viii, 34.

minutum olei ampullam ⁶³. De cætero spectate, fratres, ut feriæ decedunt, celebritates solvuntur, dies prætermeant, atque hinc quilibet abimus: jam obiit et frater Theodolus, atque hic e primis, et obedientia spectatus, et in confessione constans, flagris ob Christum, ac carcere multatus, vitæque in persecutione defunctus: quo quid illustrius? ut nostros fratres (siquidem ad centum et amplius crescit numerus), stellarum instar fulgentes, in quæ abjecti loca sunt, indidem sacra sua corpora tum cœvis, tum posteris ad orthodoxiæ testimonium reliquissæ.

Neque solum de hac nostra tanquam republica loquor, sed etiam qui ex aliis contuberniis ad necem petiti decessere: nam pol eos haud accensam, qui ante oppugnationem sedatam ad monasteria revertere, quasi quidam desertores milites: quippe scriptum est: *Pax, et non erat pax* ⁶⁴; et *Ubi te inveniam, illic te judicabo* ⁶⁵. Ergo hic ingens est Dei Ecclesiæ tibicen, tantam habuisse nubem martyrum pro Domini nostri Jesu Christi, Deipare, omniumque imagine sanctorum adoranda. Quamobrem ut pignus aliud nullum suppetat, id usam satis est cordatis probandæ veritati.

Quapropter hostes pudeat, qui diversam opinionem sunt secuti: etenim quis (malum!) qui eorum religionem propugnaret, ærumnas eas suscipit? Minime vero, quin velut noctivagæ animantes in nocte hæresis volant, ac præsidunt, at lucescente die, ortoque Lucifero orthodoxiæ, abdunt se in cavernas sacrilegæ suæ mentis et ingenii, Sed mirum ignis sui luce, et quam accendere, flamma grassantur: nos, fratres charissimi, a Deo constructi super opostolorum vatumque ac diviorum Patrum fundamento, firmi consistamus, nullique in posterum humanis terriculamentis præfracti.

Ceterum infracti simus, si ex Apostoli præcepto, aurum, argentum, pretiosos lapides superstruimus, non ligna, fenum, stipulam, ignis formam ⁶⁶: nam sic stabilitum nihil est quod demovere in Deum fiduciam queat. Ac revereamur, fratres, et festi quod obiimus arcanum. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum* ⁶⁷, uti scriptum est: itaque ne simus ultra maledicti, Christus nos in suo sanguine lavit per regenerationis lavacrum, ac renovationem spiritus, ne ad fœda facinora, detestati, redeamus. His minus, apparitionis suæ die (crediderim) nos affabitur in hæc verba: Equidem concorpores ac conformes vos reddidi, et mea membra meretricis membra effecistis; a peccatis ablui, macula nulla, est ruga, aut simili quoquam præditos, et vitiorum pœdorem redamplexi, scelereum fuligine sordetis; animam beata luce, sanctum largitus Spiritum, replevi, et mentem redhibuistis sedem grassatricibus noxis; hæredes designavi æterno-

rum honorum et perduellem meum cohæredem cœpietis. Quod superest, abite, detestabiles, in ignem perpetem, diabolo ejusque satellitibus paratum ⁶⁸. Sed nequaquam, fratres diram eam vocem, ac atrocem stomachum sentiamus, quin omni ope conemur vitam anteactis, consentaneam ducere, puritatem complexi, lacrymas profudentes, animi tanquam stimulis scatentes, quæ in manibus sint officia peragentes, solliciti in opere divino noctu et interdiu excubantes, ne qua illapsus hostis animum negligentem trucidet: nam utinam vel vigilantes droconem fugiamus, tantum abest ut paulum dormitantes! Socors labilisque natura est, dicet quispiam. Fateor equidem quoque uti in eandem sim conscriptus; sed quoties id accidit, toties expeditior confessio, pœnitudo, contritio cordis, ad frugem reditio, in antiquum statum revertendi celeritas. Atque his quotidie perfuncti, cum voti compotes flamus, tum, optanda voce audienda, regnum ineamus divinum per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXVII.

Post lumina. Nequaquam feriandum crapula atque poculis, deque recordatione mortis.

Fratres Patresque, jam feriæ transiere, cum Natalis tum Epiphania, quas et agere meruimus in hac ora id quod molestum non est, quin in primis perjucundum, quod ejus gratia, qui se inanivit, ærvice formam suscepit nostrapte causa ⁶⁹, extorres capite ac fortunis oppugnamur. Nam quid aliud est feriari quam Deo cohærescere? Cohærescit autem quis Deo vel maxime rerum quæ materiæ tenentur fuga, atque hujus mundi repudio. Jam quid de iis dicemus qui in desertis et antris, atque montibus ac terræ cavernis victitant? minime eos feriari? At præ aliis feriantur, in quiete positi ac pol sublimius et divinius, siquidem qui feriari ducant in deliciis, crapula, comensationibus, poculis, sibi se fraudem struere ignorant. Quos et dēplorant sacræ Litteræ in hæc verba: *Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda vestra, ut in die occisionis* ⁷⁰: similes sunt enim porcis ad lanienam comparatis, quorum deus ingluvies, et in infamia triumphus. Quamobrem verius penes nos est feriari, si attendimus, dignamque voto ac Christi confessione vitam ducimus. Equidem videmur fratres, ut dies præterequent, tempusque rotæ instar volutum hos adducat per ortum, illos abducat per mortem, ætate non una et æquali; quin senes ante juvenes, et juvenes ante senes, parentes ante liberos, ac liberos, ante parentes, omne caput promiscue, Deo sic procurante, quo ob incertitudinem mortis cunctis instrueremur ad iter. Itaque vigilemus, et animum arrigamus, ne mors ingruens repente minus paratos offendant, frustra que

⁶³ III Reg. xvii, 12. ⁶⁴ Jerem. vi, 14. ⁶⁵ Ezech. vii, 3. ⁶⁶ I Cor. iii, 12. ⁶⁷ Galat. iii, 13. ⁶⁸ Matth. xxv, 41. ⁶⁹ Philipp. ii, 7. ⁷⁰ Jac. v, 5.

ac sine ulla penitentia ducamur. Nescitis ut superioribus diebus subito in valetudinem incidi, nec longe absfuit quin anima hæc in inferno habitaret. Etsi in præsens vero convalui, non omnino in posterum tamen, quin necesse est jam inde senem vobis abscedere, atque ad patres fratresque proficiam: tantum precamini ut probe conscius vitæque obita inculpata. Igitur adhuc doloribus distentus, cogitabundus mecum sic loquebar: Si hic tantus labor est, quantum imminenti iudicii futurus? ac si tres quatuorve dies ærummas non perpetimur, qui perenne supplicium feramus? Hæc cum vobis consulam quoque meditari, et revolvere, tum circumspicere degere, quod ad hominem attinet externum, cum omni probitate, humilitate, laborum contentione, tolerantia; quod ad internum, quam aratissime animum servare, neu veteratorem sinere serpentum, draconem illum grandem, insurrare, et in nos insillire, neu Dei famem sedem comparare vittorum, quin puros præbere Deo, atque hinc vitam agere beatam atiam ante futuram. Nam quid beatus quam puro et insonte animo præstando pacem cum Deo agitare? quod nequaquam fiat nisi præcedant labor, preces, lacrymæ, compunctio, aacritas, fervor spiritus: siquidem neque his instructos capture hostis cessat, bellumque implacabile condare. Atque id faciet, qui in celos tendentes cernat. Sed profecto haud sunt pares huius temporis ærummæ ei qui in nos ostenditur gloriæ. Quare cunctis contractis copiis atque viribus, qui in spe fideque sitæ, profigere bellum et vafriam dæmonis dissolvere certemus, imitati in stadio currentes, qui tanta contentione confidunt, ut in extremo cursu anhelent, ac vix spiritum trahant. Atque his diurnus interim cursus et mortalis proposita corona est, nobis quandiu vivamus, eaque de causa et corona immortalis quaeritur, et præmium perpetuum, quod, et peracto fortiter cursu assequi omnes contingat per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria, et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXVIII.

De Patrum imitandis vitis, manendoque in quo vocati divinitus sumus.

Fratres Patresque, lectione Patrum vitas recollentes, stupemus, nec immerito: stupendi enim sunt, qui hæc præditi carne, angelica quadam vita obœunda, omniqve vitio soluti, Deo complacuerint. Quanquam non stupere convenit solum, quin debita quoque imitemur necesse est; hoc est, subditus subditum, quietus quietum, solitudinarius solitudinarius, præfectus præfectum: nam qui fructus sit nequaquam sœ tanquam classis, sed alienum sequi et effingere? hinc præterquam quod fructum facias nullum, in exploratam perniciem ferare; hinc multi contubernalis sui peregrinandi, si diis placet, studio relictis, gradu cecidere, nec que

Ambirent tulere. Atque ut omittam veteres historias, intra ætatem nostram exigamus sermonem. Ecquid Paaltherio, qui dicebatur, profuit ad stylo perfectio? an non reductus inde est mente captus ac jam nec subditus -i. nec stylita? Quid Saprizæ idem contulit stylus? an non degressus inde est ob orthodoxiam, lapsusque in hæresim, proditor factus veritatis, ac nunc oppugnator est acerrimus? Sed nostram rempublicam inspeclemus quoque. An non Petrus, qui jam olim probe subditum gessisset, pietatis causa, scilicet, in solitudinem discessit? unde cujusmodi sit reverens, quemve dederit nom. scitis qui experti estis. An non et Amphilocheus, qui adhuc superest, atylita in primis, ac deinde factus Clusius, nunc indecore huc illoc palatur? neque hæc diaboli est aliena subijcere, quo suis privet et expoliet. Quapropter clamat Apostolus, *Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc in permaneat quod Deus dedit*. Vocatus es qui te dederis quieti? ne cura subditum. Vocatus es qui subditum gereres? ne cura quietum. In quam quisque classem est conscriptus, heo placeto: habet utervis exempla sua, ad que necesse est vitam componat. Itaque tu sequere obedientia prælustres: quos? inquam. Non priscos tantummodo sanctos, quin nostri quoque cœtus: imitare beatum Domitianum, cujus fervida fides; imitare beatum Zosimum, sine furo marigerum: imitare beatum Marcum, qui probis ac contumellis pro bono omine ducta, constans in habitu suo pertransiit: imitare beatum Terentium, qui complures annos ægris in coquina famulatus, non tædio fractus claudicavit, sed invitatus quoque ut inde se conferret, haud induxit animum, maleone divexari ministerio; imitare cæteros fratres, per multos, et obedientia insignes, quorum sunt in vitæ libro nomina: hos imitare, non solitudinaria. Igitur solitudinem montesque Pater Joannicus cum subditis habeto, tu tene te, obedientia et alieno solo contentus. Non oppugnetur nunc ille, tu oppugnare ob justitiam: ille in carcerem non compingitur, tu pro Domino in carcerem es compactus; non creditur ille, tu cœsus es propter Christum: quanto hæc illis antistant? Ac dicam equidem et de me quiddam inglorius, posteaquam vobis indigne caput sum impositus. Ecquid deseram præfecturam et in solitudinem concedam, aut aliam ullam que se offeret vitam? At non id capitis est neque pastoris, quem par est pro ovibus vitam impondere. Quare nec vos aliud quam quod estis meditari ac moliri decet: quippe hinc sterilitas, et propositæ dissidentia vitæ, illinc obedientia, quam requirimus, fecunditas manat. Quamobrem ut cuique largitus Deus est, qualem quemque vocavit, sic obito, sic vitam instituito, sic Deo placeto, quo audire mereatur: *Euge, serve bone et fidelis: super pauca fuisti fidelis super multa te consti-*

1 Cor. vii, 24.

tuam, intra in gaudium Domini tui ⁷²; cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXIX.

In Patrum vitas. Sanctorum nobis Patrum vitas imitandas.

Fratres Patresque, nihil est vel felicius nostrate vita, vel instituto sublimius, si quales nominamur vivimus, nec nomenclaturæ contrariam vitam degimus. Monachus est enim qui in unum contuetur Deum, unum desiderans, uni imminens, unum procurare satagens, pacem et sibi cum Deo molitus, et aliis auctor quoque: at qui hæc minime teneat, contraque æmulatione, rixis, dissidio ducatur, næ is cæcus est, et manu tentans (7), uti scriptum est, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum ⁷³. Quæ cur dixerim scitis qui obnixii estis. Nec dico equidem quo iterum contristem, quin ut in posterum communiam, ne in eadem crimina ruatis. Patrum memoria exulabat detractio, et detrahentes audiens vel obturbat aures, vel bono commutabat; nunc facile callentis aures prebemus, tamque avidè inaudimus, quam non lectionem usurpari audiamus. Patrum tempestate nihil sequius dicebatur, quin benigne modesteque; nunc clamose, iracunde, vultu (8) distorto: quo quid inhonestius? Patrum state non agitabatur murmur, sed quod daretur quisque capiebat cum gratiarum actione, ut hinc tunc essent amara, oblectarent inamœna; nunc murmuramus, hæc illaque causantes, neque id nobiscum, sed in publico, quo plures paremus qui commurmurent, ac Deum gravius irriteremus.

Non hæc, fratres, sic fas fieri est, nec monasticæ vitæ hæc insignia sunt. Haud exiguum crimen maledicere est. Siquidem, *Maledici*, inquit, *Dei regnum non possidebunt* ⁷⁴. Nec leve peccatum murmurare: nam, *Nec murmuraveritis*, ait *sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore* ⁷⁵. Quin nec minimum futire scelus; quippe existat hæc sententia: *Omnis sermo malus* (8) *ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus, ad ædificationem frugi* (9); *et utilis, ut det gratiam, audientibus et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis* ⁷⁶. Non comminationem sentitis. Dei nos provocare spiritum futientes? non timemus, rationem vel otiosi verbuli daturi in iudicio, uti Dominus interminat? Cur non igitur deinceps arrigimus animum cur non apparamur, qui ad ingruentia prociuncti offendamur? Injariam seneisti? fer æquo animo contumeliam, in te opprobrium suffocans; nam, *Turbatus sum*, inquit, *et non sum locutus* ⁷⁷; ita

⁷² Matth. xxv, 21. ⁷³ II Pet. i, 9. ⁷⁴ I Cor. vi, 9. ⁷⁵ I Petr., ii, 13. ⁷⁶ Joan. iii, 16. ⁷⁷ Apoc. i, 6.

(7) Hallucinatur: nam Græce est *αποπιάζω*.

(8) *Διαστρέφει πρόσωπον* erat in Græco; emendatur *διαστρέφει*.

(8) Putidus.

A evanuerit injuria, tuaque perpes maneat virtus. Vescum quid, potumve secus quam velles accepisti? gratulare de præsentibus: siquidem quod tu aversare sæpe, habens pro malo, vel degustare optent allii. Ac ni hæc adsint, quo obedientiam censemus: quidve hac gloriamur? neque enim vel continentia, vel pervigilio, vel sollicitudine, vel alio quoquam labore commendatio quaeritur, quanta voluntatis coercitione, quasque martyrii cujusdam cœnobiaci representatione certaminis: *Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum, simulationes et invidias et omnes detractiones*, ut Apostolorum jubet coryphæus, *sicut modo geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscamus, ut in eo crescamus, si tamen gustavimus quoniam dulcis* (10) *est Dominus* ⁷⁸, vitæque desiderio teneamur sempiternæ; neu admoneri detrectemus, nec defatiscamus assidue nos a lapsu revocantes. Qua insignes adorea, immortalitate donabimur per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XL.

In Patrum vitas. De vita obeunda novitia, ut sacro habitu simus professi.

Fratres Patresque, quemadmodum esurientes cibum capere, ac sitientes hibere avemus, sic divini audiendi sermonis desiderio teneamur oportet: nam quæstum faciemus audiendo maximum, qui seu ignavi simus, ignaviam ponamus, seu prompti, promptiores reddamur: ut prober es habeat utriusvis. Ecquis igitur præsens futurus sermo est? *Sic Deus dilexit mundum, inquit, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam* ⁷⁹.

Neque hoc, dedit modo, sed ad mortem quoque, et eam crucis. Quo pacto? Servi diabolo ob Adami noxam tenebamur, morti regnabamur, sub peccatum venundati, obnixii corruptelæ, et tanquam dedititii. Ergo venit unigena Dei Filius, pro omnibus se impendens, qui non solum mortis obligatione solutos, sed a peccatis ablutos quoque in suo sanguine, regnum, atque sacerdotes Deo, et Patri suo fecit, uti scriptum est ⁸⁰. Viden' acrem præpotentis amorem? viden' humanitate clementiam majorem? Quam inexplorata benignitas? quam impervestigabilis bonitas, quam in nos effudit copiosam per Jesum Christum Servatorem? Quid nos tandem ad hæc nauci dicamus, quidve cogitemus? iterumne ultro in vitia feramur, servitute ambiamus, infamiam, corruptelam, supplicium asciscamus? *Absit*, ait Apostolus, *qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in*

⁷⁸ I Cor. x, 10. ⁷⁹ Ephes. iv, 30. ⁸⁰ Psal. lxxxvi, 5.

⁷⁹ *Χερίζε*, auctor et vulgati cod. habent. Vet. interpr. *fidei veritas*, aliam lectionem secutus.

(10) *Incrupte* erat in nostro *χρ.* nam verum est *χρηστός*.

illo? An ignoratis, qui quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? consepulti ergo sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus ⁸¹.

Itaque vitam, fratres, obeamus novitiam, uti et habitu sumus professi, justii, pique vivamus, quemadmodum sanctos decet, pœce ac concordia præditi, augusti, circumspecti, insontes, sine vitiiis, qui non uti olim in errore, fraudibus ducamur, dum præsumptionem fugiamus, ut ignem, super fidei rupe nostræ defixi: nam hoc novitas est. Quæ antiquitas? Voluptas, qua capti decessor Adamus, pomario extorris, flebilem subiit vitam; invidia, qua Cainus æstuans, Abelem germanum ob prærogativam munerum peremit: ex quo tremens gemensque pervixit. Ex his geminis sceleribus mille mala inhæere mundo, hinc diluvium, quod orbis terrarum stirpem interfectione delevit, hinc Sodomam et Gomorrhæa igne atque sulphure cinefactæ.

SERMO XLI.

De Patrum contemplanda vita, æmulandis eorum recte factis.

Fratres Patresque, per hos dies sanctorum vitas Patrum legentes dici non potest quem fructum capiamus, quove gaudio fruamur. Cedo enim, quid sit jucundius quam eorum contemplari immortales actiones, miracula, contra dæmones victorias? Ut lapides ipsi, medius fidius, sentire mihi fructum videantur: quanto homines magis in quibus inest ratio, et ingenium? Ergo hinc illustratur mens humana, cæco quasi quodam carnis sensa deposito, hinc animus stimulat, ad amorem divinum plumescens. Atque tu verius dicam, ii sunt Dei in Eden pomarium, non materiatis stirpibus, sed spiritus tanquam fructibus pictum et ornatum, ubi fragrat vitalis odor, ubi serpens non vulnus intulit, sed accepit, non exegit, sed ut, par erat, proscriptus est. Jam cum hæc Domini sit sententia: *Regnum celorum intra vos est* ⁸², non erraverit qui cœleste regnum eos nuncupet, in quibus benignus residens Deus, ceu rex quidam munificus, donativa tribuat in sævos. Quid deinceps mihi cum his devexis regiis, levi gloria, ventreque peritior? quid cum auro, argento, pellucidis vestibus, et quæ alia sunt tineæ pabula? quid cum plausu, susurris, ac inani sursum deorsum vectationis studio? Equidem nec digna sunt comparatione, nisi quæ est lucis cum tenebris, vitæ cum morte, veritatis cum insomniis. Quæ cum ita sint, fratres, gaudium agitemus ingens et illustre, qui potiore nacti partem, tanti stirpe generis censeamur selecti, ac nobilitate fulgidi divina. Quin æmuli quoque efflu-

⁸¹ Rom. vi, 2-4. ⁸² Luc, xvii, 21.

(10^a) Catechesis hæc xxxvii^a est in cod. 81 apud Nanios, p. 164, ubi primus titulus ista se habet: Εἰς τοὺς βίους τῶν Πατέρων.

exemplum sunt nobis. Videtis quid admiserit peccatum appetitus oculorum, ac impotentia vitæ? Sed tamen ut prædictum est, Dei misericordia revocati et asserti, in adoptionem rediimus. Itaque consistamus in libertate in quam nos Christus vindicavit, ac qua ab eo cohonestati sumus gloriam tueamur, cuncta hæc inania respuentes, cuncta ob Christum in secundis habentes, seu infamiam pro honore, seu afflictationem pro triumpho, seu verbera pro deliciis, seu oppugnationem pro beatitudine, seu mortem pro vita ducentes, quemadmodum et protulere, quos hodie recolimus, SS. Patres fratresque nostri, quorum sunt in vitæ libro nomina. Quo nos quoque in eundo vitæ instituto, cum hic tanquam luminaria apparebimus in orbem, vitæ instar habentes, tum in futuro sæculo cœlesti regnum eroiscemur per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper in omnemque perpetuitatem. Amen.

ΛΟΓΟΣ ΜΑ'.

Περὶ τοῦ ἀναθεωρεῖν ἡμᾶς τοὺς βίους τῶν Πατέρων· πρὸς τὸ ζηλοῦν τὰ τεύτων κατορθώματα (10^a).

Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες· ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις ἐπειδὴ ἀναγινώσκομεν τοὺς βίους τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν, ὅσης ὠφελείας ἀπολαύομεν, καὶ ὀπόσης εὐφροσύνης μεταλαμβάνομεν, οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν· τί γὰρ γλυκύτερον, εἰπέ μοι, τοῦ ἀναθεωρεῖν τὰς τοῦτων ἀθανάτους πράξεις, τὰ τε θαύματα, καὶ τὰ κατὰ τῶν δαιμόνων νικητήρια; Ἐμοὶ δοκεῖ λίθους ἐπισιθάνεσθαι τῆς ὠφελείας, μὴ διὰ γε λογικῶν ἀνθρωπῶν. Ἐντεῦθεν οὖν φωτίζεται νοῦς ἀνθρώπου, ἀποτιθέμενος τὸ τῆς σαρκὸς ζοφῶδες φρόνημα· ἐντεῦθεν κατανώσεται ψυχὴ, ἀναπτρουμένη πρὸς θεῖον ἔρωτα. Καὶ εἰ δεῖ τάληθστερον εἰπεῖν· οὗτοί εἰσιν ὁ ἐν Ἐδέμ παράδεισος τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐνύλοις φυτοῖς, ἀλλὰ τοῖς καρποῖς τοῦ πνεύματος ποικιλόμενός τε καὶ ὠραῖζόμενος, ἐνθα πνοῇ ζωῆς εὐωδιάζουσα· καὶ οὐ ὄφις οὐκ ἔτρωσεν, ἀλλ' ἐτρώθη· οὔτε ἔξισεν, ἀλλ' ἐξωστρακίσθη, ὡσπερ ἦν ἄξιον· καὶ εἰ κατὰ τὸν λόγον Κυρίου, « Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστίν, » οὐκ ἂν τις ἀμάρτοι καὶ βασιλείαν οὐρανῶν αὐτοὺς ἀποκαλέσας· ἐν οἷς ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἡμῶν ἀναπαυσάμενος, οἷά τις βασιλεὺς φιλόδωρος, τοῖς ἑαυτοῦ θεράπουσι διανέμει τὰ χαρίσματα. Τί μοι λοιπὸν πρὸς ταῦτα τὰ κάτω βασίλεια, καὶ τὸ κενὸν δοξάριον, καὶ ἡ καταργουμένη κριλία; τί δὲ ὁ χρυσὸς καὶ ὁ ἄργυρος, καὶ τὰ διαφανῆ περιβλήματα, καὶ ὅσα ἄλλα σηγτός ἐστι δαπανήματα; τί δὲ ὁ κρότος καὶ ὁ θόρυβος, καὶ τῆς ἄνω καὶ κάτω περιφορᾶς ἡ ματαιοπονία; ἄρα οὐδὲ παραβολῆς εἰσιν ἄξια, ἢ ἕσον φῶς πρὸς σκότος, καὶ ζωὴ πρὸς θάνατον, καὶ ἀλήθεια πρὸς ὄνειρατα. Οὐκοῦν ἐπεὶ ταῦτα οὕτως ἔχει, χαί-

ρωμεν, ἀδελφοί, χαρᾶ πνευλαλήτω, καὶ δεδοξαμένη·
 εἶ: τῆς κρεῖττονος μοιρᾶς ἐτύχομεν· καὶ ὅτι τοιοῦ-
 του γένους σκέρμα χρηματίζομεν· γένους τοῦ ἐκ-
 λεκτοῦ καὶ τῆ θεῆς εὐγενείᾳ ὑπαραστράπτοντος· οὐ
 μὴν ἀλλὰ καὶ ζηλοτυποῦμεν καθ' ὅσον οἶόν τε τὰ
 ἐκείνων κατορθώματα· ὡς ἂν μὴ κενὸν ὄνομα φέ-
 ρομεν· μόρφωσιν μὲν εὐσεβείας ἔχοντες· τὴν δὲ δύ-
 ναμιν αὐτῆς ἠρημένοι· Τοιγαροῦν ὡσπερ ἐν ἰατρείᾳ
 εἶ: ἕκαστος πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν τὸ φάρμακον
 ἐλάγεται, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἡμεῖς, πρὸς τοὺς
 ἁμαρτανεῖς ἀποδλέποντες, ἐντεῦθεν ποριζώμεθα ἕκα-
 πτας τὸ ἀφέλιμον. Τοῖνον ἐγὼ ὁ ἀναξιος, πρὸς τοὺς
 ἐξιοθείως ποιμάναντας· ὁ οἰκονόμος πρὸς τοὺς πιστώ-
 κα: φρονίμως οἰκονομήσαντας· ὁ κελλαρίτης, πρὸς
 τοὺς εὐδιακρίτως καὶ εὐσυνειδότης κελλαρεύσαντας·
 οὕτως ὁ κανονάρχος καὶ ξενοδόκος· οὕτως ὁ ὄψοποιός
 κα: ὁ ἀριστητάριος· οὕτως ἕκαστος ἐν τῇ ἐκείστῃ
 ἐκονίᾳ ταττόμενος· Ἐχομεν γὰρ, εἰ βουλοίμεθα, τὰ
 παραδείγματα, μῆτις οὖν ἐπὶ πάσῃ παρακοῇ, ἀλλ' ἐκ
 τῆς κλήσεως ἡ ἀπάντησις· τὸ γὰρ λέγειν· Μι-
 κρὸν καὶ πάρειμι· καὶ τοῦτο ἐπὶ τοῦ οἰκονόμου, τῶν
 ὑπαθύνων τέ ἐστι καὶ κατακρίτων· μῆτις παρατή-
 ρις διακονίας· ἀλλὰ μέχρι θανάτου ἡ εὐπέθεια·
 τοῦτο γὰρ ἡ μοναχικὴ τελειότης· μῆτις μεμψίμοιρος,
 τὸν τῆδε τρόπον κατατιώμενος, ὡς οὐκ ἔχοντα τοῦτο
 κλεινο· Ὁ γὰρ τοιοῦτος ὑπόδικός ἐστι τῷ κρίματι
 τῶν γογγυσάντων ἐν τῇ ἐρήμῳ· ὦν ἐξαισιος ὁ ὄλε-
 θρος· ἀλλὰ τινες ταῦτα, οἱ ἀπαίδευτοι, οἱ ἀκαρτέρη-
 τε, καὶ ταῖς φρεσὶ νηπιάζοντες, οἷς τὸ ἀναπνεῖν τὸν
 ἕρα οὐκ ἔξιον, μὴ ὅτιγε τοσοῦτων ἀπολαύειν ἀναπαύσεων.
 Πλὴν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἡμῶν καὶ τοὺς ἄφρονες
 εὐφρονήσεις, καὶ τοὺς πεπαιδευμένους ἔτι συνετίσεις, καὶ
 πάντας σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν
 ἐκπαράνιον· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, φῆ ἡ δόξα καὶ
 τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύ-
 ματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων.
 Ἀμήν.

SERMO XLII.

In Chrysostomi ac S. Ephraemi memoriam. Nihil
 beatum in humanis præter virtutem, quæ sola
 beatitudinis digna est.

Frates Patresque, hominum plerique opes, ple-
 rique potentiam, plerique delicias, plerique volu-
 ptatem beatam prædicant. Quorum beatum est ni-
 hil: quidem haud permanent æterna, sed cum
 ævo hæc intereunt. Quin multis ne hic quidem
 sufficere, visaque sunt simul, et instar somnii pos-
 sessorem fugere. Sola digna est beatitudine virtus,
 quæ et immortalis habeatur et se obtinentes beatos
 præbeat.

Nam obeamus animo quot ab ævo præpotentes
 ac delicatuli fuere, quorum nullius exstet cum
 laude memoria: cæterum virtute præditorum in-
 exstincta gloria est. Evidens id est ex iis quæ acti-
 temus: heri beatum Chrysostomum celebravimus:
 hodie prælustrem Ephræmum, cras alium e san-
 ctis, ac sic in annum ceu luminaria coorti sub fe-
 sta, in laudes ora omnium eolvunt, nostrisque ad
 Deum grossibus prælucent. Vera hæc igitur sacra
 sententia est: Quos præscivit, et prædestinavit con-
 formes fieri imaginis Filii sui, ut ipse sit primoge-

A gamus eorum, quantum possumus, recte facta, ne
 cassum nomen geramus, deformatione præditi pieta-
 tis, vim et potestatem negantes. Igitur ut in officina
 suis quisque morbis medicinam deligit, ita sane et
 nos in suos singuli tanquam gentiles intuentes quæ-
 stum inde contrahamus. Ego hic indignus in Dei
 instar pastores, œconomus in œconomia fideliter
 prudenterque functos, promus-condus in eos qui
 discrete ac sincere id exsecuti sunt munus:
 ad eumdem modum canonarcha, hospes, obsco-
 nator, structor, singuli in singula officia des-
 cripti. Exempla quidem certe, si volumus, habe-
 mus. Ergo ne qua in quoquam contumacia est quin
 ad primam inclamationem accurrito (quippe dicere:
 Mane venio, præsertim œconomus, non ca-
 ret culpa et flagitio), ne qua officii detrectatio,
 sed vel in necem sequacitas (id est enim mona-
 stica perfectio), ne quis querulus locum hunc in-
 cuset, ut hæc illaque non habentem. Nam hic cri-
 mine tenetureorum, qui in solitudine murmu-
 rantes fœde periere⁸³. At ea quinam? inducti, im-
 patientes, mente pueri, indigni qui vel æerem du-
 cant: tantum abest ut his commodis fruantur.
 Verum clemens Deus tum erudiat amentes, tum
 augeat prudentia catos, omnesque in suum celeste
 regnum conservet per Christum Jesum Dominum no-
 strum: cui gloria et imperium cum Patre ac Sancto
 Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetui-
 tatem. Amen.

C nitus in multis fratribus; quos autem prædestina-
 vit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et iustifica-
 vit; quos autem iustificavit, illos glorificavit⁸⁴.
 Quid ergo ad hæc dicimus? num vocationis ejus et
 honoris sumus exsortes? Nequaquam: quin est et
 nihil nobis cum cruciigera vita, tum beatitudinis ho-
 norarium: quippe obimus in hanc horam pro Chri-
 sto discrimen, præter superiores egregie confes-
 sionis triumphos. O admirandam virtutem! qualla
 suis cultoribus largitur? Atque hæc indidem sane:
 quid vero in futuro sæculo? Eoquæ eam beatitudi-
 nem et adoream exsequatur oratio? de qua ait
 Dominus: Tunc iusti fulgebunt sicut sol⁸⁵; nam
 quia is sol iustitiæ est, justos quoque, ceu sibi
 conformes, instar solis micaturos promisit. Si tamen
 compatimur, inquit, ut conglorificemur⁸⁶; idem-
 que alibi: Pater, quos dedisti mihi volo ut ubi sum
 ego et illi sint mecum, ut videant claritatem meam,
 quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitu-
 tionem mundi⁸⁷. Videtin' quo abibimus? Ubi Chri-
 stus est, ad Dei dextram considens, ubi gaudium
 et ovatio, ubi angelorum tripudia, ac cætus eorum
 qui in cælos principes sunt conscripti, ubi gentiles
 nostri fratres patresque, eo mox abeundum, gavi-

⁸³ Num. xvi, 1. ⁸⁴ Rom. viii, 30. ⁸⁵ Matth. xiii, 43. ⁸⁶ Rom. viii, 17. ⁸⁷ Joan. xvii, 24.

suris in eo, qui in virtute sua dominatur in æternum, uti canit beatus David⁸⁸, non centenis, nec millenariis annis, sed perpetuis sæculis, ac finem non habentibus. Ad hæc quis idoneus? Quis? qui diem omnem, horamque vigilat intentus, ne animo dormitet: nam dormitabundis, ceu feræ ingruunt vitia, et animum prensant. Cæterum quandiu pro statione excuhemus, non prædatur latro, nec serpens rapit. Quamobrem vigilandum est, ac quæ dixi contemplanda, neque non quæ contrariis e contrario condita supplicia aunt, ignis inexstinctus, tenebræ extimæ, vermis immortalis, et quæ aliâ sunt, quo his implexi ac distenti cogitatis, hostiles laqueos evadamus, nulloque contracto crimine hinc profecti, cœleste regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLIII.

In sanctum Antonium, et martyrem Thaddæum. De divina liberalitate, vitæque ineunda Dei illice ac formosa.

Fratres Patresque, semper Dei liberalitate fruente, semper ei quoque agamus gratias oportet, mente fervida, et qua par est acrimonia, quo autiorem ejus benevolentiam paremus. Vide enim sis quale hoc præsens beneficium est: an non Agarenorum metu sedibus extorres, in quo sumus abjecti loco, velut in solitudine, pavit, idque complures dies? an non hic instaurationi fenestram patefecit; ubi sedes augusta, domicilia venusta, atque hic a quo sumus excepti, suffragatur frater? Ut in nos ingens clementis Dei procuratio sit: nam quid fieri oportuit, neque factum est? Sub fugam panes, vina, pisces. cætera necessaria profudit, ac plus necessariis etiam, ut stupori essemus spectantibus. Pro quibus nauci quisque nostrum non damnas modo est agere grates, sed animam quoque in necem dedere: itaque, cohortor, acriorem ejus amorem inflammemus, toti cum eo cohærescamus, vicem gratissimam reddamus (11). Quamnam? vitæ hic institutum quoque venerando ejus nomini gloriosum et illustre, hoc comprobando effato: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est*⁸⁹.

Quin Apostoli hæc alicubi est sententia: *Deo D gratias qui semper triumphat nos in Christo, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt*⁹⁰. Viden' ut Dei fragrantia sit virtute præditus, ubicunque locorum veræetur? neque enim fas et virtutem tegi, quin eam consecutus passim innotescat, scriptumque est: *Non potest civitas abscondi supra montem posita*⁹¹. Ergo civitas est animus, mons culmen

A virtutum: quo qui conscendere, ceu luminaria fulgent in orbem, vitæ instar habentes, mea in Christi diem gloria. Hunc nos, fratres, sacrum montem conscendamus quoque: quem superare nequeamus, ni his inferis primum relictis, id est carnis animique libidinibus, atque hic vitæ perditis voluptatibus, quorum fuga virtutis est assensus. Quamobrem mens februator a sordidis cogitatis, oculus rite intueri eruditor, auris flagitiosæ auditioni clauditor, lingua futire coercetor, manus retrahitor a contrectandis quæ minime decet, pes dirigitur in concordia pacisque viam, cuncta ad ambitionem Christianam membra instituuntor, ac consecrantor: nam ambitiosus vel maxime est Christus animi vitis purgati. Quippe hic inferus præstantem corpore, cœli Rex Deusque, Spiritu scitum legit et amplectitur, quantumvis facie pannosa, cæcum, exuccum, claudum, aliisque cunctis præditum, quæ fœda hominibus apparent. Hinc ignobiles, nobiles, inglorii gloriosi, inopes opulenti; hinc beati apostoli e piscatoribus terrarum orbis principes; hinc sanctus Antonius, qui illiteratus foret, doctis doctior; hinc, ut affiniore utar exemplo. Thaddæus noster e Scythicis natalibus, ac servitutis jugo, uti nostis, ad confessionis Christianæ fastigium evasit, mundoque factus conspicuus est. O infandam clementis Dei humanitatem! quam facilem nobis ad se ingressum præbuit! siquidem non perductor opus est, non pecunia, non humana ulla temeritas, sed adhibenda solum voluntas, omnisque confecta res est; nam penes quemvis, qui quidem velit, bonum est qua parvum. C qua magnum, qua doctum, qua indoctum, quem admodum et penes cernere volentem sole frui. Ergo vis in cœlis præstare? arripe hic extremas. Vis Dei filius vocari? animum a vitiis tranquilla. Vis Dei oculis collustrari? serva justitiam. Cæterum ad hæc quis idoneus? Quis? pernix arripere disciplinam, exsequi justitiam, opes cogere divinas. Sed fas sit et nobis, pari studio vitalibus obitis præceptis, cœleste regnum cum sanctis omnibus inire per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre. ac sancto Spiritu, nunc, et semper in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLIV.

Ne quid in fratres per favorem obeatur, aut ab æconomis, aut quovis alio, in officio sibi credito, sed benevole et amice, quo semper laudetur Deus.

Fratres Patresque, forsan contristavit vos superior catechesis, qua prosoidi frequentes. Quamquam id expedit quoque, nam secundum Deum tristitia gaudium molitur, et benevola verberatio revocat ad officium, atque hoc denique Apostoli dictum probatur, *Per arma justitiæ a dextris et*

⁸⁸ Psal. lxxv, 7. ⁸⁹ Matth. v, 16. ⁹⁰ II Cor. ii, 14.

⁹¹ Matth. v, 14.

(11) Tale aliquid deest in Græco.

a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per A
 infamiam et bonam famam ⁹². utrisque enim
 regimur, ac pati utraque necesse est, neque aut
 frangi laudibus, aut reprehensione concidere.
 Enimvero rursum me ad eundem sermonem
 confero. Quid hoc scilicet? oportere ministran-
 tem, æque ac cui ministretur, sollicitum esse in
 ministerio (œconomum, inquam, vicarium, cella-
 rium, obsonatorem, structorem, et qui alii in
 ministerio positi sunt) ne sub ejus sententiæ
 execrationem cadat: *Maledictus qui facit opera*
Dominici negligenter ⁹³, quin potius hanc Dominicam
 commendationem mereatur: *Quis, putas, est fidelis*
servus, et prudens, quem constituit dominus super
familiam suam, ut det illis cibum in tempore? beatus
ille servus, quem, cum venerit dominus ejus, inve-
nerit sic facientem, amen dico vobis quoniam super
omnia bona sua constituet eum ⁹⁴. Viden' quem,
 quantumque honorem tribuat probe ministranti?
 igitur et maligne ministranti contrarium judicium
 irrogabit. Eam ob rem vos cohortor, fratres, quod
 cuique officium creditum est, integre tustor, unde
 et concelebrat Deum, et salutem sibi quarat.
 (Economus quæ corpus postulat tribuito, suum
 cuique impertiens, non delectu ac per favorem
 quid agens, sed benevole et amice. Cellarius
 videto ut cibos in fratrum commune parat sincero
 instaurationis eorum desiderio, neu quid negle-
 ctum habeat, aut corruptum in cellario. Obso-
 nator conscientiam servato in Jure, ac condimentis, C
 et officium ad Deum referens. Structor mensam
 tergito, et ministrarios urceos, fratribus ceu Deo
 ministrans. Ad eundem mundum alii aliis obeundis
 ministeriis. Neque hæc dico, ut quibus ministratur
 instigem in ministros: quin ut, in quo quisque
 est vocatus, officio satisfaciat, Deum respectans,
 et pro mercedem præstoletur. An non et nauci hic
 pro procuracionem sum sortitus, ac pol maximam?
 Hæc me convenit pro animis vestris sollicite
 vigilem unumquemque et privatim, et publice
 heret. Deique jus, et æquum, ac ingruentem
 macram promulgare, ita vestrum sit quoque
 ministeria impigros obire. At flamus, fratres, magis
 et quæque unum corpus, unaque mens, ut in unam
 spem acciti et vocati, mutuo adamantes, ceu D
 membra membra, mutuo sustinentes, mutuo amplexi,
 membra onera portantes, neu committamus ut mu-
 lando consilio decursum ignave tempus sub exitum
 revocemus, quin simul perpetuo parati procincti,
 in spem arrepti, sinceri, inculpati, ut cum bona
 conscientia hinc profecti celeste regnum nanciscamur
 per Christum Jesum Dominum nostrum: cui
 gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu,
 nunc, et semper; in omnemque perpetuitatem.
 Amen.

SERMO XLV.

*Fratrum tumultuatorum reprehensio, ac monitoria
 de modestia doctrina.*

Fratres Patresque, paulum a vobis peregrinati,
 et iterum reversi, tumultuosos offendimus (nam
 oportet et in publicum patefieri), tantaque inso-
 lentia, ut quidam manus extenderint, ac alter
 alterum atrociter prehensarint, nec citra iram et
 clamorem.

Enimvero de altero minus est novitium, quippe
 laico, ac nondum in hanc civitatem censo; de
 altero impendio mirum, monachum, mundo cruci-
 fixum, carne præditum quasi quibusdam clavis
 suffixa, id flagitium fecisse. Ergon' te, frater, de
 cruce esse degressum? ergon' clavis exsolutum
 Judaice Christo manus intulisse? nam, *Qui fecit,*
inquit, uni ex his fratribus meis minimis, mihi
fecit ⁹⁵. Non te hæc testatum timuisset? Non spe-
 ctatores fratres et hospites refugisse? *Sic luceat,*
ait, lux vestra coram hominibus, ut videant opera
vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in
cælis est ⁹⁶. Tu ei contra hoc tuo scelere tenebras
 effudisti, ut per te Dei nomen contumeliis laceratum
 sit.

Heu me sontem! ad quod vitæ fastigium vocati,
 quo descendimus, pari indignitate vitiosis laicis
 suscepta! Etenim quod ille pugnam coepit,
 inquit. Itane non audisisti herum ministro dicentem,
 qui pugnum ingressisset, *Si male locutus sum,*
testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid
me cædis ⁹⁷? et in patibulo rursum: *Pater, dimitte*
illis peccatum: non enim sciunt quid faciunt ⁹⁸.
 Quod exemplo debebas et opprobriis petitus col-
 laudare, et pulsatus deprecari, et vexatus contu-
 melia blandiri: at ut bonum minime imitatus,
 videsis cujus effectus es simulacrum. Hæccine est
 catecheseon præmonitio? hoc Apostoli scitum,
 et edictum: *Omnis amaritudo, et ira, et indignatio,*
et clamor et blasphemia tollatur a vobis, cum omni
malitia ⁹⁹, ut et manus consereretis, et orines
 carperetis, et alter alteri fauces angeretis? Dei
 quidem calcata lex est, et *argentum nequidquam,*
 ut vaticiniis utar verbis, *argentarius cudit* ¹, frustra-
 que infelix, ac, sine fruge laboro.

Sed tamen nec sic absistam quin meas partes
 exsequar, præsertim nec paucos habens serio au-
 dientes. Unde igitur ei immodestiæ causa? necesse
 est enim crimen non incessere solum, sed etiam
 medicinam ostendere. Sane hæc sons molita con-
 scientia est fastus animi, parva immeditatio: Si id,
 ait, mihi dicet, hoc respondero; si id faciet, par fe-
 cero. Deinde ex incidente quopiam prætextu irrita-
 tione coorta, ibi tum quæ intus sunt consilia agi-
 tata prodimus in apertum: nam hæc ejus explorata
 sententia est: *Ex abundantia cordis os loquitur: bo-
 nus homo de bono thesauro profert bona, et malus*

⁹² II Cor. vi, 7. ⁹³ Jerem. XLVIII, 16. ⁹⁴ Matth. xxiv, 45-47. ⁹⁵ Matth. xxv, 40. ⁹⁶ Matth. v, 16
⁹⁷ Joan. xviii, 23. ⁹⁸ Luc. xxiii, 34. ⁹⁹ Ephes. iv, 31. ¹ Jerem. vi, 30.

homo de malo thesauro profert mala 1. Itaque sit A animus nobis honorum consiliorum thesaurus, ac non modo proferamus mala, aut pugnabimus, quin dextram ferienti malam præbebimus et sinistram 2, aliaque cuncta ex evangelico præcepto feremus. Sed *cur te is perditum, Israelis genus* 3? haud ab a re hic dicamus quoque, qui de die in diem vitam trahimus segnem, et sine fruge, ligurire ac permadere equidem sciti et oppido laudati? Ergo haud muniamur quo minus acerbentur præfura irascamur, clamemus, unde tanquam tela in injuriæ proferantur, atque his etiam graviora? En edico equidem vobis sub instauratore omnium Deo, ac Jesu Christo, qui egregiæ confessionis coram Pontio Pilato testimonium peregit, *Servatote præceptum*, ut vociferatur Apostolus, *sine macula, irreprehensibile* 4, ne me adigatis atroces in vos pœnas statuere; quin gravitate ac modestia præditi, et me sentem oblectetis, et Deum procuratis, æternis bonis fruituri Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio, cui gloria, et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemquam perpetuitatem. Amen.

SERMO XLVI.

In pugnatores. De pace ac mensuetudine, comitateque et virginitate.

Fratres Patresque, nec me alloqui salubria, nec vos frugi auditionis satietas capiat necesse est; sed utrique ad utrumvis sic animemur, ut aquam haurire scientes. Atque id est argumentum profectus, hæc occasio salutis; sternunt enim ad res viam sermones, honesti ad honestas, contrarii ad contrarias. Igitur qui agere honesta cupiamus, honestis sermonibus ac probis contuberniis utamur, ne aberremus ab officio: quod Apostolus docens scribit in hæc verba: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus, ad ædificationem frugi et utilis, ut det gratiam audientibus, et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis* 5. Et rursum: *Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis, cum omni malitia: estote autem invicem benigni misericordes, donantes invicem; sicut et Deus in Christo donavit nobis* 6.

Videtis quid edicat? quæ accuratio præcepti? Et quos alloquens vero? non monachos, sed omnino D omnes mundanos. In monachos quidem hæc quædrent: *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, cum vitis et concupiscentiis* 7, seu scelerato facinori inagiles. Quæ cum ita sint, viderint nunc pugnatores quo supplicio sint digni, qui non pugnant modo, sed invicem manus quoque injecerint. Teo' adhuc laicis accensum in monachum involasse? non autem qui monachus sis, obedientiam, ut sic dicam, candidato sustem illidere? Itaque non monachus es, sed monomachus; non exercere, sed latrocinare; non pœnis, sed iræ filius es.

1 Matth. xiii, 34. 2 Matth. v, 39. 3 Ezech. xxxiii, 11. 4 I Tim. vi, 14. 5 Ephes. iv, 29, 30. 6 Ibid. 31, 32. 7 Galat. v, 24.

Scilicet non ex injuriis profecta vulnera, et vulnorum assecræ neces? Ergo hoc suscepto scelere, quibus convenit pœnis subijciuntur ne in pejus provehantur. Cæterum vos, charissimi fratres, seu discipuli mansueti, ac pacem largientes heri, placide mansuetique degite, pacem amplecti cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua Deum contuebitur nullus, maxime reveriti Dominicum corpus atque sanguinem, quo simus potiti. Quamobrem, ne qui imbulus animus est sine macula donis, tumultibus, insaniam, scædis desideris imbuitur; neu os immortalis hausto fonte, sordidus sermones, ac cloacas inanæ edito; neu oculi, Augusto sanguine piati, efferrum cernunt, et aspectus meretricios flagunt; neu manus, sacris contractis opibus, quæ nefas sit attractato; quin cuncta membra proinde ac Christi membra custodiuntur atque servantur. Equidem cum virtus ardua omnis summique voti est acquirere, tum virginitatis instar nulla est: nam hæc illa est quæ jam olim in pomario reluxit, prius quam decessoribus a serpente oblata fraus est, et Christi effecta Mater, et angelos ex hominibus molita est: quippe matrimonii et origo hæc extremum, corruptela est; et virginitas mundum ad immortalitatem surrigit.

At qui eam paremus? dicat quispiam. Qui aliter censeat nisi laboribus mille ac sudoribus? ubi est enim ingens perfunctio, studium quoque opus est summum. Quocirca ut irruentes acutus ensis concidat, ad eundem modum et animus Deo timore C quasi quodam labrelactus igne, et aqua temperatus acrymarum, diabolica sensa obrutoneo, prædæque habeto: sin accedat obtundi, rursum temperator, cædendis non mille solum, quin decem millibus quoque, uti est in Davidem jactatum: siquidem multi qui nos e sublimi oppugnant, milleque instructa in nos acie nequam spiritus: quibus obijcere se ad extremum, Christi militem ac vera luculentum victorem probat. Sed divina misericordia et conacceleratio venis contingat, et nobis, qui rite currimus ad cuncta Dei præcepta exsequenda, inasper alacritus, regnum adepturis cælestis per Christum Joannem Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLVII.

Permittendum non esse ut pravæ in nobis cogitationes resideant, ac de non pulsando.

Fratres Patresque, nihil agimus magnum, postridie Sabbati hic terve vos alloquentes, quin si fas foret vel quotidie factitare, præberet id non exiguum commodum: etenim quotidie omnes labimur, interque nos cohortationem vicissim, atque adjuvamentum requirimus, quo surrigamur, et in priorem revertamur statum: nam equidem status est virtus, ab eaque declinatio vitium est atque nominatur.

Jam id gravissimum quisque, ac projectissima

vita scelus censeat, actione defungi; puta stupro adulterio, libidine, fœditate, et quæ alia sunt flagitia, quorum et permolesta lex est; at diligens, et accuratus, nec deformationes animi turpes, ac quæ hinc corpori titillatio quæritur, insontes habet, cunctaque satagit abolere, et a noxiis affectibus quietem ducere: quod est pacem habere cum Deo per Christum Jesum Dominum nostrum⁹, ut Apostolus loquitur.

In qua animus collocatus, vehemente gaudio ac voluptate inextensurabili fruitur, Dei notionibus inermis, et infandæ magestatis contemplationi penitus immersus, ut sui obliviscatur quoque, sin eo statu demotus, brutis desideriis trahatur, tunditur, jactaturque, ut a fluctante mari agitata navis, ac ni opifer instet Deus, et naufragium patiatur.

Itaque danda est opera, fratres, ne residere in vobis pravæ cogitationes sinamus, sed evellamus radicibus: siquidem nactus serpens inspectandus, ac paulatim subeundi, plane haud absistit ni mortem pepererit. Ergo ait Scriptura: *Hic tibi turbatur calces*¹⁰, id est, actionis finem et extremam, *ta ei caput*, hoc est cogitationis incursum. Igitur obstinamus deinceps animose incursum, palantesque, cogitationes prædemur, et salsum quasi quoddam peccati mare dividamus; quo cum Davide nos quoque dicere queamus, *Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium*¹¹. Cæterum non id vitium duntaxat animum conturbat et ecertit, quin vel maxime furor: nam, *Turbatus est, inquit, a furore oculus meus*¹²; et *Furor illis secundum similitudinem serpentis*¹³, et: *Furor insinuentium stabulatur*¹⁴, et, *Impetus furoris ejus riuus est ei*¹⁵. Qui unde nascitur nisi ex arrogante ac contempore sensu, qui se aliquid arbitretur, ac in subditum ferociat? quippe animi submissum, herum imitatus, lenis et sedatus est, non commens neque clamans. Ac si quid accidat, non fert injuriam quam inferit, feritur, non refert a quibus de agitur, non solum furiose contumeliam cartant, sed pulsare audent quoque, et polibita conjunctos fratres; tum incusati de temeritate, respondent nequaquam se Canone teneri, postquam inquitunt, non per nos, sed per alios pulsavimus, advocata in sceleris patrocinium e Scala sententiola, qui non videant coactum esse eum sermonem, et æqui exsortem. Ipse id adeo ostendit Daler. Apostoli verba suggerens, atque hæc scribens: *Argue increpa, obsecra*¹⁶, non etiam pulsa. Quapropter si haud pulsare jussit, quis addere aut demere ausit de editione apostolica? Præterea si non per se, sed per alium pulsare liberat culpa, omnes cædis crimine tyranni absolvuntur, qui non per se, sed per suos lictores, vactes ac martyres peremere, nec jam ullus dixerit, Hic et ille sup-

plioio hunc et illum affecere, sed lictores edere vestiget, quod oppido est insulsum. Jam qui apostolici canonis edictum negligetur, episcopum, aut sacerdotem, aut diaconum pulsantes seu fideles scelerate, seu infideles per injuriam, abdicari jubens? An fugit, scilicet, sanctum Spiritum recordari per alium verberis? Sed apagesis has nugas ab iisque qui pecuniis sint (12) creati, exemplum capiat oratio. Ecquid qui non per se, sed per alienas manus seu acceperint, seu dederint, canonicam effugiunt abdicationem? Minime gentium. Idem hic quoque de furoris fœtu habendum censendumque est, quem tolli ex animis sit necesse, æque ac pravam cupidinem, nec dextra sinistra, sed via regia, id est evangelicis et apostolicis legibus, sit grassandum; ita enim sanctorum vestigiis obsentes, in vitam cum iis æternam occurremus per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLVIII.

De obedientia, et concordia, atque pace.

Fratres Patresque, rursus accingor ad sermonem, maxime qui Apostolum audiam dicentem, *Attende tibi et doctrinæ, hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos qui te audiunt*¹⁷, itaque fari me necesse est, vos aulem aures præbere, ac quæ sitis edocti in opus deducere.

Quid igitur nunc sumus dicturi? De vita nostra corporali, qui, etsi in exsilio, tamen cœnobiace degamus, non unus alterve, sed complures in simul.

Ac cum cœnobi commoda et opes non habemus, tum labores allucramur; nam juges commeant fratres, patresque, et hospites amici, atque pauperes, quibus omnibus occurrere ac satisfacere, neque exigui spiritus est, nec minimæ molestiæ.

Prudens ergo ac vigil œconomus sit oportet, cœu Dei œconomus, quanquam id profuturum est nihil, si non vicarium quoque habeat collegam et concordem, hic cellarium sequacem, cellarius adjutantem se obsonatorem, cæterosque cæteri consentaneos. Scilicet ut uno in corpore multa insunt membra, quæ invicem omnia procurant, seu unum laboret, cunctis condolentibus, seu cohonestetur. cunctis gratulantibus: haud secus in hac republica, quoque, ni eadem ratio servetur, non cœnobium sit, non pax et concordia, sed tumultus ac dissidium. Quæ cum ita sint, qui audet quisquam ex libidine moveri, aut jam lucente die privato studio vel opificio vacare, neque ad bonum publicum prodit? Qui inducit animum advocatus operi negare neque se vel in iis quæ vires superent præbere, sane non se is gerit subditum, nec fratrem, sed

⁹ Rom. v, 1. ¹⁰ Gen. v, 15. ¹¹ Ps. LXV, 12. ¹² Psal. vi, 8. ¹³ Psal. LVII, 5. ¹⁴ Eccle. vii, 10. ¹⁵ Eccli. xxvii, 33. ¹⁶ II Tim. iv, 2. ¹⁷ I Tim. iv, 16.

(12) Id est, dignitates ecclesiasticas adepti.

hospitem. Etsi id autem contingit, saltem deinceps cavetote, ne qui deprendetur immodestiæ pœnas expetat. Non auditis quid Apostolus edicat? *Estote invicem benigni, misericordes, donantes invicem sicut et Deus donavit nobis* ¹⁸. Quamobrem demus operam nos quoque vicissim, et alter alteri dederit, mutuis ferendis oneribus legem implentes Christianam ¹⁹, uti scriptum est. Admonui vos ante, et nunc jam admoneo, ne cogitationum frangamur æstu, quin eum sancti Spiritus lætitia vitæ quoddam exercitiæ certamen peragamus, ducem ac perfectorem fidei Jesum respectantes, qui et precanti vota tribuat, et victoriam vincere volenti.

Nescitis ut jamjam repente accidit tempestas, restitutum de integro cœlum est? Idem in cogitationibus valet, paulum conturbant, et denuo abscedunt. Atque utinam iis plane haud capiamur! nam quidni pacem habemus in animis perennem? sed nequaquam fas est, postquam sub mutabilitatem subjecti nec diem permanemus iidem, nedum perpetuo.

Jam videtis mihi atrocitatem diaboli, siquidem instat repulsus, ac tenebræ cum sit, in angelum se quemdam lucidum diffingit, dolo nos intercipere volens. Verum facessat a nobis draco dicamusque, Non te, Christe, negamus non beatam confessionem mentimur, non virginitatem prodimus, non generositatem projicimus, neque enim estis nescii, frates, e quibus in quæ recidimus. An non e sordibus in majestatem, ex ignorantione in scientiam, ex ignominia in gloriam, additaque ratio, scientia, laus est, ac manus et oris dexteritas? equidem vere auro contra pretiosiores estis pro aurea vestra obedientia, filii. Eoquid ergo opus est porro? patientia, nam *Patientia vobis necessaria est*, inquit, *ut voluntatem Dei facientes reportetis promissiones* ²⁰. Quasnam? ipse ait Dominus: *Vado parare vobis locum, et si abiero parare vobis locum, iterum venio et accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis* ²¹. Quocirca hæc cogitantes, ac quæ sanctis ostendenda summa et ineffabilis gloria est, prospectantes, cuncta leniter feramur, seu esuriendum est esuriamus; seu vapulandum, vapulemus; seu moriendum, moriamur, perennis vitæ hæreditatem adituri per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLIX.

Sexto Ex carnaliorum. De abstinentia, ac confessione quæ incumbat.

Fratres Patresque, præsentis dies plerique ferias appellant, per quos belluentur vinoque bacchantur, ignari abetinentiam eos profiteri carniæ, non crapulæ, et ebrietatis functionem, nam id Græcarum feriarum proprium est, Christianorum, uti frugalitate, nec corporis pro libidinibus curam

¹⁸ Ephes. iv, 32. ¹⁹ Galat. vi, 2. ²⁰ Hebr. x, 36.

A gerere ²², quemadmodum Apostolus docet. Sed agat sane ut lubet mundum quæ in legem abierit insania, nos intemperantiam, fratres, vel in eis quæ jam vesci est permissum fugiamus, scientes eam peccati esse matrem. Etenim de cessor noster Adamus, quandiu ab interdicto esu se abstinerebat in pomario, lætabatur ac ovabat, mactus divinis obtutibus et iniitiis; victoque incontinentia vetita arbore percepta, extemplo pomarii deliciis proscripto mortis genitrix intemperantia facta est.

Sodomitæ quoque perditæ præcupediæ affluentia luxu, iram in se contraxere Dei, sulphure ignique obruti. Nec non et Esau ille exosus, avaris oculis inescatus, paucillo edulii prærogativam vendidit ætatis. Quin Dei populus cibo potuque capiendo sedere, ac surexerit ludere, Neque his diversa sunt quæ per hos dies factitantur, comessationes, ebrietas, clamores, diabolica tripudia, quæ non interdiu solum obeantur, sed magnam quoque partem exigant noctis. Tantum intemperantia malum est per quam in orbem mors invasit, ut habendæ sint nobis Deo gratiæ, qui ab inani eo instituto assertos in hanc felicem transtulit vitam, in qua non intemperantia agitur, sed moderatio; nec ebrietas, sed sobrietas; nec turbæ, sed pax; nec tumultus, sed quies; nec turpiloquium, sed gratulatio; nec flagitium, sed castitas, ac sanctimonia, et integritas. Ex hac divini nostri prodire Patres, qui Deo duce vitia calcavere, dæmones fugavere, cum angelis certavere, prodigia edidere, cœlestem gloriam percipere, mundo admirationi furere; quorum unus est beatus Antonius, cujus vitam legimus, ac quemadmodum a Deo in hoc eis cœlum complexu sit evectus perspeximus, ut terræ quoque reges magnum ducerent ad eum scribere, scriptamque ejus adire vocem. Horum nauci nos quoque beatorum vitam sequimur, imitarique probat monastica perfectio, mundi despectus, patriæ, gneris, amicorum, patrimonii repudium, subjectio, morigeratio, præsens confessio, ob quam capite fortunisque oppellimur. Quamobrem gaudeamus, et invicem gratulemur, quod hæc nobis largibus Deus est, ac vitam agimus spiritulem, in qua leceat, si velimus, quotidie feriari, et gaudio sine potiri. Itaque, cohortor, tum studium hoc nostrum monasticum, tum confessionem firmiter tueamur: nam sparsa equidum fama est imminere rebus nostris imperatorem, ac mirum ni veniet repente apparitor regius. Verum ne consternemur rumore, quod si a nobis Deus est, quis contra nos? Scilicet qui ante opitulatus est, non opituletur et imposterum? tantum stemus animose, tantum circumspecte caveamus, viresque ipse præbebit, qui ex ejus voluntate vita ad extremum perfuncti cœlesti regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

²¹ Joan. iv, 2, 4. ²² Rom. xiii, 1 seqq.

SERMO L.

Dominica Excarnaliorum. De magno et illustri Domini nostri Jesu Christi die. Extremis Excarnalibus dictus.

Fratres Patresque, lex est universalis hodierno die mundanos esu carniū defungi, magnumque in iis voracitatis ac bibacitatis certamen videas agitari, nec non et fœda ludicrorum spectacula, quæ vel referre turpe est; ac quos par erat frugaliter uti, et de præsentibus Deo gratulari, seseque ad imminens convivium, ut meretur, comparare, diabolicis acti fraudibus, alia omnia faciunt, alium se excepturos pro alio demonstrantes. Quorsum hæc autem mihi dicuntur? ut ne eodem nos quoque inopes monachi mentem dimittamus, neu eorum desiderio ducamur, quod nequaquam dignum sit desiderio, sed planctu; quin oculis in Evangelio, quod hodie sit audiendum, defixis, de quo et cantatus Canon est, magnum et illustre Domini nostri Jesu Christi adventus diem cogitemus, qua iudex ovis dextra, hædis sinistra collocatis, illos hac felice et optatissima voce compellabit: *Venite, benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* ²³, his diram ac tristissimam eam sententiam loquetur: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* ²⁴. Hæc horrore sunt, medius fidius, et pavore, ac consternatione plena: quæ nos juxta atque illos oportet reputantes accidere et allacrymari.

Deumque propitium parare, priusquam ad experientiam sit devotum rerum quæ audiantur. Ac cum sic obeant illi, nos, cohortor, Evangelica præconia pernicis audiamus, timide atque trepide Deo servire satagentes, cuncta ex animo vitiositate remota; omnique invicem præclaræ functionis inducta scientia, penita misericordia, benignitate, submissione, mansuetudine, lenitate, seu quid aliud est eximium et laudatum, quo digna obita Christi Evangelio vita cœlestis regnum eriscamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria, et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LI.

Quarto Tyrophagiorum. De fiducia atque in præsentis periculo constantia.

Fratres Patresque, institueram hodie de contentia disserere, postquam in foribus S. Quadragesima est: sed quæ rumoribus jaectantur nequaquam id agere permittunt, mente ac sermone alio traducta: jam enim vobis edixi superiore Catechesi imminere rebus nostris imperatorem, et nunc aiunt per Nicomedem minas intentare.

Quibus si occurremus egregie, omnino haud sustinebit. Sed efficiat sane quod animum induxit,

²³ Matth. xxv, 31. ²⁴ Ibid. 41. ²⁵ II Cor. 1, 5-7. ²⁶ Matth. x, 5.

²⁷ Matth. v, 11.

(13) Paulo aliter hæc in Græcis vulgatis et Latino interprete leguntur. Nos auctoris citationem fideliter proposuimus.

A quid tum? postea scilicet rursus oppugnari rursus est coronari, ac quo majores sunt ærumnæ, hoc sanoti Spiritus major consolatio est: nam Apostoli hæc sunt verba: *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur, pro vestra consolatione et salute* (13), *quæ operatur in tolerantia earumdem passionum, quas et nos patimur, (et spes nostra firma est de vobis) sive consolamur, pro vestra consolatione et salute, scientes quod sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis* ²⁴. In iis verbis ostendit socios nos esse vicissim in solatiis et ærumnis, ceu unum corpus, unamque mentem, ut in unam spem quoque accitos ac vocatos. Quamobrem ne in posterum concidamus, fratres, neu doleamus, quin una omnes consurgamus, tanquam eximii Christi milites, arma ferentes non carnalia, sed Deipotencia, quæ arces evertant, id est prudentiam, fortitudinem, temperantiam, justitiam, Christi hic quoque exæcuti sententiam. *Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam* ²⁵. Quo extorres ne quid esuri sumus, bibiturive, aut amicturi curemus: ipse enim dixit: *Non te deseram, neque relinquam* ²⁶, ut vel indidem fenestram sit aperturus, atque adjumento nobis in omnibus futurus. Ecquid non gaudeamus, his affecti promissis? non ovemus, qui Dominici simus discipuli? sic persecuti sunt et sanctos apostolos, quos Dominus affatur in hæc verba: *Beati estis cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me: gaudete in illa die, et exultate* ²⁷: itaque gaudii sunt atque exultationis præsentia, quæ inenarrabilem lætitiā, vitam perennem, ac sine fine regnum concilient: *In viam gentium ne abieritis, ait, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis* ²⁸, hoc accipiendum in hæreticos. Quapropter eorum neo ecclesias, neu domos ineamus, quin ubicunque pacis filius, semen pietatis est, eo divertamus, inibique versemur, uti et proximus temporibus; caveamus qui veritatem fingant, qui præfectos se dicant, neque sint, sed plani qui errent, et in errorem impellant deludant ac deludantur, quorum justa damnatio est, tueamur consolidam fidem, tum integram vitam, alterutrum alterutro non lædentes, quin utrinque integri et perfecti. Quæ præposita confessio est,

D de Domini nostri Jesu Christi incarnatione ducitur, ut qui eum neget repræsentari pictura, neget et corporatum conspectum: idem est enim corporatum esse conspectum, ac repræsentari pictura. Qui sacram ejus imaginem non adoret, Dominum non adorat: inest scilicet in imagine princeps exemplar, atque in principe exemplari representati cujusque imago elucet et adoratur.

Sin adorare se Iconomachi dicant, mentiuntur: nam, *Confitentur, inquit, se nosse Deum, factis au-*

²⁵ Matth. x, 23. ²⁶ Josue 1, 5. ²⁷ Matth. v, 11.

tem negant²⁹. Quare Christum nos ejusque imaginem, Deiparam ejusque imaginem, sanctos eorumque imagines adoremus; quam apostolicam doctrinam a sanctis Patribus acceptam vobis, filii fratresque, porro ceu depositum concedo, per sanctum Spiritum, qui inhabitat in vobis, illæsam et incorruptam conservandam. Quod superest, deprecamini pro nobis, ut ore reserando sermonem tribuat Deus, quo sermoni resistamus neu expectationem frustremur, unaque vobiscum imminens certamen sine fraude obeamus, cunctis cœlesti regnum adepturis per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LII.

De continentia ac comprecatione, habitus sexto Tyrophagiorum.

Fratres Patresque, vitam hanc nostram sæpe prædicans felicem, non id adulatione, quin veritate equidem facio, nec qui deplorare mundanos velim, sed qui alacriores vos cupiam reddere: nam et hodie scitis quæ in mundo gerantur, orapula ebrietas, comessationes, pocula, clamores, tripudia, ac quæ alia fanatica sunt. Maligni facinora, quorum damnatio est, quemadmodum scriptum est³⁰. Cæterum nostra haud ejusmodi vita est, sed qualis? Deum noctes diesque laudamus ad præscriptam a sanctis Patribus legem, psalmodiam excipit psalmodia, lectionem lectio, comprecationem comprecatio, mens cogitationum magistra est, animus in meditando divinis oraculis deditus, silentium agitur tempestivum, colloquium competens, invicem servimus, invicem propugnamus, omniaque modo, et tanquam de menso reguntur. Sin corporale opus est solatium in festo, ne id absolum quidem: auditis enim quid Judæ herus imperet: *Quod facis fac citius: hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerat ei: quidam enim putabant, quia locutus habebat Judas, quod dixisset ei Jesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret*³¹. Viden' ut festi ac pauperum cura ducebantur? quod inopes nos quoque obire, ut videtis, animum inducimus. Sane agendæ Deo gratiæ, qui nos in hanc vitam dignatus conscribere est non pro operum quæ fecimus meritis: siquidem nihil egimus in terris bonum, sed ritus: siquidem nihil egimus in terris bonum, sed pro ejus misericordia gratuita vocatio est. Ut obstrictus sit unusquisque nostrum semper animi dicere contritus: *Ecquis ego sum, Domine mi Deus, quævo patria domus, studio complectare? Atque hæc penes nos, quæ in mundo invenias rarius: nam nocti succedit dies in hujus sollicitudine ævi, opum fraudibus, cæterisque curis, ut vel respirare quis nequeat, alter alteri pauperiem facit, alius cum alio configit, effusa sunt in terram, ut in va-*

ticine loquar³², stupra, furta, mendacia, diræ, aliaque quæ nec facile recenseam. Eaque cuncta memoria beatus Chrysostotomus complexus princeps censuit ægre quotam orbis terrarum partem servari, quæ equidem terribilis, sed tamen vera est oratio. Ut in ea sententia lugendum ac mœrendum ei sit, qui serio habeat sensum. Scilicet non fratres sumus inter nos omnes? non ex uno sanguine, eademque terra? Non vel jumentum cernens in præcipitium ferri, misericordia tangere? quo magis fratrum et confidelium? Hinc Apostolus crucis hostes Christianæ plorare³³, pro assiduo animi dolore comprecans³⁴; hinc Jeremias Israelis stirpem lamentari variaque lamenta exarata relinquere; hinc magnus ille Moses Deum inclamare: *Si remittis, remitte sane hanc eis noxam; sin minus, dele me quoque e tuo libro*³⁵. Sanctique eundem cuncti affectum secuti, pro aliis deprecari. Ut nobis etiam, si assectari eos amamus, non res nostræ spectandæ modo sint, sed et pro mundo comprecandum, miseratione ductis eorum qui vitam agant perversam, qui hæresi teneantur, qui in errore sint abducti, qui in ethnicis caligent, breviter, omnium mortalium, postquam jubet Apostolus *obsecrationes, et orationes fieri pro omnibus hominibus*³⁶: ita enim nobis ipsis præ reliquis emolumentum quæramus, compuncti, habituque defuncti vitioso: quo et exsoluti perennem inire vitam mereamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LIII.

Dominica Tyrophagiorum. De jejunio, et quemadmodum serii ac morigeri subditi verum jejunium sit propriæ eccidii voluntatis.

Fratres Patresque, benignus Deus, qui vita imbutos ex anno in annum ductat, benevole ad hoc quoque jejunii tempus perduxit, in quo unusquisque piorum uti lubeat certet, alius in continentia deditus, duplam exigens triplamve, alius in privilegio, tantum tantillumve pervigilans, alius congeniculationi plus vacans, alius alteri cuiquam functioni, planeque ingens per hos sacros dies studium atque diligentiam cernas: cæterum qui morigeretur serio, sub obedientia positus, non definito ullo tempore quin perpetuo idem obtinet certamen. Quodnam? nequaquam gerere se ex sua libidine, sed ducis regi deformatione: quod cum aliis cunctis studiis sublimius est, tum martyrii habeat diadema. Quanquam est et nobis mutatio ciborum, adgeniculandi contentio, ac psalmodiarum accessio, secundum traditionem ab origine descriptam. Itaque cohortor, jejuniorum munus læti capiamus, non mœstitiæ præferenda, quemadmodum docemur³⁷, sed cum animi hilaritate obeuntes, neu pravitare, detractio, ira, mali-

²⁹ Tit. I, 16. ³⁰ Rom. III, 8. ³¹ Joan. XIII, 27-29. ³² Osee IV, 2. ³³ Rom. IX, 2. ³⁴ Rom. X, 1. ³⁵ Exod. XXXII, 32. ³⁶ I Tim. II, 8. * *Addidi lucis causa, neque enim sunt in Græco.* ³⁷ Matth. VI, 16.

gnitate, invidia ducti, quin mutuam pacem et amorem agitantes, comes, morigeri, misericordiae bonorumque fructuum pleni, quietem tempestivam trabentes (siquidem in contubernio inquiete damnosa est), verba opportune facientes (quippe aliena frugi quiete muta), in primisque cogitationum magisterio invigilantes, qui nequaquam aperiamus viliis fenestram, neu locum diabolo demus. Si Spiritus, ait, potestatem habentis ascenderit super te locum non inveniat³⁸: ut lacessere inimicus queat, ingredi non item, nostrique ipsorum heri simus. Igitur ne diabolo fores pandamus, quin mentem undique, ceu Dei sponsam, muniamus cogitationum sagittis intactam et illesam: nam sic domicilium Deo animus fiat, et audire mereamur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*³⁹. Breviter: *Quæcunque sunt vera, quæcunque angusta, quæcunque iusta, quæcunque casta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua ritus, si qua laus ut Apostoli utar verbis, hæc agite*⁴⁰, pacis vobiscum Deo futuro per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LIV.

De jejuniis, vacuitateque libidinum, primis jejuniis dictus.

Fratres Patresque, Quadragesimæ tempus cum universo anno compositum simile est intempestuosi portus, quo confluentes cuncti mortales tranquillitate fruuntur spiritali: neque enim monachis solum, quin laicis quoque, parvisque juxta ac magnis, præstitibus, subditis, regibus, sacerdotibus, omni generi et ætati hæc anni tempestas salutifera est.

Quippe urbes ac territoria magis supersedent rixis et tumultibus: subeuntque vicissim psalmodiæ, laudes, supplicia, preces: quibus clemens placatus Deus pace imbuunt mentes, noxasque condonat, si ex animo sincero timide ei trepidæque accidamus, et illacrymemur, promissa in posteram emendatione. Sed cum mundanis ecclesiastici censors agunt ex officio (egent namque ut in stadio currentes concertantium vocibus sic jejunantes magistrorum solatio), equidem, venerandi, caput vobis impositus, vobiscum disseram, atque id breviter. Enimvero jejunium animi quædam renovatio est; ait enim sacer Apostolus: *Quantumvis qui foris est noster homo corrumpitur, tantum is qui intus est renovatur de die in diem*⁴¹. Quod si renovatur, proculdubio ad primigeniam pulchritudinem comitur, comptusque in amorem pellicit stipulatum in hæc verba: *Ego et Pater veniemus, et apud eum mansionem faciemus*⁴². Quamobrem si id jejunii beneficium est, ut Dei nos domicilium reddat, prælati id, fratres, suscipere debemus, nihil offensi victus tenuitate, scientes Dominum, qui splendide præbere posset, in solitudine

aliquot millia pane et aqua accepisse. ut nihil dicam insolentiam alacritate lenitam citra molestiam futuram. Cæterum jejunium non cibis definitur modo, quia omni scelerum abstinence, quemadmodum SS. Patres edixere. Quare abstinence, cohortor, ignavia, segnitie, detrectatione, invidia, rixa, malignitate, studio nostri, ad privatam normam vivendi licentia, ac pol noxio insuper cupidine, siquidem et jejunantibus veterator imminet serpens. Sane, aspectu pulcher, atque esu jucundus erat qui me interfecit fractus, audimus dicentem, Ac videsis mihi ut pulchram nominet non natura, sed aspectu: etenim quasi quis floridum rubro cortice tenens punicum, meram putredinem deduciat; ad eundem modum voluptas quoque dulcedinem fingens inauditam, illicet felle amarior tractata reperitur, præque omni ancipiti mucrone animum lancinans captum. Id adeo passus est prædecessor Adamus, ab serpente inescatus, qui simul interdictum attigit cibum, mortem invenit pro vita: idemque cuncti exinde hactenus sunt experti, quos in fraudem impulit draco. Scilicet quemadmodum tenebrosus ipse in angelum se lucidum diffingit, ita sane et malum bono, amarum dulci, cæcum splendido, foedum venusto, mortiferum vitali commutare et convertere novit, atque hinc sceleratus minime cessat mundum assidue deludere. Verum nos, fratres, nequaquam variis iis fraudibus in diversum feramur, neu idem patiamur quod aves, quæ in objectam avidè escam ruentes, laqueo inhærent aucupis, quin reductis vitiorum involucriis, sagaciter merum scelus dispectemus, ac refugiamus serio. Neque non expediti simus ad psalmodias pro tempore, prompti ad laudationes, assidui in lectionibus, congeniculantes in horas pro modulo, exercentes munificia (siquidem honestum laborare est, nec dignus habitus est qui non laboret cibum capere), mutua onera ferentes, quandoquidem his imbellis, robustus ille est, cibo, potu, aliisque paradisi necessariis, ne in perditis æmulemur, sed in honestis; ad extremum invicem benevoli, liberales, comes, morigeri, misericordiae bonorumque fructuum pleni. Ac Dei equidem pax, quæ omne superat ingenium⁴³, mentes animosque uniat vestros, quo cum insontes principem nunc Resurrectionis diem prævertatis, tum in futuro sæculo, cum redivivi consurgemus, cæleste regnum adeatis per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LV.

Primæ hebdomadis sexta. De incorrupta quasi quadam animi domo virtutem exornanda functione.

Fratres Patresque, ædes excitantes mundani sumptuosas, nequaquam sibi requiem concedunt, noctu et interdium laborantes, solliciti, anxii, dum ad finem opus adducant, tantumque iis inest studium,

³⁸ Eccl. x, 4. ³⁹ Matth. v, 3. ⁴⁰ Philipp. iv, 8. ⁴¹ II Cor. iv, 16. ⁴² Joan. xiv, 23. ⁴³ I Thess. iii, 16.

ut tota indidem meus occupetur, ac consideret quem admodum et fastigium fiat tecto commodum, et picturatum marmoribus solum, nec sine reliqua majestate, aspectum curiosis jucundissimum præbeat: ac si quis adeo ab ea cura velit abstrahere ringantur, ceu extrema injuria affecti. Ecquid nos autem, qui non caduam, sed perennem domum fabricemur, nec quæ e saxis lignisque struatur, sed e spiritalibus gratiis poliatur, torpēbimus, et eorum a tergo consequemur industriam? scilicet non ea summa contumelia sit? Jam illæ, et carni deditis hominibus exceptis, et heris compluribus mutatis, ad extremum solitariæ dissolventur, hæc hospitio sanctum Spiritum capit: siquidem *Templum Dei sumus vivi, et Spiritus Dei habitat in nobis* ⁴⁴, ut divinus Apostolus ait. Quin abeuntes hinc quoque concomitatur, manens in cœlis indissolubilis et æterna. At quæ est ejus ædificii materies? virtutum functio. Ac capesis mihi in primis Dei timorem, quasi quodam fundamento locando, nam *Initium sapientiæ timor Domini est* ⁴⁵: tum autem prudentiam, fortitudinem, temperantiam, justitiam, quæ invicem nexæ, et charitatis tanquam vinculo coagmentatæ ac consortæ, *crecant in templum sanctum Domino* ⁴⁶, auctoribus litteris. Hanc nos ædem, fratres, assidue moliamur, neu virtutum ornare pulchritudinem cessemus, quo domesticum habeamus sanctum Spiritum, vitæque delicio geniorum in nos ora hominumque vertamus. Ac cum una virtutum continentia sit, in eamque nunc temporis potissimum incumbamus, Deo laudem tribuamus, qui unum ejus stadium, decurrerimus. Equidem facies pro solito sunt mutatæ, at mutatione, me hercule, egregia, coorto e continentia pallore renitentes; ori amarities quæsitæ est, contracto tanquam felle præ cibi tardius sumptione sed imbutæ dulcedine mentes, spe allatæ. Scilicet inter se hæc depugnant, ut uno victore cogat necessitas alterum succumbere: itaque lætemur additi melliori. Enimvero dicat fortasse quispiam in perfectione ponendum, quotidie te cibo defraudare. Fabulæ: sane enim quidem haud nos Dominus jussisset panem poscere quotidianum perpetem; non Elias quotidie in deserto epulum a corvo, non Paulus, qui ante divum Antonium solitudinem coluit, diurnum panem divinitus accepisset, non magnusmet Antonius plus diurno ac septimano jejunio prætulisset quotidie paulo quam necessitas ferat comesse minus, opinor, hac de causa. Nam quia corpus solidum diem fatigatum sensibus languet, ceu cursor equus, atque instaurationem desiderat, necessario quoque naturæ instituit architectus ut diurno pabulo teneretur, quo vividum deinceps foret, non cassum, et enerve; quod iis accidit qui duplas, ac quinquecuplas trahant: quippe nequeat aut identidem congenulari, aut in psalmodiis sonorum loqui, aliave expedite munia præstare, nisi quod insolens nimi-

rum facinus est. Quamobrem non jam porro diurnus imperfectioni cibus ducitor, quia oppido in perfectis habetor ad modum normamque præscriptam. Atque o factum bene, quod res nostrates paternis constitutæ sunt scitæque regulis. Vobis quidem etiam etiamque sanitas tum corporis, tum animi firmitas tribuatur, qui immortaliter quoque Deo serviat, ac supremam diem maneatis, qua solis micetis instar cum sanctis, regni hæreditate aucti cœlestis per Christum Jesum Dominum nostrum: sui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LVI.

Dominica primæ hebdomadis. Ne supra vires in divinis studiis nitamur, ac spiritalibus animum spectaculis pascamus.

Fratres Patresque, cum arduum omne est initium, tum jejunii ingressus mutatione oiborum atque studiorum, difficultatem quamdam et asperitatem parat. Lenitur tamen ac tractatione assidua mollitur: quo hæc pertinet sententia, *Omnis disciplina in præsentibus quidem videtur non esse gaudium, sed mœroris; postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit justitiæ* ⁴⁷. Quamobrem nos quoque una hebdomada jejunii transmissa, in posterum alacriores per experientiam reddamur, alacritatem scientes corpus juxta animumque firmare, levia comparantem quæ gravia sint, proclivia quæ ardua, uti ægnities contra gravia quæ levia sint, ardua quæ proclivia. Neque vero in studiis supra vires nitamur, quin cum spiritali quadam valetudine tueamur et corporis sanitatem: quid enim prodest accelerare in principio, ac mox ruere? ut circumspecte potius sit eundem, ad distantiam tuenti diversorii. Sed quoniam quæ contentionem habeat dies parere ignaviam solet, honestis occupationibus et spiritalibus animum spectaculis pascamus, non his mundanis, in quibus inest vanitas, ærumnæ, confusio, ac amaror, sed quæ cum dulcedine sunt lætitiæque permixta. *Dei sum recordatus*, ait ille ⁴⁸, *ac gravisus*. Igitur in Deo mens defigitor, in cœlestibus visis, in paradisi pulchritudine, in æternis mansionibus, in angelorum tripudiis, in superna vita; ubi sint pii noxique manes, cujusmodi adventus prælustis Dei et Servatoris Jesu Christi futurus: *sub quem ex oraculo divino cœli magno impetu transient, elementa vero calore solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera, exurentur* ⁴⁹, tum autem ut animus conjux quisque corpus assumet, quam numerosa sit hominum corona, ab Adamo et ævi decursum pertinens, quam terribilis Christi vultus, solius radis præfulgens, ecquam ejus vocem audiemus ad extremum, quæ instauratione futura tum justis ad cœleste regnum ascitis, tum in perennes pœnas sontibus dimissis: hæc nos, fratres, par est curare, ac cogitare, in iisque versari, ceu qui

⁴⁴ I Cor. III, 16. ⁴⁵ Psal. CX, 10. ⁴⁶ Ephes. II, 21.

⁴⁷ Hebr. XII, 11. ⁴⁸ Psal. XLI, 5. ⁴⁹ II Petr. III, 7-10.

extra mundum positi, cœlique cives, societate nulla A teneamur eorum qui carnaliter vivunt, unde exstimulemur, lacrymemur, collustremur, atque hic vita obita quieta, in spem erigamur futuris perennibus bonis fruendi per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LVII.

Secundæ Hebdomadis quarta. De animo a noxiis affectibus servando.

Fratres Patresque, primæ hebdomadis jejunio defuncti invicem alii quam fuerimus apparemus, graciles, ac decolorés. Quanquam etsi exterior corrumpitur homo, ut Apostoli utar verbis, at interior renovatur de die in diem ⁵⁰: nam quasi corpus videmus præ deliciis pingue, et renidens per continentiam in animo consecrarium credere est. Ut afflicto corpore animo pulchritudinem pepereamus, eam nimirum, quam sanctus David desiderans, precabatur, Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutum ⁵¹: eaque ipsa et beatus Paulus confirmat Christo nos desponderi, Respondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, illa corrumpantur sensus vestri a simplicitate quæ est in Christo ⁵². Viden' beneficii amplitudinem, ut sponsum habeamus Christum? viden' pronubum, ut de incolunitate nostra sit sollicitus? Ergo abditæ in cubili instar juvenulæ est animus noster, quæ ut virorum abstinet obtutu, intra cubiculum se continens, omnemque adhibens industriam quo se incorruptam servet, dum tempus venerit nubendi, ab eundem modum animus quoque omni studio ad noxiæ peccati affectibus purum se in decessum tueatur oportet sub quem egressus corpore ceu cubili quodam, si quidem formosus est, egregiis actionibus splendens, sanctos oblectet angelos, neque injuria; sine flagitio deformis, volupe sit dæmonibus, in Christi probrum, quod tum dictu, tum cogitate miserabile est.

Sane eam ob rem corporis repressio, et austeritas, quæ tanquam frenum carnis appetitiones retundat, ac aurigatorem excutiat mentem, non hac solam tempestate, quin per omnem vitam agitur: nam quid aliud monastica vita est quam vitiorum continentia, cogitationum magisterium, luctaque D perpeæ cum hostibus invisibilibus? Acerba ea sunt (factor) carni, sed quod in præsentem est momentaneum et leve tribulationis nostræ, uti scriptum est; supra modum in sublimitate æternæ gloriæ ponitur operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur ⁵³. Igitur ob inaspectabilia bona, quæ vel per transennam videre optant angeli, ob sponsum cui conciliati sumus, Christum, hortor et obtestor, fratres, animos puros conservemus a noxiis salutem

facinoribus, a sorditis cogitatis, quæ nos inquinant, auctore Domino, malum nec cogitantes, quandoquidem cogitando accenditur, velut ignis, desiderium, quin procul vitis siti, ac primo incursu tentatorem propulsantes, animumque præclaris actionibus ornantes, et quæ in manibus est, continentiam alacrius obeuntes, quo puri hinc profecti, cum incredibili gaudio in cœlum commigremus, thalami lætitiæ cœlestis fructuri, per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LVIII.

Secundæ hebdomadis sexta. De concordia, et amore ferendisque generose virtutis laboribus, regno acquirendo cœlesti.

Fratres Patresque, equidem in vobis gaudeo, qui concordés obeatis, ac pacem agitetis, tempus patienter jejunii perferatis, quod ad salutem vestram, nostramque spem pertinet sane; quantum est enim in contubernio pax, et concordia bonum, malis de medio sublatis, immodestia, inquietudine, responsione, inobedientia, detractio, superbia, ac si quæ alia flagitia sunt? Scilicet ii cum in primis commodum sibi quærunt, tum aliis exemplum propositi virtutis, quæstum hinc quoque faciunt maximum: nam quemadmodum qui noxas comparent detestationis, sic qui exacuunt virtutem collaudationis sint hæredes. Neque equidem, fratres, de eximio statu: vitæque laudata decidamus, neu ab amore divino conquiescamus: siquidem scriptum est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et ex tota virtute tua ⁵⁴. Enimvero qui sic diligit, non exsaturatur, non labascit, non ignavia torpet, quin igni addit ignem, ei alacritate alacritatem provocat, positus in animo virtutum tanquam gradibus, atque e robore in spiritale robur grassatur, idque incessanter. Non carnales operarios videtis, ut in futilibus ac caducis laborent! non naupegos coram cœnitis, ut totam desudent diem, nec tantillam sibi quietem tribuant? Quamobrem? quo pauxillum auferant argenti et quæ usus postulat domesticus comportent. Nos diis opibus parandis, regno acquirendo cœlesti, bonis perennibus fruendis, pœnis fugiendis sempiternis, non cuncta patiamur cum omni alacritate, atque vigilantia, si vel sanguinem necesse est fundere, parati eum pro Domino impendere? Sane, obsecro, fratres, stemus animose spe gaudentes, ærumnas tolerantes, precibus instantes, manificiis intenti, psalmodiis, versibus, lectionibus; qua occupatione teneamus animum, et ab inanibus studiis abstrahamus, siquidem desidia mater peccati est, labor animi custodia.

Non tamen ut ea propter de statu dejiciamur, quin præferentes morigerationem, modestiam, adjurationem proximi, cæteraque cuncta quæ ad animi

⁵⁰ II Cor. iv, 16. ⁵¹ Psal. xxix, 8. ⁵² II Cor. xi, 2, 3. ⁵³ II Cor. iv, 17. ⁵⁴ Deut. vi, 5.

salutem conferunt; denique comprecari, et pro dispersis huc illuc fratribus, nam de iis laboro equidem quoque, quin haud contuar coram, ut evaserit quisquam. Nec non et pro me supplicantes, cui tum sermo reserando tribuatur ore, tum innocens vita, quo utrimvis ego juxta, vosque servemur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LIX.

Dominica Secundæ hebdomadis. De transcundo læte, atque expedito jejunio, æternæ spe vitæ.

Fratres Patresque, præstans jejunium est, insignibus suis præditum: ea sunt pax, mansuetudo, serenitas, humilitas, obedientia, mutuum studium, et quæ alia genera sunt virtutis; at jejunantibus diabolus contraria satagit obtrudere, ac præfidentes, iracundos, stomachosos, turgidos præstare, quo emolumento damnum afferat majus. Nobis quidem faciendum non est ut impuri consilia nescire videamur, placideque, leniter, mansuete ac composite obeundum, benevole invicem ferendis, qui id Deo acceptum non ignoremus; etenim, nec si collum ut manubrium repandes, et saccum insternas, cineremque; sine his ei perlaceas. Sane cum jejunio reprimitur, arescitque corpus, tum animus dilatatur, ac refleret: nam quantum is qui foris est noster homo corrumpitur, ait ille, tantum is qui intus est renovatur de die in diem⁵⁵; rursusque: *Id quod in præsentis est momentaneum, et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis*⁵⁶. Itaque præmium spectantes æquanimi virtutis labores patiamur: *Deo, et Patri gratias agentes, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis suæ*⁵⁷. Scilicet non ejus sine macula corpus, atque sanguinem in dies percipimus; quo quid suavius? quid delicatius? siquidem vescentibus eum pura conscientia perennis vita quæritur. Non quotidie cum Davide, aliisque sanctis Patribus consuescimus, tractandis monumentis; quæ hac animo major consolatio? Non humanitus affinium, mundique studium, abruptimus; quid hoc beatius quoque, ac sublimius? *Nostra conversatio in cælis est: unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humanitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem quæ etiam possit subicere sibi omnia*⁵⁸. Quamobrem gaudeamus, fratres, et ovemus, omni despuenda voluptate. *Omnis caro ut fenum, et omnis gloria hominis tanquam flos feni. Exortus est sol cum ardore, et arefecit fenum, et flos ejus de-*

⁵⁵ II Cor. iv, 16. ⁵⁶ Ibid. 17. ⁵⁷ Coloss. i, 12. ⁵⁸ Philipp. iii, 20, 21. ⁵⁹ Isa. xl, 6, 7. ⁶⁰ Jac. v, 13. ⁶¹ Jac. i, 12. ⁶²⁻⁶⁷ Matth. xxiv, 27. ⁶⁸ II Cor. v,

(13) Vat. sequor in quo est, ἀκολουθῶμεν, non ἡκολουθῶμεν. Sensus, non verba citat ex Matth. xviii, 37.

A cidiit, et decor vultus ejus deperit⁵⁹. At virtutis manet in ævum functio. *Tristatur aliquis vestrum? (Dei germanus inquit) oret. Equo animo est? psallat*⁶⁰. Noxio illo scelere tentatus, ut assidue tentator urget, sustineto audiens dicentem: *Beatus qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Dominus diligentibus se. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea*⁶¹, ait Dominus: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LX.

Tertiæ Hebdomadis quarta. De repentino hinc abscessu; et a fœdis desideriis accurate prohibendis sensibus animoque.

B Fratres Patresque, haud debebamus, sancto præsentis Patre ac magistro, verba facere, sed tamen pro consuetudine paulum quiddam dicamus. Ergo ætas nostra, uti cernitis, quot diebus carpitur, ad mortemque propinquamus, atque hinc abscedere necesse est, et ad Fratres Patresque jungi, ut vigil opus sit attendio, ac mens instructa. Sane historiam legi (13) audivimus diluvii atque hanc Dominicam in Evangeliiis sententiam, *Quemadmodum in diebus Noe epulabantur, potabant, matrimonia contrahebant, emebant, vendebant, et repente irruit diluvium, sic erit et in adventu Filii hominis*⁶²⁻⁶⁷. Ac fors miramur ut tum agebant securi, nec trepidi, atque timidi, igitur videamus ne quod incessimus, eodem inscii teneamur ipsi. Enimvero haud jam paratur arca, quæ centum expleatur annis, quin referta in dies spectatur, in quam subeundum est, jam quotidie mors obitur, unoquoque abeunte fratrum, nostraque hæc illorum est atrocior fortuna, ut summa adhibenda cautio sit. Nec pol veto quin edamus, bibamus, vestimentis induamur (non id equidem sentio), sed seu edamus, seu bibamus, seu quid agamus, juncta ut in Dei gloriam agamus⁶⁸, neu quam Jucæis, Græcisve, aut Dei Ecclesiæ offensionem præstemus, quod Apostolus jubet, sane cohortor, sane obsecro, fratres: *Implete gaudium meum, ut ejusdem utar verbis, quo idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, idem sentientes, nihil per contentionem nec per inanem gloriam, sed in humilitate, superiores sibi invicem arbitrantes*⁶⁹. In primisque sensus coercentor, visus, auditus, odoratus, tactus, gustatus, per quæ mors irrumpat; animus refrenator, ne ad nefaria feratur, neu fœdis nequidquam inhærescat, neu simulacra fingat vitiosa, neu scelerata desideria concipiat, unde emolumentum, ac voluptas minime capiatur, quin (14) dolor contra, et calamitas, ut usum præstemus nullum. Igitur una est in qua acquiescamus voluptas animus purus, ac vacuitas spectans

⁶⁸ Philipp. iii, 20, 21. ⁶⁹ Isa. xl, 6, 7. ⁶⁰ Jac. v, 13. ⁶¹ Jac. i, 12. ⁶²⁻⁶⁷ Matth. xxiv, 27. ⁶⁸ II Cor. v,

(14) In Vat. ὀδυνώμεθα, lege pro ὀφυνώμεθα, quod non assequor.

libidines. Quam ad voluptatem evocati, et quod e libidinum vacuitate gaudium nascatur, ne ignavia torpeamus, quin properemus, atque urgeamus serio defectum omnem studio instaurare, Deum habitari propitium : nam prope est se expectantibus Deus. Eaque obita vita, cœleste regnum consequemur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXI.

tertiz hebdomadis præparatoria. Commillendum non esse ut periculis nos obiectemus, ac de jejuniis.

Fratres Patresque, heri tempestas, hodie tranquillitas, heri tumultus, hodie quies. Sane habentis Deo gratiæ, qui et depulit periculum, et vos constabiliavit, qui infracti maneretis in expectatione minarum, hoc verorum Christianorum, hoc germanorum monachorum est, perpetuo instructos esse ad discrimen pro virtute, nihil divino antiquiæ præcepto quidquam ducere. Igitur aggressi ac locuti quæ locuti sunt hostes, recessere, non tam vobis consternatis, quam ipsi reveriti. Vobis quidem præmium Deus tribuat luculentum, qui quæ causa vexari animum induxistis ; etenim, ut est misericordiæ largus, virtutem capescentem vel ob propositum muneratur. Quanquam nec depulsum est periculum, quin hæret etiam etiamque maxime quod edicta passim a principibus eduntur ne quis hæreticæ consuetudinis sinatur exsors. Ergo audiamus Apostolum dicentem : *In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes.* *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere* ⁷⁰, quæ sententia docet nec temere nos periculis obiectare, nec rursum Dei sermonem subticere ; nam *Quod si subtraxerit se, inquit, non placebit animæ meæ* ⁷¹. Atque hæc hactenus, nunc provectum jejuniis est, ac magis magisque nos instigat nitiditer in posterum, ut cuique videatur, non tristes, aut coactos. Hilarem enim jejunatorem amat Deus. Et si cœnobiaca regula aut permittit ex sua quamque libidine regi, norma que hæc est continentiæ subditis communis, propriæ coercitio voluntatis. Igitur eximium est jejuniis, quod vitia domet, subigatque spiritui carnem ; eximie lacrymæ, quæ animum abluant, et extergeant a flagitiis, parumque comparent Deo, eximia comprecatio, quæ mentem aligeram præstet, ac contubernalem Deo reddat eximius amor, qui sua passim ad proximi frugem negligat ; eximia alacritas, quæ labores leniat, quasque juvena animum imbuat, nem molita juvenem. Quamobrem læti, alacresque simus, tempus est psalmodiæ ; prodeamus studiose, officii ; operemur sedulo, silentii ; sileamus honeste, alloquii ? alloquamur circumspecte,

atque ut semel dicam, honeste omnia, decanterque geramus quemadmodum jubemur, citra tumultum ac verborum insolentiam siti. Jam congniculationi modus adhibetor, et solemnibus versificatio pro cuiusque viribus obitor, corporis simul sanitate tuenda. Ac pacis Deus ad dierum principem, Christi resurrectionem, perductos regno augeat cœlesti, ubi non est *esca et potus, sed justitia, et pax, et gaudium*, uti scriptum est, *in Spiritu sancto* ⁷², quo large imbuamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXII.

In sanctos XL Martyres, de Dominicis imitandis suppliciis.

Fratres Patresque, quam honesta accidit nobis ab hoc monasterio secessio ; nam cur liberias nostra ex aliena censeatur conscientia ? cur præterquam quod frugem nullam facimus ? serio nos insuper multemus ; Igitur quantum licuit, ac permisit tempus indulsumus ; nunc cum tempore vocante oppugnationem pro Christo detrectarint, quemadmodum et alii nonnulli, audienda hæc vaticina sententia est : *Exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus* ⁷³. Sin alii aliter in iis faciunt, rationem Deo reddent in die iudicii ; mihi quidem per flagitium videtur his concedas, an hæreticos toleres. Cæterum videtis ut discidium hoc a mundo compulit abstractos ad miserias, ærumnas, famem, vexationem carcerem, necem. Quanquam superare in his omnibus pro studio debemus, quo nos prosequatur Deus, qui animum se conspicatus sitientem, consolidat, quo ferre pro se supplicia queat. Testimonio sunt cum alii, tum sancti XL Martyres, quorum impresentiarum egimus memoriam : nam equidem nefas dicere est natura quam nos alia præditos fuisse, sed amore Deum ex animo complexi, e calamitate robur contraxere, qui invisum corporati hostem vincerent, ac tale tantumque prællum conficerent, quod Christiani omnes celebrant. Eni vero felicem qui vel tantillum Christi suppliciis communicet, ad necem petatur, æque ac petitus ille est ; comprehendatur ut ille, contumeliis laceretur ut ille, vapulet ut ille, in carcerem compingatur, ut ille. Jam videsis et cur exaratum. *Si commortui sumus, et convivemus ; si sustinebimus et conregnabimus : si negaverimus, et ille negabit nos ; si non credimus : ille fidelis permanet, negare seipsum non potest* ⁷⁴, huic promissa ! quæ et cuiusmodi minæ ! De cætero demus operam, fratres, certemus, quæ jam Christi obita beneficio sunt, minime pudefacere, exsilia, compedes flagra. Et si haud compediti omnes sumus, haud multari omnes flagris, sed nimirum vitæ hoc societatis miseriarum quædam est societas ; nam seu unum dolet membrum, cuncta

⁷⁰ Coloss. iv, 5, 6. ⁷¹ Hebr. x, 38. ⁷² Rom, xiv, 17. ⁷³ Isa. lii, 11 ; II Cor. vi, 17. ⁷⁴ II Tim ii, 11, 12.

condolent ; seu cohonestatur unum, cuncta gratulantur. Quia simus amplius unum corpus, unaque mens, ut in unam spem acciti, et vocati, Christum caput habentes, quo, accepi Deo, cœleste regnum ineamus per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXIII.

Historicus de Christianis per Bulgariam in sancta Quadragesima ob esum carniū peremptis.

Fratres Patresque, libet hac Catechesi narratione quadam vos ad lætitiā cohortari, ea est hujusmodi. In Bulgaria, ut explorete consilii retulere, sceleratum a principe exiit edictum, fratres manu captos Christianos carnibus per Quadragesimam vesci, dictoque vitam obsequentes habere, inobsequentes perimi. Qua confirmata impii promulgatione, cœtus agitare, et fletum frequentes, ac lamenta cum uxoribus, liberisque ducere, hinc legis studio Christianæ, illinc corporalis terrore mortis, denique (heu nuntium miserandum) vioti, infami jusso succumbere. Ergo his avulsi quatuor, et decem, ex aduerso stantes, hortari ne cederent. neu obsecundarent, citraque legem Christianam carnes comessent. Quibus in verbis occurrere vulgus, et obtestari, cederent necessitati, neu temere se irent perditum, rursumque per pœnitentiā resipiscerent, at non illi credere, ac remollescere, Deum spectantes, et beatitudinem promissam. Hoc eorum Scythia perspecto implacabili obnixu, consilium capere per unum cæteros expugnandi, interfectique liberos atque conjugem Scythis mancipio tribuere, ut emolliti hinc cæteri traherentur: qui inflexi manere magis. Christianos se exclamantes, mortuique partiaris fratris, igitur in ea professione excarnificati et ipsi, in Domino decessere. Videtis'ut nunc regni Evangelium divini obeatur, quoque? *Qui amat patrem aut matrem, inquit, plus quam me, non est me dignus: et qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus* ⁷⁵; ac rursus: *Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere; sed potius timeate eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam* ⁷⁶. Ergo hi præstandis Evangelicis præceptis morem Deo gerentes, martyrii se corona obligarunt, sanctos imitati Machabæos, duplo

SERMO LXIV.

In Annuntiationem prior. De corporata Domini nostri Jesu Christi œconomia agitandisque spiritalibus feriis habitus Annuntiationis die.

Fratres Patresque, adest Annuntiatio, agiturque Dominicarum princeps feriarum: ut non hoc solum feriari sit necesse, quod vulgus hominum

⁷⁵ Matth. x, 38. ⁷⁶ Ibid. 28. ⁷⁷ I Cor. xv, 31. ⁷⁸ Psal XLIII, 22.

VARIÆ LECTIONES.

(a) Cod. οἰκονομία. (b) Cod. ἐρωτάζειν, et sic infra.

A numero: siquidem ii septem, hi quatuordecim iique ne suillam gustarent contra legem, hanc carnem ullam caperent præter normam Christianam; quod absolutius quodammodo vide quippe erat iis omnino interdicta suilla: his licet in necessitate uti; quamvis neque damnaret ait divinus Basilius, sed quia profectum erat Scythis edictum, ad religionis præjudicium cians, animum non induxerunt: quin pro Christiano amore cuncta in secundis habuerunt. O beati viros! o felicissimum mercatum! uno temporis momento quietam pacis sempiternam vero qui ad hæc respondebunt qui hæreticam consuetudinem præjudicium negeat? nam si Christianitatis præjudicium a jus carnium est, quanto magis consuetudo nefariis operata sacris? Ubi autem qui positum in imagine Christi martyris diffitentur? etenim si martyres sunt qui refugere carnium, quanto hoc illustrius martyr est, qui eum minime abnegemus? Sed tenet obsiti nimirum, tenebrosa loquuntur, vitii suis alios quoque impedire satagunt: nos qui fratres, clementem cohonestemus herum, qui cohonestantes cohonestet, nostraque etiam maria martyres ostendat, atque id serio cum a reputemus.

Quod si aspectu viles homunculi, parum duxorij, aucti liberis, cuncta præ Christi se projecere, quanto nos debemus magis, injuncto mundo extorres, ubi tempus vocet, æmulat duci sanctorum? Sed id quidem uno præstidie, ac simul Christus vocabit: nunc perste in martyrio quod in animo situm, et perenne Ne Baali accidamus, fratres, neu impetiti coram pareamus, quin ignea maligni tela extiramus lacrymis, precibus, animi quibusdam stolis, cæteris afflictationibus corporis, dicturi eum cum Apostolo: *Quotidie morior per vestram rationem, quam habeo in Christo Jesu Domino* ⁷⁷; ac cum Davide: *Propter te mortificata die æstimati sumus sicut oves occisioni* cum quibus cœlestis regni hæreditatem adepti per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

ΛΟΓΟΣ ΕΔ'.

Εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅτι πνευματικῶς ἑορτάζειν (b) ῥηθεῖσα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ.

Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες· ὁ Εὐαγγελισμὸς πάσι καὶ τῶν Δεσποτικῶν ἑορτῶν ἐστὶν ἡ πρώτη· καὶ ἡμεῖς ἑορτάζειν, οὐχ ἀπλῶς κατὰ τοὺς πολλοὺς,

καὶ κατανοήσεως καὶ σεβάσματος τοῦ μυστηρίου. Τί ἐστὶ τὸ μυστήριον; Ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἀνθρώπου ἦν, μεσίτη ἀγία Παρθένω χριστάμενος, ἐν αὐτῇ γεννηθεὶς καὶ ἐξ αὐτῆς ἐκτεῖναι (c) ναὸν (d) ἀναπλάσας, καὶ τέλειος γενόμενος ἄνθρωπος. Διὰ τί; Ἴνα τοὺς ἰσχυροὺς ἐξαγοράσῃ (e), καθὼς γέγραπται. Ἴνα τὴν ἀπειρίαν (f) ἀπολάβωμεν. Ἴνα μηκέτι ὦμεν δοῦλοι, ἀλλ' ἐλεύθεροι. μηκέτι ἐμπαθεῖς, ἀλλὰ ἀπαθεῖς. μηκέτι φιλόκοσμοι, ἀλλὰ φιλόθεοι. μηκέτι κατὰ σὰρκα περιπατοῦντες, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Οἱ γὰρ κατὰ σὰρκα περιπατοῦντες (g) τὰ τῆς σαρκὸς φρονεῖν. οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος. ἐστὶ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς θάνατος. τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη. Διότι φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἐχθρὸν (h) εἰς Θεόν. τῷ φρονεῖν τοῦ Θεοῦ οὐκ (i) ὑποτάσσεται. οὐδὲ γὰρ ἔσται. Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύναται.

Ἄρα ἐπεὶ, ὡς ἐν συντόμῳ εἰπεῖν, τοῦ μυστηρίου ἡ ἐνάμας. καὶ διὰ ταῦτα ὀφείλομεν (j) πνευματικῶς ἐκτρέφειν, καὶ πνευματικῶς ἀναστρέφεσθαι, ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, ἐν ἀγάπῃ, ἐν πραότητι, ἐν εὐφροσύνῃ, ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι, ἐν Πνεύματι ἡγίῳ, ὡς ἐν μὴ κενῇ καὶ ἀπρακτῶν τῆν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν (k) τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἐκπύλωμεν.

Οὐ μὴν ἀλλὰ ὀφείλομεν καὶ προσεύχεσθαι καὶ λυπεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ κόσμου. Διὰ τί; Ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἦλθεν, ἵνα σώσῃ (l) τὸν κόσμον, καὶ ὁ κόσμος ἀπειρῶν αὐτόν. Ἀθετοῦσιν αὐτὸν φυλαί καὶ γλώσσαι. ἀθετοῦσιν αὐτόν τὰ βάρβαρα ἔθνη. ἀθετοῦσιν αὐτόν οἱ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπικεκλημένοι τὸ ἅγιον. οἱ μὲν διὰ τῆς πίστεως ἐν διαστροφῷ, οἱ δὲ διὰ πονηροῦ βίου. Τί ἔστιν οὗτοι ποιῆσαι, καὶ οὐκ ἐποίησαν; Θεὸς ὢν, ἀνθρωπίνως γένων (m). ἔταπεινώσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπὸ κροῦ μέγρι (n) θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ἔδωκεν ἡμῖν εἶδέναι τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ πίνειν τὸ αἷμα (o) αὐτοῦ. ἤξισαν ἡμῶν καλεῖσθαι πατὴρ, ἀδελφός, κερძαλῆ, ἀδελφός, νυμφίος (p), συγγληρονόμος, τὰ ἄλλα πάντα ἢ οὐκ ἔστιν εὐκαιρον λέγειν. Καὶ ὁμοίως ἀθετεῖται, καὶ ὁμοίως φέρει. Οὐ γὰρ ἦλθεν, φησὶν, ἵνα κρῖνω τὸν κόσμον, ἀλλὰ ἵνα σώσω τὸν κόσμον.

Τί οὖν ἔστιν ἐν τούτοις εἰπεῖν, ἀδελφοί; Ὅτι οἱ γνήσιοι μαθηταὶ ἐν ταῖς ἀθετήσεσιν τῶν συμμαθητῶν λυποῦνται, δεικνύοντες τὸ τε πρὸς τὸν διδάσκαλον, καὶ τὸ πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀγαπητικόν. ὡσαύτως καὶ οἱ γνήσιοι δοῦλοι ἐν ταῖς ἀποστασίαις τῶν ὁμοδόλων τὸ αὐτὸ πάσχουσιν.

Διὰ τοῦτο προστάσσει ὁ μέγας Ἀπόστολος ποιεῖσθαι ἡμᾶς δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας (r) ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ βασιλείων, καὶ πάντων τῶν ὑπεροχῆ ὄντων. Αὐτὸς

A facit, quin cum intelligentia, venerationeque mysterii. Ecquod est autem mysterium Deo natum homine natum fieri, tanquam sequestra usum sancta Virgine, et in ea stabulatum, eodemque inde quamdam sibi molitum, hominemque factum perfectum. Quamobrem? ut eos qui sub lege erant redimeret, quemadmodum scriptum est, et adoptione donaremur, non jam servi porro, sed ingenui futuri non affectibus concitati, quin liberi, ac soluti; non mundi, sed Dei amantes, non carnaliter obeuntes, sed spiritualiter. Qui enim secundum carnem obeunt, quæ carnis sunt sapient; qui vero secundum spiritum; quæ sunt spiritus sentiunt: nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita, et pax; quoniam sapientia carnis inimicitia est in Deum: legi enim Dei non subjicitur; nec enim potest, Qui autem in carne sunt. Deo placere non possunt¹⁹.

Hæc est breviter vis mysterii: eaque de causa feriandum est nobis, et obeundum spiritaliter, pietate, probitate, amore, mansuetudine, pace, lenitate, benevolentia, animi sanctimonia præditis, ne segnem, ac inanem Domini nostri Jesu Christi procuracionem, quantum inest in nobis, præstemus.

Nec non et pro mundo comprecari tristarique debemus: Quid ita? quod venit ad mundi incolomitatem Dei Filius, mundusque eum serio repudiat, tribus, linguæ, barbære nationes, et qui augusto ejus nomine vocentur, partim fide corrupta, partim flagitiosa vita. Quid factum oportuit, neque fecit? homo effectus, qui Deus esset, se dejecit, ad necem morigeratus, ac pol Crucis²⁰; corpus vescendum præbuit, bibendumque cruorem; nec dedignatus est nominari pater germanus, caput, magister, sponsus, coheres, aliaque cuncta, quæ referre sit alienum; et repudiari patitur tamen, nam Non veni, inquit, ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum²¹.

Ἴνα κρῖνω τὸν κόσμον, ἀλλὰ ἵνα σώσω τὸν κόσμον.

D Eoquid ergo in his, fratres, dicendum est? genui nos discipulos in condiscipulorum dolere repudiis, tum præceptoris, tum condiscipulorum ostendentes amorem: idemque genuini servi in conservorum perfidiis sentiunt.

Itaque jubet magnus Apostolus obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones obire pro omnibus hominibus, pro regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt²², de se id alibi testatus in hæc

¹⁹ Rom. viii, 5-7. ²⁰ Philipp. ii, 8. ²¹ Joan, xii, 47. ²² I Tim. ii, 1, 2.

VARIÆ LECTIONES.

(c) Cod. ἐαυτῶ. (d) Cod. νατὸν. (e) Cod. ἐξαγοράσει. (f) υἱωθεσίαν. (g) Rom. viii, 5, ὄντες. (h) Rom. viii, 7, ἐχθρὰ. (i) Cod. οὐκ. (j) Cod. ὑπείλωμεν. (k) Cod. οἰκονομίαν. (l) Cod. σώσει. (m) Cod. γέγωνεν. (n) Cod. μέγρι. (o) Cod. αἷμα. (p) Cod. νύμφιος. (q) Cod. εὐχαριστίας. (r) Cod, abest prop. ἐν, quæ legitur I Tim. ii, 2.

verba: *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam tristitia mihi magna est, et continuus dotor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem* ⁸³. Viden' amoris vim? viden' culmen amicitia? Neque aliud Moses apparet Deo loquens, *Si remittis, remitte sane hanc eis noxam; sin minus dele me quoque e tuo libro, quem scripsisti* ⁸⁴.

Igitur nos quoque, ceu genuinos discipulos, non adulterinos haud nostra solum spectare par est quin et pro fratribus, totoque mundo angi, ac comprecari: ita enim accepta Deo facientes, perennis vitæ hæreditatem cernemus per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXV.

In Annuntiationem secunda. De Virginitate.

Fratres Patresque, posteaquam adest Annuntiatio, pauca quedam ex ea vobis disserere conabor, hinc ostendens virginitatis summum esse votum, quod amplecti meruimus. Nam cui Gabriel dixit angelus. *Ave, gratia plena; Dominus tecum* ⁸⁵? non sanctæ Virgini Mariæ? Ex qua corpore contracto Deus, et Verbum homine se devinxit? Non ex beata Virgine?

Scilicet virginitas est quæ cunctorum edidit vitam regina virtutum, sponsa, atque pronuba Christi. Ac, si placet, Paulum dicentem audiamus, *Qui sine uzore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uzore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uzori. Divisæque sunt mulier, et virgo: innupta cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta et corpore, et spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro* ⁸⁶. Viden' orationis vim, quemadmodum haut otium ducant nuptiæ Dominica curare, sed mundana? ut virginitati potior tributa pars sit.

Quin primas in cœlesti quoque regno obtinet virginitas: siquidem in beati Joannis Apocalypsi legitur in hæc verba: *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt* (15) *hi sunt qui sequuntur Agnum, quocumque ierit* ⁸⁷. Papæ, qua

⁸³ Rom. ix, 1, 3. ⁸⁴ Exod. xix, 31, ⁸⁵ Luc. 1, 28. ⁸⁶ I Cor. vii, 32, 34. ⁸⁷ Apoc. xiv, 4.

VARIÆ LECTIONES.

(s) Addi hic codex pluribus illis potest, qui hoc loco legunt σύχμην pro ηύχόμην. (t) Abest μου, quod penes Paulum legimus. (u) Cod. ἐξάληψον. (v) Cod. Βράχεια et πειράσωμαι. Post παρέστι deest περί. (x) Cod. κεχαριτομένη. (y) Cod. ἔστιν et sic porro. (z) Cod. βασιλεισσα. (a) Cod. μεριμνητρία. (b) Cod. βούλεσθαι. (c) Norunt eruditi, multiplicem esse tum apud Græcos tum apud Latinos et legendi et interpungendi hujus loci rationem. Retinendam porro hic eam censui, quam in codice reperi. (d) Cod. παρθενία. (e) Cod. hic et infra, οὗτοι εἰσιν. (f) Cod. Barber. omittit voces, οὗτοι εἰσιν.

NOTÆ.

(15) Deerant in nostro, quæ ex Vat. addidi.

Α τοῦτο περὶ αὐτοῦ ἀλλαχοῦ λέγων. Ἀληθεῖαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυροῦσης τῆς συνειδήσεώς μου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ὅτι λύπη μου ἔστι μεγάλη καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῆ καρδίας μου· εὐχόμην (s) γὰρ αὐτός ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν (t) κατὰ σάρκα. Εἶδες ἀγάπης δύναμιν; Εἶδες ὕψος φιλίας; Τοῦτο καὶ ὁ Μώσης φαίνεται πρὸς τὸν Θεὸν λέγων· Εἰ μὲν ἀφεῖς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, κάμῃ ἐξάλειψον (u) ἐκ τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας.

Οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς, ὡς γνήσιοι μαθηταί, οὐ νόθοι, οὐ μόνον ὀφείλομεν τὸ καθ' ἑαυτὸν σκοπεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν, καὶ παντός τοῦ κόσμου, καὶ λυπεῖσθαι, καὶ προσεύχεσθαι. Οὕτω γὰρ τὰ ἀρεστὰ Κυρίῳ ποιοῦντες κληρονόμοι γενησόμεθα ζωῆς αἰωνίου, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ ΞΕ'.

Εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν λόγος β'. Περὶ παρθενίας.

Ἀδελφοί καὶ Πατέρες, ἐπειδὴ ὁ Εὐαγγελισμὸς παρέστι, τοῦ Εὐαγγελισμοῦ ὑμῖν βραχεία τινὰ πειράσωμαι (v) διαλεχθῆναι, ἰδεῖν ὅπως ἐντεῦθεν, ὡς μέγιστόν ἐστι τὸ τῆς παρθενίας ἐπάγγελμα, ὑπὲρ ἀσπάσασθαι κατηξιώθημεν. Τίνι γὰρ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ εἶρηκε· Χαίρε, κεχαριτωμένη (x), ὁ Κύριος μετὰ σοῦ; Οὐχὶ τῆ ἁγίας Παρθένου Μαρίας; Καὶ ἐκ τίνος σαρκωθεὶς ἐνηθρώπησεν αὐτός ὁ Θεὸς καὶ λόγος; Οὐκ ἐξ αὐτῆς τῆς μακαρίας Παρθένου;

Παρθενία τοιγαροῦν ἐστὶν ἡ βλαστήσασα τὴν ζωὴν τῶν ἀπάντων. Παρθενία ἐστὶν (y) ἡ βασιλίσσα (z) τῶν ἀρετῶν. Παρθενία ἐστὶν ἡ νόμφη καὶ νυμφεύτρια (a) Χριστοῦ· καὶ, εἰ βούλεσθε (b), ἀκουσώμεθα τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ· ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. Μεμέρισται καὶ ἡ γυνή (c) καὶ ἡ παρθένος· ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ἡ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἡ δὲ γαμήσασα μέριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρὶ. Ὅρατε τοῦ λόγου τὴν δύναμιν· πῶς οὐκ ἄγει σχολὴν ὁ γάμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ τὰ τοῦ κόσμου; Τῇ παρθενίᾳ οὖν ἡ ἀγαθὴ μερίς ἀποκεκλήρωται.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν παρθενία (d) τὰ πρωτεῖα φέρεται· καὶ γοῦν γέγραπται ἐν τῇ Ἀποκαλύψει τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τάδε· Οὗτοι εἰσιν (e) οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν· παρθένοι γὰρ εἰσι· οὗτοι εἰσιν (f) οἱ ἀκολουθοῦντες

τῷ ἀρνίῳ ὅπου ὑπάγει. Βαβαὶ τῆς παρεδρίας, ἧς ἠξιώθησαν οἱ τὴν παρθενίαν ἐλόμενοι (g), οἱ συνεπόμνηοι Χριστῷ καὶ συνευφραϊνόμενοι.

Ἄλλὰ σκοπήσωμεν, ἀδελφοί, ὅτι καθόσον μέγα, καὶ ὑπερφυῖς τὸ κατόρθωμα, κατὰ τοσοῦτον καὶ ὁ λυμεῶν (h) τῆς ζωῆς ἡμῶν διάβολος ὑπὲρ πάντα τὰ πάθη ἐν τούτῳ πειρᾶται ἡμᾶς καταβαλεῖν. Καὶ ἴσους μὲν κατέβαλεν ἐξ αἰῶνος, τίς ἂν καὶ ἐξαριθμήσειεν; Ὡς δὲ ἐγὼ ἤκουσα παρὰ τοῦ εὐ εἰδότος, ἵτι καὶ νῦν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἄνδρα πολλοῖς ἔτεσιν ἐξησπικῶτα καὶ θαυμαστὸν τῷ βίῳ τοσοῦτον ἴσχυσεν ἱποσκελίσαι ὁ δράκων, ὡς μὴ μόνον ἔξαρον αὐτὸν γινέσθαι τοῦ ἁγίου σχήματος, ἀλλὰ καὶ γυναῖκα περιέχειν μοιχικῶς. Οὐ τί ἂν γένοιτο ἐλευνότερον; Καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ παρὰ τοῦ διαβόλου τεχνάσματά τε καὶ ἀποτελέσματα.

Ἡμεῖς δὲ, παρακαλῶ, ἀδελφοί, φυλάξωμεν αὐτοὺς, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, αἰδοῦμενοι τὸν νομφίον ἡμῶν Χριστόν· μὴ προδιδόντες τὸν ἐμπιστευθέντα ἡσπερὸν τῆς παρθενίας· μηδὲ ταῦτὸν πάθοιμεν τοῖς ἰχθύσιν, οἱ δελεάζονται σαρκὸς τὸ ἀγκιστρον καταπίνοντες, τὸν θάνατον εὐρίσκουσιν· ἀγκιστρον γάρ ἐστιν ἡ ἡδονὴ φθειρούσα, οὐχ ἡδύνοῦσα, θανατοῦσα, οὐ ζωογονοῦσα· ἧς βυσθεῖημεν (i) δυνάμει Θεοῦ δυναμούμενοι, καὶ πρὸς τὸ ἐξῆς ὠφθειρήμεν εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι, ἕως ἂν ἐμπνέωμεν, ἵνα νικητικῶς τῶν ἐνθόδε μεταχωροῦντες τύχωμεν βασιλείας οὐρανῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, κ. τ. λ.

SERMO LXVI.

Medii hebdomadis quarta. Pascha hoc simulacrum esse futuri et æterni, deque patientia ac fortitudinis.

Frates Patresque, jam præterequitat Quadagesima, amicusque Pascha impendente lætatur, ceu conquicturus in eo, et tanquam rude donandus multorum laborum. Quorsum hic institutus mihi sermo est? quod vita omnis nostra quasi quædam Quadagesima est, æternum intuens Pascha. Nostrum hoc quidem, etsi venerandum et ingens simulacrum tamen est illius; uti prædicant (16), Patres, siquidem hoc diecula est ac præterit, illud in comitatum æternumque est.

Uade tristitia, dolor, lamenta profugere; ubi gaudium, lætitia, triumphus sempiternus; ubi murmur feriantum, cœtusque agitantum corona, et jugis spectaculorum lucis; ubi felix Christianorum prandium, perennibus bonis referta mensa, potus novitius, de quo ait Christus: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, dum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei* ⁸⁸. De quo regno in cœlos abiturus di-

A prærogativa sunt affecti qui virginitatem complectantur, ut Christum triumphabundi comitentur?

Quanquam reputemus, fratres, quam ingens et incomparabilis functio est, tam nos, vitæ pestem, diabolum præ cæteris sceleribus hoc prosternere moliri. At quot in omni memoria prostraverit quis enumeret? certe in Asia nunc quoque, ut de quodam intellexi probe conscio, quemdam compluribus anni exeroitum, vitaque memorabili, tam profligate dejecit, ut non sacrum modo negarit habitum, quin mulierem adulterio circumductet: quo quid miserabilius? Atque hæc diaboli sunt artes et facinora.

B Nos quidem, fratres, cohortor, ceu oculi se quisque pupillam tueamur, sponsum reveritæ Christum, neu creditum virginitatis thesaurum prodamus, idemque patiamur quod pisces, qui carunculas inescatione hamum glutientes, se induunt in mortem; namque hamus est voluptas perditæ, non jucunda: lethifera, non vitalis. Qua divinis viribus firmati liberemur, et in futurum sinceri, ac insontes videamur, dum spiritum ducamus, ut ovabundi hinc profecti, cœleste regnum ineamus, per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

scipulos alloquitur in hæc verba: *Vado parare vobis locum, et si abiero paratum vobis locum, iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis* ⁸⁹. Ac rursus: *In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me et ego in vobis. Et alibi: Pater quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi; quia dilexisti me ante constitutionem mundi* ⁹⁰. Quæ non ad apostolos solum, quin ad nos pertinere quoque hæc ejus est sententia: *Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint* ⁹¹. Quid his consolabilibus verbis? quid reverentius? quam non emolliant mentem? quem animum non pungant? Vel lapidem fors naturam, dicat quispiam, nedum cor humanum. Atque hæc cogitantes tulere quæ tulere sancti, ærumnas pro gaudio ducentes, res arctas pro amplis, certamina pro deliciis, exercitationes pro quiete, necem pro vita: igitur nos quoque, qui idem urgemus stu-

⁸⁸ Matth. xxvi, 29. ⁸⁹ Joan. xiv, 3, 4. ⁹⁰ Joan. xvii, 23, 24. ⁹¹ Ibid.

VARIE LECTIONES.

(g) Cod. ἐλώμενοι. (h) Cod. ὀλυμειῶν: Barberin. omittit artic. ὁ. (i) Cod. βυσθεῖημεν.

NOTÆ.

(16) Nazianzenum lege Orat. εἰς τὸ ἅγιον Πάχα.

dium, pariterque quærimus Pascha; præsentia, cohortor, animose, ac fortiter feramus, non labantes, non ignavia torpidi, quin fervidius exciti; observantes et improbum serpentem qui varietatem in nos exerceat vitiorum, in angelum se lucidum diffingat, res insolenter convertat, tenebras lucem, amarum dulce ostendet. Sic decessorem inescavit Adamum oculis præstrictis, ac formosum molitum quod formosum non esset atque hinc per esum pomario proscripsit. Nos quidem certe usus quis sit edocti, scilicet impostor, haud prodeamus Dei præceptorum pomario neu præbendo fructu formoso, aciem eo mentis, aut corporis dimittamus, posteaquam inescamur, sed obtulum omni ope fugiamus. Ecquis est autem fructus qui formosus appareat? studium carnis, pravum noxii cujusque vitii desiderium. Quorum detrectando periculo, incolumes evademus, et Pascha in ævum cum sanctis obeamus, per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXVII.

Mediæ hebdomadis sexta. Vitiis obire, ac virtutibus reviviscere, id demum esse feriari quotidie Dominique Deo Pascha agitare.

Fratres Patresque, dies imminet Paschæ posteaquam Deo duce medium jejunium præterimus. Sed quid autem properamus Pascha occupare, quod adeat, abeatque? non id annorum permultis egimus curriculum? Igitur præsens transibit quoque; nihil est enim in hoc sæculo constans, quin dies umbræ labuntur instar, vitaque nostra ceu pernix eques decurrit, dum urgeamur ad metam. Quid? annon, ait, amabile Pascha est? sane, fateor amabile vel in primis, sed quod in dies obeatur. Quodnam? expurgatio scelerum, contritio cordis, lacrymæ ab compunctione profectæ, puritas conscientiæ, terrestrium carnificina membrorum, adulterii, impudiciæ, libidinis, noxii desiderii, ac quæ aliæ sunt fanaticæ noxæ. Quæ qui paraverit, non in annum semel, sed, ut sic dicam, quotidie Domino peroptabile celebrat Pascha; at qui non habeat quæ dixi, vitiisque regatur, ne is feriandi sit impos: nam qui ferietur, cui Nunem ingluvies, qui carnis flagret libidinibus, qui invidia tabescat, qui immersus avaritiæ, qui ambitione possessus, qui aliis involuti sint facinoribus? nisi quis dicat sane et febricitantem valere, et naufragum vehi prospere. At non id ratio fasque patitur, nequit enim qui in tenebris versetur collustrari, nec qui sceleribus bacchetur feriari. De vobis quidem spondemus meliora conjunctaque saluti. Scilicet non aliud vita nostra est quam festi apparatus: nam videsis quæ obeantur, psalmodiam excipit psalmodia, lectionem lectio, meditationem meditatio, comprecationem comprecatio, quasi quidam agens nos, Deoque con-

serens orbis. Quam hæc vere splendida, et eximia vita est! quam beata, ac præfelix! Igitur demonstrato quod quærimus Pascha, serio id urgeamus, fratres venerandi, et obeamus assidue pro virili, vitiis extincti, ac virtutibus redivivi, instar Dominis; siquidem luit pro nobis supplicium, exemplar quoddam relinquens, quo vestigia sequeremur sua. Neque hæc dissero ut aliorum iudices flamus (nam suum quisque onus geret), quin perspecto, quod divinitus habeamus, beneficio, grates agamus præbitori, honoremus beneficium, vicem hero reddamus, qui non solum præsentia tribuerit, sed eincere se ad extremum colentibus bona insuper sit promissa daturus, æternum illud, et celeste Pascha: quod adipisci omnes contingat Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio: cui gloria: et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXVIII.

In Ver. Oportere nos renovari in antiquum per incurrentium aspectabilium, et inaspectabilium tentationum tolerantiam.

Fratres Patresque, hieme profligata, et appetente vere, omne hoc universum refflorere videmus, hoc est, stirpes floridas, terram virescentem, aves murmurantes; cætera novitia cuncta, in iisque gaudeamus, ac Max. Opt. molitorem Deum laudamus: qui hanc rerum naturam in annum reparat et convertat, neque injuria. *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna ejus virtus et divinitas*⁹². Quamquam haud hic consistendum est nobis, quin ulterius eundem, intraque nos summæ rerum contemplanda ratio. Quinam? renovationem hanc habere hiemem causam: neque enim ad venustatem tetenderit, ni ante nives, imbres, ventos subierit. Ad eundem modum animus quoque ni ærumnarum prius miseriarum, discriminum quasi quadam conspersus nive sit, nequaquam se induit in florem, aut fructificat: passusque, et fructificat, et felicitate fruatur divina, quemadmodum scriptum est: *Terra enim sæpè venientem super se bibens imbrem; et generans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a Doo*⁹³. Igitur et nos, fratres, omnem patiamur ærumnam; omnem miseriam, omnem incurrentem aspectabilem et inaspectabilem tentationem, ipsum hoc quod ducimus jejunium, esurientes, sitientes, cæteris afflictationibus ferendis, quo fructificemus felicitateque divina fruamur. Neque id duntaxat, quin ad epulas Jesum inviteamus; ut enim mundi nos oblectamur spectaculo, ita is animi pulchritudine nostri. Jam qui sunt fructus? amor, gaudium, pax, lenitas, benignitas, beneficentia, fides, mansuetudo, continentia: hæ huic epulæ, hæ invitatio est. Ac felicem qui eum pascit, ab quo vicissim perennibus bonis pascatur, felicem qui invitet, abs quo in cælesti regno redin-

⁹² Rom. i, 20. ⁹³ Hebr. vi, 7.

vitetur. Vah, qui hic tecto capiat regem, gaudet ac triumphat; quo magis qui regnum Regem, Dominum dominorum ? capi quidem hæc ejus indicio est sententia : *Ego et Pater veniemus, et apud eum mansionem faciemus* ²⁴. Ac rursus : *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me, qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum* ²⁵. Quibus editis promissis, non feramus modo, quin læti omnia feramus, tam præsentia, quam quæ rumoribus jactentur, atque metuantur, audientes Apostolum dicentem : *Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod Ecclesia* ²⁶ ; divumque Jacobum : *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum a tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat, ut silis perfecti et integri, in nullo deficientes* ²⁷. Viden' ut tentationes gaudio, ac voluptati sint ærumnæ; ita enim sunt quæ negotiatione quadam divina commutentur, atque id vitæ institutum sancti iniere. Quo nos quoque obeundo nisu, ac renisu, et eorum vestigiis grassati, cœleste regnum eriscemur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium sem Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXIX.

In divi Platonis memoriam. Qui in ærumnis ac miseris vitam transiere, incredibili alienaque dolori voluptate frui.

Fratres Patresque, cum homini omni sermone, remve ineunti ærumnæ in primis, et difficultas queritur, tum extremo certamine gaudium ac lætitia. Sans lacrymabundus, secundum carnem, rusticus *erit*, exsultabundus metit, profectusque in prælium miles lugere solet, ovabundus redit : igitur ad metam nos quoque evecti continentiæ, priorum afflictationem laborum minime recordemur, læti præsentibus, Herumque laudantes. Quin splendens et in posterum studiis præclaris; nam equidem testor jejunii tempus egregie obivisse, sine pæna, citra tumultum, morigeros probe compunctos, suum quemque officium satis superque *functos*. Ac grates præpotenti Deo, qui vires *contulit explendi*. Idemque, fratres, exemplar capiamus sub hujus exitum vitæ, cum a sua quisque functione cessabimus, vitæque nostra Christus pateflet, Deo, et Patri regnum traditurus, auctoribus Scripturis, omni extincta potestate, imperio, potentia; siquidem haut tum sancti supplicia, ac pro virtute sentient certamina, quin incredibili, alienaque dolori voluptate in ævum perfruentur. Quinam ii; præ lege illustres, et in lege Patres, valesque Abrahami, ac Mosi instar; in gratia, beati Apostoli, laureati martyres? omnis sanctorum chorus, ac præ his insuper.

²⁴ Joan. xiv, 23. ²⁵ Ibid. 21. ²⁶ Coloss. i, 24. ²⁷ Jac. i, 3. ²⁸ I Tim. vi, 10.

(17) Constantinum intelligit, juniorem Irene imperatricis filium, de quo infr. Cat. 74.

A Eximius Præcursor, quem in (17) adulteri reprehensione regis Pater imitatus Plato est, cujus hodie memoriam celebravimus. Ὁ μέγας Πρόδρομος, ὃς μιμητῆς ἤξιώθη γενέσθαι ἐν τῷ ἐλεγμῷ τοῦ μοιχεύσαντος βασιλέως Πλάτων, ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν, οὗ δὲ τὴν μνήμην σήμερον ἐορτάζειν ἠξιώμεθα. FABRIC. loc. cit. pag. 280.

Cumque egregii magistri cogat necessitas egregios esse et discipulos, cognoscendo ex arbore fructu, hortor, et obtestor, gradiamur nos quoque eadem norma, iisdemque vestigiis, quibus tum ille, tum cæteri Patres fratesque de studio monastico, ac confessione quæ incumbat, remittentes nihil :

Jam enim audieritis Ἡδὴ γὰρ πάντως ἠκούσατε τί πέπραχεν Ἀλέξανδρος ὁ δύστηνος. Ἐξηρνήσατο καὶ τὴν ὑποταγήν, καὶ τὴν ὁμολογίαν. Καὶ πόθεν τοῦτο πέπονθεν, ἀλλ' ἦ ἐκ τοῦ εἶναι αὐτὸν μεμονωμένων, ὃ πολλὰκις ἐγκαλῶ τοῖς μεμονωμένοις, ἐκ τοῦ φιλάργυρος γενέσθαι κατὰ τὸν Ἰουδαν. Ἀμφοτέροι οὖν προέδωκαν τὸν Κύριον τῆς ἰλλε Judæorum gregariis δόξης, ὁ μὲν τοῖς Ἰουδαίοις, ὁ δὲ τοῖς ἡμόφροσι τῶν Ἰουδαίων εἰκονομάχοις. [FABRIC. Bibl. Græc. Harles, 281.]

C Ut merito Apostolus clamet, *Radix omnium malorum est avaritia, quam quidam appetentes erraverunt a fide, et confixerunt se doloribus multis* ²⁸. Neque hic possum quin plerosque vestrum haud abs re equidem tangam. Quamobrem? quod ambitione, ac primatu homo futillis caperetur, ludicroseriam ei noxam comparatis, quasi quodam Pontifice eo creando. Quod is ludicrum, diabolo plenus, extulit in opus : indeque quod infortunium contraxit? *ſidei naufragium fecit, merces amisit virtutis, contristavit nauci nos quoque, Dei Ecclesiæ fraudem, quantum in se est, attulit. Sed benignus Deus qui obrutam interitus profundo mentem educit, tandem aliquando eum facti poenitentem revocet a lapsu, et temeritas, ac futilitatis gratiam vobis faciat, omnesque nos in suum cœleste regnum conservet, per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.*

SERMO LXX.

In Quadragesimæ finem. De cunctis patiendis supplicis, et Domini ac sanctorum imitatione.

Fratres Patresque, fors contristaverit vos superior catechesis, agitari in nos pericula professa. *Sed quia hæc locutus sum vobis, ait Domi-*

nus, *tristitia implevit cor vestrum; sed ego veritatem dico* ¹. Apostolus rursum: *Mihi quidem haud dictu molestum, vobis præsidio est* ²; itaque, cohortor, spiritali omni præsidio firmemur. Ac si in opus rumor prodeat, Deo duce, occurramus quam fortissima; sin minus, ne sic quidem alienum frugi futurum est, benigno Deo apparatus eum probante citraque plagas, et labores propositum munerante. Cæterum jam in extremis Quadragesima est, tempusque insignem attulit coronidem, id est, vitium Servatoris recordationem vulnerum unde est qui vel maxime consolatione fruamur. Nam si Herus Deusque pro peccatis nostris est comprehensus, quid magnum si nos quoque, inutiles servi, pro eo comprehendamur? si nexus ille, ac constrictus, in custodiam ducitur, quid novum si et nos idem quod herus patiamur? enimvero vel permolestum est nequaquam hæc contingere. Quin si vel vapulare necesse est, vapulemus, si vel pugnis accipi, pugnos, si vel consputari, apata; si vel necem denique obire, illustrem patiamur necem. Ac beatum qui vel partim Christi suppliciiis communicet; hoc felicitas est, hoc immortalitas. Non audimus quid Apostolus dicit: *De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto* ³? Ac sit diceret: Nemo me contemnit, nam equidem Regis Opt. Max. in meo corpore insignia fero. Talis erat cum beatus Ignatius, qui deiferum se vocavit, quod Christi in se supplicia ferret, tum divus Eustratius, qui in tormentis vociferatus diceret: Nunc scio in me vivere Christum. O beatissimas voces! O ter felicissimos animos! Quorumnam vero agimus memoriam? quorum celebramus natales? quibus lana augusta molimur; quorum veneramur reliquias? non martyrum? non confessorum? non sanctorum? Qui hic tanta aucti gloria, dici ac cogitari nequit, quanto et ejusmodi splendore in futurum sæculo fruuntur. Hæc illa est egregia negotiatio; hic ille felix contractus, exigis laboribus ac certaminibus æterna et immortalia parare. Quos imitemur, fratres, nos quoque, ac cum augusto sanguine nostrum miscemus; etenim potest; nam nec dispar natura est, nec mutatus qui dicat: *Videte, videte quia ego sum, et non sum mutatus* ⁴. Ex æquo omnes deamat, pro omnibus defanotus, inconsumptum quoddam omnibus delirium propositum omnium salutis amans, æque ejus sunt divitiæ. Siquidem *Dives*, inquit, *in omnes qui invocant illum* ⁵. Igitur eum in presentibus invocemus, et vires ac robor animis largietur amplectamur, et hostes nostros aspectabiles, atque inaspectabiles nauci præbebit, præstolemur, ac nos resurrectionis mortuorum die, et adventus coronabit, quem et insontes prævertamus, ac pro tribunali sistamur inculpato, defensione obita præclara per Christum Jesum Dominum nostrum: qui gloria

et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXI.

Lazari Præparatoria. Cavendum nobis esse a diaboli vafrilitate, ne secessionem agitemus.

Fratres Patresque, Domini in Evangeliiis hæc sunt verba: *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum, ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua* ⁶; idemque parum adfuit quin nobis quoque seret nauci. Verum haud permisit ter Optimus supra vires afflicti, quin cum periculo præbuit et exitum, quo perferre valeremus. Neque vero quid sentiam nescitis: equidem fratrum vestrum in ærumnis connixum, ac conspirationem probo, ut acceptum Deo, at frugi, ac laudabilem, secundum hoc Apostoli ellatum: *Eccæ enim hoc ipsum, secundum Deum constristari vos, quantum in vobis operatum est sollicitudinem? sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio* ⁷. Scilicet ea verorum leuloni est affectio, quam et ratio desiderat: ait enim: *Sive patitur unum membrum compatiantur omnia membra* ⁸. Ac tuere, sodes diaboli studium et industriam, quemadmodum ceu leo rugiens oberret, vestigans quem devoret, quem intercipient, seu partim, seu solido: siquidem partim potitus, minime conquiescat, quin in pejus properet semper, dum peccati exigat mortem. Exempli causa, tenta in primis qui accessum patiamur, tum autem ut viliosum animo loquamur ita pollutam porro mentem et infectam, habitu demovet naturæ, amentem, brutam cæcam molitus, qua ambiat nefaria, pro luce teuebras, amaritiam pro dulcedine, mortem pro vita. Atque hæc comparata est tentatoris in nos peelia. Cæterum nos, fratres, animos omni ope tueamur, nequaquam looum diabolo dantes, qui negantes illicet accessum, sin vincamur, quod proximum est ne polluamur. Sin id patiamur quoque, ne immoremur, atque id peccati perpetrationem devolvamur; quod evenire ex præsumptione solet, ac veterum recordatione rerum. Sed præsumptionem, rerumque novitiam, et tanquam reducem usurpationem fugiamus: nam cogitatione indidem versari quid aliud est quam mente in Ægyptum reverti? Atque id secundum exteriorem hominem cavendum est? secundum interiorem, quæ Apostolus jubet: *Omnis sermo mulus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus, ad ædificationem frugi et utilis ut det gratiam audientibus, et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia; estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit novis* ⁹. Præterea secessionem fugiamus quoque, ut

¹ Joam. xvi, 6. ² Philipp. iii, 1. ³ Galat. vi, 17. ⁴ Malaob. iii, 6. ⁵ Rom. x, 12. ⁶ Luc. xx, 31. ⁷ II Cor. vii, 11. ⁸ I Cor. xii, 26. ⁹ Ephes. iv, 29-32.

auctores lapsuum : hem, intra caulam sunt fratres, tu extra es? in silentio fratres, tu gannis? dormiunt fratres, tu huc, illuc damnatis vagare locis? hinc illæ noxæ, hinc ruinæ. Quid segregè fit ove? non prædæ est feris? ad eundem modum et qui e fratum contubernio secedat. Sed nequaquam sic, fratres, nequaquam, quin ornate omnia, decenter, accurate, serio gerantur, quasique in oculis divinis, qui occulta æque, ac aperta, et diurna, nocturnaue speculetur, nec corporis juxta et animi motus omnes nesciat; quo sic nullam Judæis, Græcisve, aut Dei Ecclesiæ fraudem comparemus. Atque hæc hactenus, nunc cum finem habeat Quadragesima, Deum laudemus qui firmatos in ejus laboribus perfungi ea tribuit in abiit molestia, manet præmium, tenuatum est corpus, animus pinguefactus. Equidem tum pinguescatis, tum consecramini magis magisque, solidaque mens, et animus, atque corpus in Domini nostri Jesu Christi adventum irreprehensa servantur, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem.

SERMO LXXII.

Hebdomada majore de salutifero supplicio, deque submissione ac patientia, doctrina.

Fratres Patresque, sacer est hodiernus dies atque venerandus : etenim hinc auspicatur herus pro nobis supplicia sustinere crucis, ut fert hoc Davudicum dictum : *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum, adversus Dominum et adversus Christum ejus*⁹? siquidem convenere simul sceleratum in Dominum consilium agitantes ac negalem veterator Judas, discipulus, fraudulentum suavitè prodit. Ergo trahitur vincit arboriter, cunctorum iudicis assistitur, interrogatur, respondet, respondentem (o historiam horrendam) pugnum ingerentem servum leniter compellat : *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me cædis*¹⁰? verborum insolentia petitur, illuditur, subannatur, contumeliis laceratur, inspuitur, colaphis ceditur, vapulat, crucem conscendit, conscensa, pro interfectores precatur : *Pater dimitte illis peccatum, non enim sciunt quid faciunt*¹¹; potum fel aceto temperatum ducit, perforatur lancea, denique moritur immortalis. Hæc sunt, ut summatim dicam, Heri supplicia : eaque qui inaudiat catus, non irascitur, non irritatur, non efferatur, non intumescit, non fratrem calcit, non invidet, non ambitione ducitur, quin submissus, ac contritus, terram se cineremque putat, societatem desiderat Christi suppliciorum, mortuo satagit conformari, quo in resurrectione participis fiat gloriæ. Vos quidem certe et communicavisse partim, et communicare Dominicis suppliciiis par confidere est, nam videte ubi sitis. Non ob ejus sermonem et testimonium in exilio ac persecutione? non olim pericu-

lum quoque compedum fecistis? non per ludibrium cruorem effuditis? aliquot athleticè fratres obiere? Igitur hic nobis Dominicus triumphus, munusque suppeditat. Quoniam vero ad extremum felicitas secuta nemini est, tum quod facilis conversio est, tum etiam quod incertum quid cras paritum sit, cohortor, state in Domino inflexi, et invicti, ceu uno in animo unaque mente, pariter evangelicam fidem propugnantes, nulla in re ab adversariis exterriti, aut offendiculum præbentes, quin Dei ministros undiquaque probantes, obedientia, submissione, mansuetudine, lenitate, patientiam multa, nam : *Patientia, inquit, vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem; adhuc enim modicum aliquantulumque, qui venturus est venit et non tartabit*¹². Et quid autem ringimur ærumnis, ac non potius inducimus animum pro Hero in dies mori? siquidem scriptum est : *Si commortui sumus, et convivemus; si sustinemus, et conregnabimus; si negaverimus, et ille negabit nos; si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest*¹³. Jam quod sensuri sunt gaudium sancti cum venientem cœlitus Herum spectabunt magnificè angelis stipatum, qui se cum incredibili triumpho coronatum vocet, contubernalis porro in omnem perpetuitatem futurus? quem habituri sunt dolorem qui Evangelium detrectarunt, jussaque repulere qui quidem pœnas dabunt, auctoribus Scripturis : *Exitum perenne a facie Domini, et a gloria virtutis ejus, cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt*¹⁴. Quæ contemplati, ac reputantes, fratres, magis magisque a cunctis corporis animique nos inquinamentis purgemus, sanctimoniam obeuntes in Dei timore, avidi in melius, nitentes in perfectius, vitia perosi, virtuti cohærentes, pro fraterno amore invicem benevoli, honore alter alterum præferentes, haud studii segnes spiritu ferventes, Domino servientes, spe gaudentes, in ærumnis tolerantes, precibus instantes qua sinceritate præditi, tum imminens digne Pascha obeamus, tum bonis frui peræquibus mereamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXIII.

In hebdomadam majorem. De Domini Herique nostri Jesu Christi supplicio.

Fratres Patresque, cum alias semper Domini nostri Jesu Christi supplicia ad mentem revocata animum pungunt et extimulant, tum his maxime diebus, cum finem singula cœpere. Quænam hæc autem sanguinarium in eum consilium, Judaica comprehensio, ad necem ductatio, causæ pro tribunali Pilati dictio, interrogatio, castigatio, colaphi, sputa, contumeliæ, ludibria, crucis consensus, manuum ac pedum suffixio, fellis degustatio, ictus lateris, et quæ cum iis alia micuere, nec capere queat mun-

⁹ Psal. II, 1, 2. ¹⁰ Joan XVII, 23. ¹¹ Luc. XXIII, 34. ¹² Hebr. X, 37. ¹³ II Tim. II, 12, 13. ¹⁴ II Thess. I, 9, 10.

stomachatus nemo est, ærumnisve tolerandis matatus, quin ait David: *Tribulatio et angustia invenerunt me, mandata tua meditatio mea est* ²³; et Jeremias: *Non sum te sequendo defessus, et diem hominis non desideravi* ²⁴. Apostoli vero hæc sunt verba: *Libentissime gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi: propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo: cum enim infirmor, tunc potens sum* ²⁵. Idem nobis studium ducendum est, dicendumque socium habentibus Christum, ac commilitonem in conflictibus, quippe *Haud te deseram*, inquit, *neque relinquam* ²⁶. Cæterum si pro nobis Deus est, quis contra nos? Jam si vulgus hominum gaudet pro caduco pugnare rege, quanto nos magis pro supermo decertare, et in arenam, descendere? Igitur ei proposito insistamus, fratres, seu ingruat tentatio seu non ingruat. Quanquam imminet ab hoste perpes, si minus conspicua certe invisæ, positæque sunt in tentatione coronæ, et in bello victoria, ac qui gravia sit perpeusus, næs is præmia quæ referat ingentia, nos quidem hac e vita ovabundi profecti, vitam cum sanctis perennem ineamus per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXV.

Committendum non esse ut licentia abutatur, qui Christianam ineat vitam, gratulandumque subeandis molestiis, præmium intuentibus futurum.

Fratres Patresque, equidem vellem unumquemque vestram coram spectare omnesque impertiri pro viribus sermone qui vestram elaborem salutem, ac prefecturæ timeam periculum, sed posteaquam minime id oppugnatio permittit cohortor tum conjunctos, tam devinctos pariterque cunctos circumspicere sibi cavere, tam indidem in hospitio quo utamur, quam ubicunque locorum versemur, nihil citra constitutum facientes; non licentia alter in alterum abusi, non colloquia cum pueris crebra agiantes, (tantum abest ut cum mulieribus dicam) quia ubi necessitas cogat videre alloquive cauti, qui mentem surrigamus, et oculos dejectemus; *nam sicut Litteræ: Virginem ne contuere, neu cum paltria consuesce, ne forte scandalizeris in supplicis ejus* ²⁷.

Omninoque ceu Deum habentes præsentem ac motus omnes, et actiones corporis, animique tuentem, sic degitote, atque obitote, quem in locum secretus quisque est gratulati et subeundis discriminum molestiis, qui repositam speculemini mercedem, neque enim injustus Deus est ut facinus vestrum ac laborem sit oblitus amoris quem erga eum testati estis ex quo primum secessionem fecistis; qui mundo, et mundanis relictis, parentibus, patribus, stirpe, patria, corpus insuper ad certamen

²³ Paal. cxviii, 143. ²⁴ Jerem. xviii, 16. ²⁵ II Cor. xii, 7, 10. ²⁶ Jos. 1, 5. ²⁷ Eccl. ix, 5. ²⁸ Hebr. xi, 13.

objectis qua obedientiæ, qua confessionis, quæ in cumbat, scilicet quam illustris professio vestra est, tam illustris præmium non mundanos cernitis atterantur, atque afflicentur, hi agricolationem urgentes, publica stipe, et exactionibus gravati, ut ægre potum sibi, ac cibaria procurent, illi militia terra, marique perfuncti, bello lacescentes, atque lacescunt, cadentes cæsique? quorum nos omnium immunes, vivo veroque Deo servimus. Non ut aliud nullum suppetat, vel hoc satis est ad voluptatem, gratulationem, triumphum? sane observo, fratres. Ut circumspicere insuper sit vivendum, qui ornate cuncta, decenterque obeamus, abstinentes, et corporis libidines, quæ cum animo conflictentur, primo incursu repellentes mentisque puritatem parantes, quo sincere hinc profecti, bona ineamus æterna per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu nunc et semper in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXVI.

De mortis recordatione odioque mundi, ac munda-
riorum.

Fratres, Patresque, quam eximia Catechesis, quam frugi admonitio est? quæ intentos ad officii functionem, vigilesque præstat. Id adeo facere negligamus nunquam, neu cessemus a cogitatione, et amore divino ac corporis dejuncto; siquidem paulo post dejungemur, ac moriemur quemadmodum cuncti majores, in alium mundum aliud ævum, aliam abituri vitam, immensam, et infinitam. Nostra hæc sane instar somnii, umbraque est, quæ exiguis terminetur annis. Nec spatium consequamur oculis temporis quantum longissimum ab orbis fabrica ad sæculorum pertinet deorsum, quin cujusque vitam, quemadmodum ad Davidicas pervecta metas, atque id in perpendis, minime ulterius tendat. Hæc enimvero arbitrati omnes obivere sancti, hac spe, ut Apostolus testatur, decessere: *Non acceptis repromissionibus sed a longe eas aspicientes, et salutantes, et confidentes; quia peregrini, et hospites sunt super terram, qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et siquidem ejus meminissent de qua exierunt, haberent utique tempus revertendi, nunc autem meliorem appetunt, id est cælestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum; paravit enim illis civitatem* ²⁸. Hæc urbs nostra, hæc patria est, hic Patres fratresque, nostri, spirituales ac carnales. Jam quid amplectendam porro hanc temporariam vitam ducimus? quid in ejus studio quasi quibusdam clavis desigimur? quid irrevulsi ad exitum luctamur? Amentum est nolle ab exsillo redire domum aut e bello in pacem restitui. Nos quidem, charissimi fratres ceu prudentes, et qui secessionem eapte causa fecerimus, mundo mundanisque relictis, vel vitam meditationem quam-

dam obitus præstemus, qua meditatione cunctam exigamus libidinem, segnitiam, torporem, ignaviam, vitiositatem, quo sic Deo accepta facientes, bona eriscamur æterna, per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXVII.

De vera, ac genuina obedientia, et confessione, studioque Dei præceptorum.

Fratres Patresque, aliud vestrum carnale est demensum ; aliud spiritale, illud porrectum ab œconomo, in cibis, potu, vestimentis locatum hoc a me nauci, in sermone, doctrinaque situm. Atque ut illud necessario præbetur, ita hoc necessario debetur quoque ut nihil faciam magnum, qui hæc vobis segmenta ac mendicabula disseram verborum, quin tremam et extimeam, ceu rationem daturus animorum vestrorum non regi, præsi imperatori, sed omnium judici, atque Deo, cui congenulabunt universi, cœlestes, terrigenæ, subterranei cunctæque laudes peragent linguæ, qua in cogitatione pave-scant illustres vita, ac sermone sancti nedum infelix ego. Verum opitulamini obsecro, vobis juxta, mihique, ut amantes fratrum, virtutis functione vobis, precibus mihi etsi mea est vestra functio, atque e contrario, posteaquam corpus unum ac membra sumus vicissim, et sive patitur unum membrum, ait ille, *compatiuntur omnia membra sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra* ³⁹. Et par est sane ; ut vestrarum ego rerum satago, sic vos mearum satagere ; nam ego in vobis, ac vos in me estis, pro studio et amore, eaque norma veræ fraternæ reipublicæ cœtus describitur. Ergo obedientiam mihi vestram in-ignem genuinam servate (non illam cauponaria fide) in qua nati, educti, adulti Dei beneficio ad confessionis divinæ culmen evasistis, primis alterisque periculis defuncti, non reges timulistis, non magistratus expavistis ad certamina, plagas, exilia, compedes, supplicia, expediti, celebritatem peperistis, ut omnibus perspectum est, quamobrem ne committite, fratres, ut hanc vostram virtutem prodatis, neu infamiam gloriæ quærat, neu extimium nomen in fœdum vocabulum vertatis, quin superioribus sequentia egregie superstruite, undiquaque muniti ; intus, extraque divinis tecti præceptis, tentationem omnem et ærumnam vincentes, atque superantes, certi hoc quoque adhuc nos in acie, ac periculis versari, ignaros quid cras pariturum sit. Quanquam si pro nobis Deus est, quis contra nos ? qui Filio non peperit, quin pro nobis omnibus præberetur, scilicet non cum eo cuncta largiatur ? sic sperate, sic præsidite. Eaque spe, et fiducia grassati, nihil dubito quin sanctorum in cœlesti regno cohæredes sitis, ac partiarum futuri

A per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem, Amen.

SERMO LXXVIII.

De audiendis serio sacris Litteris.

Fratres Patresque, et omnes homines cum aures habemus oculosque, tum minime omnes audimus, ac videmus, nec nisi auriti et perspicaces. Ergo ait Dominus in Evangelio, *Qui habet aures audiendi, audiat* ; ³⁰ ac de inobsequentibus vates : *Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant* ³¹. Quamobrem necesse est quæ legantur serio, non leviter et obiter audire, ne in minas incidamus, sed hoc usurpemus scriptum : *Disciplina Domini aperit mihi aures* ³². Equidem qui sic audiat, inaudit, compungitur, purgatur, illustratur, ovat, exultat, ut fert Davidicum carmen : *Exsultate, justi, in Domino* ³³, cuncta hæc umbram æstimat fugacem, omniaque pro sterco-ribus ducit, quo Christum lucretur, exempli gratia, audit discipulos alloquentem : *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos modicum, et mundus me jam non videt ; vos autem videtis me quia ego vivo et vos vivetis* ³⁴ ; et rursus : *Ego sum vitis vera, vos palmites* ³⁵. Iterumque : *Vos amici mei estis, si feceritis quæcunque ego præcipio vobis.*

Jam non dico vos servos, quia servus nescit quid faciet dominus ejus ; vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audivi a Patre meo nota feci vobis ³⁶. Et alibi : *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, et ego dispono vobis testamentum æternum, ut edatis, et bibatis in æternum super mensam meam in regno meo* ³⁷, hæc, aliaque similia Dei audiens studiosus, non lætatur modo, quin mori christo quotidie animum inducit. Sane id institutum cuncti iniere sancti et his studiis quasi quodam celebri triumphosum Dei desiderium ostentant, quippe ait Jeremias : *Non sum te sequendo defessus, et diem hominis non desideravi* ³⁸. David quoque : *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi ? calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo* ³⁹. Apostoli vero hæc sententia est : *Nobis donatum est a Deo, pro Christo, non solum ut in eum credamus, sed ut etiam pro illo patiamur* ⁴⁰. Nec Apostoli secus : *Verberati, inquit, gaudebant, quoniam digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati* ⁴¹. Breviter iis vocibus omnes suum Christi studium demonstrant. Igitur audiamus, fratres, nos quoque quæ dicantur acuta, et amabilem Deum studio, ac amore prosequamur, assidue pro cunctis quæ in nos contulit bonis gratulantes, quos in primis ad salutem delegerit in monastici sanctimoniam voti, tum autem orthodoxa fide præditos, nec palabundos colere se, atque venerari concesserit ; nam quot fraude, astutiaque mortalium impulsus sunt in errorem, ac fuci plausibilitate decepti ?

³⁰ I Cor. xii, 26. ³¹ Matth. xiii, 9. ³² Rom. xi, 8 ; Isa. vi, 9, 10. ³³ Isa. l, 5. ³⁴ Psal. xxxii, 4. ³⁵ Joan. xiv, 18. ³⁶ Joan. xv, 5. ³⁷ Ibid. 15. ³⁸ Jerem. xvii, 16. ³⁹ Psal. cxv, 12, 13. ⁴⁰ Philippe. i, 29. ⁴¹ Act. v, 41.

quot fame affliantur, non panis, aut aquæ siti, quin verbi audiendi divini, quemadmodum scriptum est⁴²? Nobis quidem, ceu opipara quædam mensa, præbita sanctorum doctrina est, alio hinc sermonem quasi quasdam condiente cupedias, inde alio velut aurum, divina moliente verba, ac serio aliis, aliisque hinc, et inde acclamationum delicias comparantibus: ut non abs re porro cum Apostolo dixerimus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos? quia proprio Filio non peperit, sed pro omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet? Christus qui mortuus est, imo qui et resurrexit a mortuis, qui et est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis*⁴³, videlicet Deum ac Patrem, suumque regnum est perenne daturus: quem gloria decet et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXIX.

Nequaquam mæste, quin fortiter obeundum ad quod vocati simus divinitus opus.

Fratres Patresque, segnitiem nostram excitans Apostolus, scribit in hæc verba: *Gaudete in Domino, semper iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit (18) omnibus hominibus. Dominus prope est, nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ fiant ad Deum*⁴⁴. Quamobrem ne torpeamus; quin vivide, atque fortiter obeamus ad quod vocati simus divinitus opus: nam equidem Deus est qui e vita communi ad professionem nos monasticam vocavit, qui incolumi quadam veste, hilarique toga amicit, qui a legis execratione redemit, factus pro nobis exsecrabitur. Itaque consistamus in libertate in quam a Christo sumus asserti, neu servitutis rursus teneamur jugo, non fædus cum vitis ineamus. Servus manu missus paratitius, nequaquam inducat animum servitutem deducere servire, abæque profugus longissime, gaudet quod servili tyrannide sit exclusus, etsi haud malum est omnino servitus; nam. Apostoli hæc sententia est, *Servus vocatus es? non sis tibi curæ sed et si potes fieri liber, magis utere) qui enim in Domino vocatus est, Domini, similiter et qui liber vocatus est, servus est Christi*⁴⁵; atque interrim, mancipatus, negat sub servitutis venire jugum, quo nos debemus magis, peccato liberati, procul abscedere.

Nescimus quid in nos designarit? non pomario proscripsit? non mortales ex immortalibus effecit? non in hanc luctuosam introduxit vitam? non mali auctor omnibus et fuit et nunc est? Ut fugiendum sil nobis, ceu pessimum, odio prosequendum, ut odio dignum, potiusque diligenda virtus, quæ angelos comparet mortales, atque adeo deos,

A secundum illud, *Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes*⁴⁶. Ecquæ est autem vis virtutis mundi pro pudium amorque divinus. *Nemo enim potest, ait, duobus dominis servire, non potestis Deo servire et mammonæ*⁴⁷. Non virtuti, et inhærere vitio potestis, nam luci cum tenebris communitio nulla est. Jam levia sunt Dei præcepta; grave, ac nefas potius, insulse contendero qui contrariis potiamur; arbitrarique virtuti juxta, et vitio vocare, id est, carnalibus desideriis, ac spiritualibus facinoribus. Enimvero si ad perfectionis evasimus mensuram, pol Deo gratiæ, a quo est omne beneficium, munusque perfectum, pol stabiles consistamus, divino timore tuti, ab habituque præclaro immobiles, et inflexi; sin quid desit urgeamus, nitamurque ad perfectionem contingere donec fugendi imminet tempus, fide præfirmi, spe alites amore devincti, submissione nitentes, obedientia compti, patientia explorati, confessione relucentes, cæterisque cunctis recte factis velut ad amussim politi, ceu veri monachi, ceu minime mendaces subditi seu probi Christiani, ceu Dominici servi, quo cum expedite hic vitam peragamus, tum supremis bonis potiamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXX.

Doctrina de fide.

Fratres Patresque, debitum nunc quoque demensum vobis offerimus sermonis, tenue id quidem, ac mendicium, sed quod necessario offeratur tamen, ne ob silentium nos damnemur, vosque aliquantulum solatium capiatis: nam ut maxime id e sanctorum lectione Patrum sentiatis, nihilominus nostram hanc etiam nauoi requiritis doctrinam, ac præ illa, hanc ausim dicere, ceu illa historice recitata, hac in faciem dictata, et arguendo instituta, ait enim, *Arguam te, et statuam contra faciem tuam peccata tua*⁴⁸. *Si non venissem, et locutus fuissim eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo*⁴⁹. Quod absit de vobis dicere; siquidem haud sermocinamur, ut immorigeris, ac flagitio constrictis (minime gentium), quin ut morigeris filiis, ut charissimis natis, ut unanimis, et qui concorpores sitis, ac commilitones, quo gaudeatis, quo proficiatis, quo sinceri, et irreprensi in Christi diem evadatis, Christianorum pleni fructuum probitatis, in gloriam laudemque Dei. Ut vobis comparata sit oratio; nam qui aquæ scaturiginem e prærupta olim caute Israelitis præbuit, quid mirum si lapidea hac mente brevem oratiunculam extundat? Quam haurientes, Deo gratulemur, qui alimenta ac potum conferat, vitamque instruat nostram velut in solitudine, hic de-

⁴² Amos VIII, 11. ⁴³ Rom. VIII, 31, 31. ⁴⁴ Phillipp. IV, 4-6. ⁴⁵ I Cor. VII, 21. ⁴⁶ Psal. LXXXI, 6. ⁴⁷ Matth. VI, 24. ⁴⁸ Psal. XLIX, 21. ⁴⁹ Joan. XV, 22.

(18) Γενίτωρ auctor citat, γυναικῶσιν habent evulgati.

gentum. Sed quoniam priscae historiae meminimus, **A** que? Testimonio sunt exsilia, persecutiones, compedes, miseriae, ac vel in sanguinem renixus, meundo cum peccato certamine, quanquam haud ad vestrum est. Dei beneficium est, a quo et laus suppeditat. Igitur alii sibi pecunias habento, praedia, monasteria, collegia; mihi ac celebritatem satis est vos duntaxat habere, in quibus me ostentem, scilicet mea estis laetitia, corona, vita et alacritas, ac si quid aliud insigne est. Tantum cohortor egregio et studio minime supersedere, nec modum tenere boni, et ascensus quasque qui carnales ambiant pecunias inexasuratum plus habendi desiderium contrahunt, sic vos in spiritalibus ad extremum halitum finem nullum facere in melius provehendi, siquidem haud sunt pares hujus temporis ærumnae ad eam gloriam quae in nos exhibenda est. Non vitas intuemini sanctorum, quod laboribus ac sudoribus sint exactae? non martyria sanctorum, quot cruoribus sint suppliciiisque confecta? Quamobrem? quo Christum lucrarentur, quo bona pararent quae mentem et ingenium superant, posteaquam temporalia sunt quae videntur, quae non videntur sempiterna. Non sol eximius est? at is quoque jamjam in tenebras abibit. Non eximia luna? at ea quoque haud lumen edet. Non eximiae stellae? at eae quoque collabentur. Non eximium caelum? at id quoque ceu vestimentum veterascet, cunctaque mutabuntur, novis caelo atque terra parandis, uti scriptum esi, ac vita subitura felice, et ineffabili, quae socia Christo conjunctaque maneat. Atque haec sunt promissa, ex iisque cogitatis praesidium contrahamus quae sensibus capiuntur iis quae sensum fugiant vincentes, studiumque carnis divino coercentes, ac quemadmodum Apostolus docet: *Quae sursum sunt, quaerentes, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quae sursum sunt sapientes, non quae super terram*⁵¹, ceu hominum plerique, qui tanquam sues cogitationum luto volutentur, vitiorum obruti lacunis, quorum exitus pestis, atque in ignominia gloria est. Caeterum nostra in caelis vita est, unde et sospitatoremanemus Dominum Jesum Christum, quem et spectare mereamur benigne in regnum nos assequentem, mactum gloria et imperio cum Patre, se sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXI.

De amore erga profectum; neu futilitate occupemur vitas, sed in melius provehamur.

Fratres Patresque, studio vol alloquor, non necessitate, et si necessita imposita mihi est, illoquendi: etenim zelo prosequor divino, quantumvis noxius valdeque in vestro gaudeo profectu. Sim accidit frequenter ut vos contristem, quemadmodum **D** prodie, at ne id quidem quo contristemini, quin eximium cognoscatis meum in vos amorem (siquidem castigat serio quem quisque deamat, et quis est filius vero, quem non castigat pater?) quo perfecti integrique sitis, nulla in re defecti, nam alioquin et amplector, et obediens, ac morigeros testor, patriaque praecipua obeuntes, quanta haud scio an ulli nostra memoria subditi diligentia. Nec pol adolor, quin vera praedico; nam quis tam unanimus patri, aut obsequens profecto est in Dominicis mandatis, quam vos illustres estis undiqua-

⁴⁹ I Cor. x, 10. ⁵⁰ Matth. xxv, 34. ⁵¹ Coloss. iii, 1.

SERMO LXXXII.

Operam dandam ut ab omni inquinamento purgemur per paenitentiam, quam Dei munere habeamus.

Fratres Patresque, vulnus vos mei pedis contristavit, nec injuria; nam laeto, maestoque pariter consentitis, ceu fratris studiosi, ceu patris amantes, Ego hinc vero catechesim molior. Quo pacto? sane ob mea saucius peccata, illicet opem, ac medicinam postulavi, quo factum est ut totum hoc triduum versari nequierim vobiscum, tum autem Dei misericordia curatus, denuo intersum vobis, et inerro. Idem in animi morbis usu venit: recepit quis ex

aspectu audituve in mente vulnus? Fanatica cor-
 reptus animi deformatione, scelerata cupidine, ira,
 furore, odio, invidia, rixa, contumacia, aliove le-
 thali ullo facinore flagrat? e vestigio opus medicina
 est (ea est autem pœnitentia, id est, compunctio,
 fletus, lamenta, contritio cordis, cœtera pœnitenti-
 œ pharmacæ); indeque persanari, et in priorem
 redire statum, quod ni fiat, peccatum peccato, vul-
 nus vulneri deprendimur addentes, incurabili morbo,
 lethifera quadam peccati œgritudine conflanda, sed
 nequaquam sic, fratres, quin cavendum in primis
 ut ne peccemus, nam quid animo jucundius puro,
 et inconcussa vitiis mente? sin accidat peccare
 quoque, ut est labilis natura nostra, extemplo cor-
 rigendum, nec vel ad horam incuratum sinendum
 quidquam est, quippe instar furis mors est, nec qua
 hora fur veniet tenemus, concubia nocte, an galli-
 cinio. Jam imparatum e corpore recedere plenum
 est periculi, sistique Christi tribunali perhorribile.
 Vivus est enim, ait ille, sermo Dei, et efficax, et pe-
 netrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque
 ad divisionem animæ ac spiritus (19) compagum quoque
 ac medullarum et discretor cogitationum, et inten-
 tionum cordis, et non est ulla creatura invisibilis in
 conspectu ejus, omnia autem nuda. et aperta sunt
 oculis ejus, ad quem nobis sermo ⁵². Ac si œgre
 sospitatur probus, his sic habentibus, inquam, im-
 pius atque sceleratus ubi comparebunt? si Daniel
 vates judicio per visum conspecto attonitus iuhor-
 ruit, quid nos passuri sumus, cum ad res erit de-
 ventum? *Fluvius*, inquit, *igneus trahebatur coram*
eo, millia millium assistebant ei; et decies millies
centena millia ministrabant ei, iudicium sedit, et li-
bræ aperti sunt ⁵³, quæ ubi contingant, equis sub-
 sistet, equis præfidet, nisi qui recta imbutus fide
 est atque actione præclara, qui fortitudine, justitia,
 temperantia mactus obsecutus ac subjectione per-
 functus? Igitur cavendum est omni studio, fratres,
 horaque metuenda mortis, atque hinc in oras pa-
 randus exitus, nec committendum ut incautos fal-
 lat homicida hostis, qui semper socordia præsens
 dimittat, et in futurum executionem subjectet man-
 datorum: nam is est serpens, delusor, ac qui fa-
 cinorum modos ingerat diversos. Quem ne ignore-
 mus, quin assidue divina ope repulsus profligemus.
 Equidem vos hanc in horam frequens huc convo-
 cavi; quo tria hoc ex ore verba audiretis interque
 vos solatium vicissim mutua admonitione caperetis:
 siquidem præstans admonitio est, animum usque-
 queque novitium comparans. Quod Patrum in mo-
 rem factitantes, novi explorete, ac confido, salutem
 quæsitueros, et Deum propitium paraturos, regno
 adipiscendo cœlesti, per Christum Jesum Dominum
 nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac
 sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque
 perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXIII.

*Gratulatoria, qui fratres adventantes haud pœnitende
 domo capiamus.*

Fratres Patresque, agendæ sunt nobis Deo gra-
 tiæ pro bonis quæ largitur, maxime hoc in hospitio,
 quod, et si profugis, ceu in monasterio degentibus,
 satis superque est, unde adventantes domo capia-
 mus.

Videtis quot jugos hinc inde commeant fratres,
 (nec immerito; nam quo alio respectent nisi in
 Deum prorsus, ac tenuitatem nostram?) videtis et
 alios fratres Patresque, inopes, ac deploratos,
 divertentes, peneque dies sine invitatione est nul-
 lus, neque in his omnibus tamen necessaria dese-
 cere, quin superflua quoque præbita frugalitas est.
 Enimvero quid aliud dicamus quam haud frustra
 esse qui promiserit, *Quærite primum regnum Dei,*
ei justitiam ejus, et hæc omnia vobis adjicientur ⁵⁴,
 nobis quidem sunt adjecta, frumenti, vini, olei fer-
 tilitas, et quæ alia fert necessitas, cunctaque spe
 majora sunt, nec sufficimus, aut agendis gratiis ut
 benignitas meretur vocem habemus rumpere. Sin-
 nimirum invitationibus cogimur in arctum ac com-
 primimur, at videtis merces, lausque ad Deum
 quanta, ipsi monasteria tenentes admirantur, si-
 quidem quæ iis haud facere contingat, nobis per-
 agere tribuit Deus. Quamobrem? divina agnoscenda
 potentia, quæ spe fideque præstanda, non humanis
 officiis obeatur. Mihi certe res nostrates similes
 Israelitarum in deserto erroribus videntur, qua-
 driennium hodie nec serentibus, nec metentibus,
 suppeditat indeficienter alimenta corpori Deus, non
 manna cœlitus pluens, sed horrea reserans ha-
 bentium, non e caute aquam ciens, sed piorum
 nobis vinarias cellas profundens, cœteraque
 largitus quæ haud facile recenseam. Non hoc mi-
 rum, ineolens, laudabile? Addam et aliud aposto-
 lice, *sicut egentes nos quidem, multos autem locu-
 pletantes, tanquam nihil habentes, et omnia possiden-
 tes* ⁵⁵, tantum in nos clementis Dei beneficium est,
 tantaque liberalitas: ut periculum sit ne honorum
 ignoratione injuriam benefico faciamus. Sed adver-
 tamus animos, fratres, una omnes serio, tam qui
 hic degitis, quam qui commeatis, ac Dominica se-
 duli præcepta exsequamur, mutuoque moneamus,
 ad amoris, ac bonorum operum instigationem, non
 projecte viventes, nec carnis, animive libidinibus
 perfuncti, nec murmurantes, instar priscorum:
 nec Christum tentantes, ut tum ii, poteritne hæc,
 illaque Deus porro sufficere? equidem scriptum est,
Omnia possibilis sunt credenti ⁵⁶. Nobis quidem quæ
 ad salutem faciant credulis tum postulata Deus
 cuncta præbeat, tum adjumenta corporis; vitæque
 peragremus solitudinem, luce illustrati veritatis, et
 Amalecitem profligemus qui aciem fugiat oculorum
 validis instructi armis spiritus, atque haud pro-

⁵² Hebr. i, 13. ⁵³ Dan. vii, 10. ⁵⁴ Matt. vi, 33. ⁵⁵ II Cor. vi, 10. ⁵⁶ Marc. ix, 22.

(19) Σώματος. Erat in nostro, sed emendavi ex Vat. πνεύματος. Ac sic est in divo Paulo.

missum equidem solum invadamus (siquidem nihil ad nos momentanea ac caduca), quin cœleste regnum ineamus; certus est enim qui stipulatus dixit, *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*⁵⁷. Cui gloria et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXIV.

Nequaquam occasionem quærentibus præbendam, deque ineundo cum vitiis conflictu.

Fratres Patresque, præsentibus malis haud abs re hoc Apostoli usurpemus, *Tentatio non nos apprehendit nisi humana*⁵⁷, quod ob dominum Theoctistum, eximium senem, diximus, velut omnino nostrum. Eoque est autem tentatio? quod is in insulam Chalcoiton est relegatus, ejusque sacerdos, a contubernali delatus: ceu immemor principum, crudelissime tergo vapulavit. Ut mihi quidem conflari in nos pericula videantur, et si plerumque reperimur ipsi in ea nos inducere, qui enim possunt monasterium tenentes non memoriam agitare principum (scilicet non incolumes in urbe fratres: Patresque degentes hæreticis concitant tumultum?) *Exite de medio eorum*⁵⁸, et separamini, dicit Dominus, et immundum ne tetigeritis⁵⁹, hi contra facientes, sustinent contraria. Nos enim vero nauci profugimus urbanos, hac in ora considentes, ut ne occasionem quærentibus præbeamus, ac nos indemnes hactenus tutatus Deus est, tuteturque etiam porro, si cavebimus, neque effutiemus hoc et illud, nec levibus et improbis sermonibus aurem tribuemus. Quæ Apostoli sententia est? *Sermo vester semper in gratia sit, sale conditus ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere*⁶⁰; rursumque Dei germanus inquit: *Sic loquimini, et sic facite sicut per legem libertatis judicandi*⁶¹.

Quamobrem demus operam circumspecte ne in tempeste in periculum ruamus, quin imminens malum ceu laqueum evadamus. Atque hæc tentatio est humana, id est levis; cæterum dæmonum, ea vero est pergravis, et implacabilis, qui nobis vexandis in dies, horas, momenta dediti, perdifficilem conflictum, arduamque cum primis victoriam præstant. Sed quoniam nihil non diligentia confit resistamus, ac Christo duce vincemus; nam is est qui nobiscum perferat certamina, quandoquidem *Sine me, inquit, nihil potestis facere*⁶². Quam in tentationem satagamus non incidere, neu diabolo in manum convenire, ubi haud brevis agatur in insulam reformatio, quin a Deo projecti in extimas tenebras portatio, nec tanta, tantillave flagra, sed immensa, æterna, infinita siquidem *Surgent, ait, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii*⁶³. Itaque timeamus, fratres, porro, ac contremiscamus, cunctis contractis opibus, quæ in inte-

stini nobis Spiritus potentia sunt, viribusque locatæ, *consilia destruentes, uti scriptum est, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, et in promptu habentes ulciscentem inobedientiam*⁶⁴, idque jugiter. Atque hoc improfligabile bellum est, hoc multiplex et diuturnum martyrium, nam qui assiduis petitis cogitatis minime defetiscatur, accidatve Bahali, quin repugnet, ac vitia transiliat, cupidinem, furorem, iram, timiditatem, næ is martyrio in dies multetur, habeatque qui cum Paulo dixerit, *Quotidiz morior, per gloriationem, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro*⁶⁵. Quin sub certaminis sine audeat effari, *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die, justus iudex*⁶⁶, quod eloqui nos quoque universi queamus, comptique justitiæ corona regnum ingredi cœleste per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXV.

Doctrina de noxia fugienda voluptate.

Fratres Patresque, quantum certamen incumbat doctori pro discipulis Apostolos ostendit ad Timotheum in hæc verba: *Insta opportune, impotune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, et doctrina; erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt*⁶⁷. Equidem vero absit ut sic affectus vobiscum sermociner, sed quia veteriosa, pronaque natura nostra, quæ est oblita præceptorum quasi calcar, orationis stimulum et tanquam verbera assidue requirat, quo evigilet ac propositum sibi gaudium cernat, nam quid enim, non promissum cœleste regnum est? non vita immortalis? non ineffabilis lætitia? non pomarii deliciæ? non pares angelis honores? non requies sempiterna? Jam cur vincula, carcer, exsilia, ærumnæ, tormenta, necesse expetuntur? non ut promissa consequamur bona, atque intentas pœnas fugiamus? Videsis martyres cruorem lætos effundentes, et alacres ad enses, ignem, bestias, cæteraque cuncta supplicia abeuntes; videsis et sanctos cum animi voluptate corpus afflicantes, atque in servitutem redigentes nihilque arbitrantur virtute suavius. Itaque quid nos stertimus porro? quid diffundimur? quid perniciosos ac pesti feris vitiis occumbimus, quæ telo cor acutius vulnerent? *Exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus*⁶⁸, non abs re hic usurpemus quoque, quamobrem secedamus ab eis, ceu Sodomis, ac Gomorrhæ, igni atque sulphure ambustis, carnisque sensis depositis, quæ spiritui reluctantur, et repugnant, a servili studio asseramur, animis inventuri requietem,

⁵⁷ Matth. v, 10. ⁵⁸ I Cor. x, 13. ⁵⁹ Isa. LII, 11. ⁶⁰ II Cor. vi, 17. ⁶¹ Coloss. iv, 6. ⁶² Jacob. i, 25. ⁶³ Joan. xv, 5. ⁶⁴ II Cor. v, 29. ⁶⁵ I Cor. xv, 31. ⁶⁶ II Tim. iv, 7. ⁶⁷ II Tim. iv, 9. ⁶⁸ II Cor. vi, 17.

nam quid requietius mente est, quæ vitiis impercitate cum Deo agitet pacem? hoc gaudium ac triumphus, hoc felix suavitas, sacraque est voluptas.

Quapropter si frui volumus, perditam carnis voluptatem fugiamus, unde corruptela atque mors nascitur; siquidem. *Qui seminat, inquit, in carne sua, de carne et metet corruptionem; qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam*⁶⁹. Sin apparere volumus gloriosi, vanam, et hanc gloriolam contemnamus, compti humilitate, omnique præclara functione absoluti; ita enim tum expetite præsentem vitam transigamus, tum bona adipiscamur futura Domini nostri Jesu liberalitate atque beneficio. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXVI.

De gratiarum actione, neu in tentationibus vacillemus.

Fratres Patresque, triennium jam hoc vitam insolentem ducimus, nec prorsus oppugnati, nec citra oppugnationem manentes, ex quo et invicem visimus, et ultro citroque commeamus, quod humanitatis opus est divinæ; nam qui vacillantes superioris intervallo oppugnationis videret, cum custodias contraxit, tum adhuc orthodoxiam differt pro impervestigabili justitiæ suæ iudicio. Atque id sic quidem. Ego vero, qui leviter despectarem, paucos credebam ob Dominum vexatos, nunc cernens quotidie, ut sic dicam, quot adventent fratres, pene juvenesco, posteaquam tot sunt qui Bahali haudquam genu flexere, quin Domino ceu lucidas se stellas conservarunt, quacunquē ejus dominium patet, ut etas hæc habeat quoque quod ad posteros gloriolar, vero inesse in nobis Deum. Nec deperdidit Ecclesia robur, ut verax Domini fert promissum, quin ei illisi ab ævo cunctis cum spumæ instar marinæ sunt dimolati, tum ea, ut irrupta cautes, in eadem fide, ac confessione permanet, itaque gaudere in eo, et exsultare debemus, ac Pol vigilare, et advertere prociacti, ne fors iterum repente ingruat tentatio. Scilicet non hoc agitur, ut semel, bisve, aut sæpius periclitemur; sed ad extremum tuenda confessio est, nec qui ferantur extimescendi rumores, aut flagra metuenda, quæ lacerare corpus videantur, aut quæ carnem compedes premant, aut alia quævis humana noxia, quin solus terribilis Deus habendus, cujus omnia natu labefactentur, solæque pavendæ pænæ immortales; quarum infanda experientia est; ceteram quæ in manibus sint seu adversa, seu prælata, omniorum simillima, celerrime exspirant, siquidem scriptum est, *Sagittæ parvulorum factæ aut plagæ eorum*⁷⁰. Adhæc depugnandum quoque est cum persecutore, qui obtutum fugiens oculorum, in dies nos lacessit, ac non sensibilibus loris,

sed in aspectabilibus cogitatis ferire haud supersedet, atque incendere, non igni cum materie permixto, sed pravis desideris, cæterisque vitiis animos tentat et oppugnat. Igitur *state succincti lumbos vestros in veritate, ut est in Litteris, et induti loricae justitiæ, et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguere, et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est Verbum Dei*⁷¹. Quæ nos nauci quoque præcepta apostolica locuti, pariter cohortamur in ærumnis minime desetiso, aut in tentationibus vacillare, scientes qui amplius tentetur; ei amplioris coronæ occasionem quæri. Vires quidem præbeat Deus; nam potest sane quæ promisit exsequi, ac nos confirmare, qui non flagra solum, quin ignem, gladium, bestias aliaque cuncta patiamur, quod Apostolus præfidens scribit in hæc verba: *Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos*⁷²; et, *Certus sum quia neque mors, neque vita, neque principatus, neque potestates neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro*⁷³. Equidem sic affecti martyrium in dies vel ante martyrium, jugeque certamen vel ante certamen obeamus, partem cum martyribus habituri per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXVII.

Ne possessiones paremus, ne solitarii degamus.
Fratres Patresque, summum beneficium nobis tribuit Deus pro se oppugnationem, quemadmodum in Evangeliiis ait, *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum et regnum celorum*⁷⁴, etsi videndum est nobis, ne vitam obeantes beatitudine indignam oppugnationem in pœnam habeamus. Igitur necesse est in primis qui oppugnetur minime solitarium degere, quin cum altero fratre convivere, siquidem, *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*⁷⁵, inquit Dominus. Deinde non nisi necessario prodire, sed quo in loco diversetur manere inibique operam dare precibus, supplicio, lectioni, psalmodiæ, opificio reliquisque studiis præclaris, aspectum fugere muliebrem, ab omni fratre immodeste se gerente abstinere, lætitiæ gratulationem agitare, in spem arrectum [animum], et præsentibus contentum, pro Christoque subeundis suppliciis paratum; ubi est enim oppugnatio, consequuntur et supplicia. Quibus sic se habentibus, ubi sunt qui solitarii degunt, ac vœ exerciscuntur? nam *Væ soli, ait, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se*⁷⁶. Ubi sunt qui servos tenent, et monachorum libertatem amittunt; qui agros, vineas, hoves, mulos mercantur, ac lepram contrahunt Giezis? hinc argenti, hinc lucri studium,

⁶⁹ Galat. vi, 8. ⁷⁰ Psal. lxxiii, 8. ⁷¹ Ephes. vi, 14, 15. ⁷² Rom. viii, 37. ⁷³ Ibid. 39. ⁷⁴ Matth. v, 10. ⁷⁵ Matth. xviii, 20. ⁷⁶ Eccle. iv, 10.

hinc stabilitas, fraternique convictus detrectatio, A et singularis, atque ex sua cujusque libidine vita; hinc vestra causa ab exteris gentibus Dei nomen contumeliis laceratur, ut Litteræ loquuntur; hinc animi lapsus existunt, qui enim potest non labi projecte vivens: *Nescitis*, inquit Apostolus *quia templum Dei estis, et spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus* ⁷⁷; rursamque: *Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque fures neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt* ⁷⁸. Atque hæc iis dicta sunt qui communi vita teneantur, at non idem nobis, sed quid? *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis* ⁷⁹, et: *Vos non estis ex hoc mundo* ⁸⁰, et: *Vestra conversatio est in cælis* ⁸¹. Itaque quid beatitudinem perdimus porro? quid confessionis generositatem conspurcamus? quid ni fratres imitamur probe viventes, quorum illustis vita est, lausque ab Deo, ac hominibus? Non et nos tandem destertemus? non respiscemus? non salutis curam agemus? non obitus diem præ oculis sumemus? Quo pacto ad Christi tribunal sistemur? ecquam reddemus rationem, qui otiosi pœnas verbuli daturi, in majoribus, ac prægravibus vincamur? Verum destertamus, vel serius, fratres, respiscamus, vitia profligemus, tenebrarum opera deponamus. armaque lucis induamus, animos omni custodia tuentes, undiquaque Deo placentes, quo sic incolumes perennium hereditatem honorum ineamus per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXVIII.

De mortis recordatione.

Fratres Patresque, quod animo tantum, tanquam utile bonum est, ac mortis recordatio? de qua et disserere invitor ab Clææ episcopo defuncto, quem vos moriantem minime vidistis, nos, qui viderimus, oppido et fructum, et stimulos quosdam sensimus, quæ in eo gererentur in nobis contemplati. Ergo exoessit ille, ac discessit, ceu qui tabernaculum frabricatus destruit, in hanc vitam minime rediturus; non ei cælum utile deinceps, non terra, non mare, non sol, non luna, non stellæ, non hunc D porro aerem ducet, non gutture clamabit, non oculis cernel, non auribus inaudiet, non naribus odorabitur, non manibus atrectabit, non pedibus ambulabit, non aliud, parvum magnumve, cum hac vita conjunctum exsequetur, quæ quidem ei sit præclusa, ac remunerationis maneat iudicium: nam equidem nobis remuneratio insuper reposita

est, quemadmodum scriptum est, *Et hi omnes, testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur* ⁸². Eoquid nos igitur, fratres? quid aliud, nisi quod idem subibimus? Non æque moriemur? non æque in terram revertemur, unde assumpti sumus? non æque pulvis cinisque fitemus? Inspectemus monumenta, videamus in quid vitæ desinat status. Quid ærumnosum hoc amplectimur corpus, quod postpaulo terræ ac vermibus tradetur? quid vitiis involvimur, quibus sub obitum occurremus? Sane hic adhuc spirans duos sibi dicebat apparere virum et feminam, hanc statura sublimem, illum brevem et gibbosum, qui se coargueret ac crudelibus verbis acciperet; quapropter et ingemebat, plorabundus, obitumque detrectans, ac prætrepidus. Non videtis cujusmodi sententia sit mortis? non aspicitis ut ante mortem quoque actores, et accusatores dæmones habeamus? Etenim sic habet, quæ hic obite amplectamur cogitata, ea et in decessu spectabimus. Igitur si *providemus Dominum in conspectu nostro semper* ⁸³, ut Litteræ loquuntur, si custodem vitæ angelum revolvimus, si hos illosque sanctos contemplamur, eodem videbimus quoque supremum spirantes; sin haud ita, sed vitiosos contra characteres, ac diabolicas mentis deformationes cogitamus, iisdem occurremus, id quod est miserandum est capitale. Quamobrem contendamus haud deprendi in iis simulacris, quin animi sub obitum puri reperiri quo cum fiducia dicamus nos quoque, *In pace in id ipsum dormiam, et consopiar* ⁸⁴: sopor est enim mors probo, quemadmodum et Dominus inquit, *Lazarus amicus noster consopitus est, sed vado ut a somno excitem eum* ⁸⁵. Sin sopor est, nimirum causa est requietis, et auspicandæ perennis occasio vitæ ut ait sacer Apostolus: *Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium factus; ac rursus: Absorpta est mors in victoria; ubi est, mors, stimulus tuus? ubi est, Orce, victoria tua? Stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratiæ qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum* ⁸⁶. En absorpta mors est, en victoria data, siquidem confirmat: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei* (20) ⁸⁷. En apertum est cælestis stadium regni, en ter felix propositum certamen victori corona, ac vitæ delictum; itaque vincamus et nos, fratres, diabolum, vitia proculcemus, omnino a flagitiis expurgemur; virtutes comparemus, quo et inquilini fiamus paradisi, et vitali arbore fruamur, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

⁷⁷ I Cor. III, 17. ⁷⁸ I Cor. VI, 17. ⁷⁹ Galat. V, 24. ⁸⁰ Joan. XIII, 11. ⁸¹ Philipp. III, 20. ⁸² Hebr. XI, 39. ⁸³ Psal. XV, 8. ⁸⁴ Psal. IV, 9. ⁸⁵ Joan. XI, 11. ⁸⁶ I Cor. XV, 55 seqq. ⁸⁷ Apoc. II, 7.

(20) Τοῦ Θεοῦ μὲν ἐστὶν ἐν τῷ Vat. a nostra lectione est textus, ab illa, vet. int. Latinus.

SERMO LXXXIX.

Omni studio et alacritate salutem molendam.

Fratres Patresque, sua cuique tempestivitas rei est, uti postulat scriptum; at salutis molendæ perpes, et assidua; nam Apostoli hæc sententia est, *Semper gaudete, sine intermissione orates in omnibus gratias agite* ⁸⁸. Enimvero tribus his functionibus salus nostra describitur, siquidem semper gaudere probitatem conciliet, sine intermissione orare diabolo in nos locum haud permittat, in omnibus gratias agere evidens sit amoris indicium divini. Igitur utrinque exacti, Deo placeamus, animam minime despondentes, neu socordia dissoluti in ministeriis, et opificiis, ac psalmodiis, quin cum omni lenitate cuncta obeuntes, ut eximii multiplicis divinæ gratiæ œconomi. Non milites videmus, ut regem alacres comitentur? et quonam vero? in bellum, homioidia, necesse. Ac nihilominus ob præsentem gloriam; et opes fluxas, prompti in omnia ruunt, nos qui ad cœleste regnum, vitam sempiternam, ineffabilem lætitiâ vocemur, segnes ac præfactos, non alacres nos, et excitos Deo præbeamus, ceu egregios Christi milites? Legite quem manu teneo librum; videte, inquam, ac cognoscite in eo Patrum virtutes, quæ in iis alacritas, qui spiritus fervor, quæ certamina; tum autem quemadmodum cohonestati sint eapropter a clemente Deo quasi quidam dii comparati, pro miraculis, et quæ edidere, prodigiis. Illic præfulsere non solum qui ab origine formosi vitium nescivere, sed etiam qui perturbati in fœda facinora cecidere, pulcherrima usi pœnitentia, ut socordiæ prætextus, aut contemptus nemini sit relictus, nisi quis plumbeus ~~sane est, exorsaque sensus, quem~~ Apostolus affatur in hæc verba, *Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus* ⁸⁹. *An divitiis bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnitis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam, et impœnitens or, thesaurizas tibi iram in diem iræ, et revelationis, et justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus* ⁹⁰? Videsis, contemptor, ac minas extimesce, atque e contemptus exsurge somno, siquidem et mors imminet repente. En et *Candidus frater* pie decessit et prævit, alter et alius consequetur, nec manet indidem quisquam, cunctique obibimus. Equidem felicem qui probe pervixerit, nam Pol merces coemit immortales, ac questum fecit sempiternum, alacritate atque diligentia paratis quæ prima et præcipua sint. Ac postea quam celebritas adhuc obitur, prostatque cœlestis regni mercatus, agite, cohortor, fratres hircosque, vigilemus omnes, atque excubemus, usque et immortalia mereamur, quo cum fratribus cunctis cœleste regnum eriscamur per Christam Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et im-

A perium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XC.

Faciendum non esse ut diabolo fores pandamus admittendis pravis cogitatis.

Fratres Patresque, equidem vobis haud citra laborem pauca hæc, nibilique dissero verba, sed quoniam, ut fert Apostoli dictum, munus præfecti est laborare in verbo, et doctrina, communi honore necessarium, exiguum eum laborem lætus suscipio, siquidem et pastor cum laborat grege pascendo, tum mercedis spe lætatur, id est summi pastoris demerito. Nec Pol frugi alienus sermo est, quantumvis forsitan credunt nonnulli sermocinationem prodesse nihil; qui enim potest non fructum facere tam qui inaudiat prompte, qui quidem sit pro virtutis studio coronandus, quam negligens, cui pudorem boni neglectus afferat? Verum, cohortor, et prompti insuper promptitudine certemus, et negligentes consurgamus; nam tempus est acceptum, tempusque salutis, quod si perdimus, inveniemus nunquam.

Igitur nec dies segniter deinceps, ac negligenter transito, qui perennes cogamus opes, supplicia, preces, alloquia, gratulationem, lacrymas, stimulos, collustrationem, honestas contemplationes, neu ex ingenio nostro æstimemus alienum, quin suam quemque salutem in abdito moliri arbitremur, ut cunque foris alius appareat. Annon Patrum memoria permulti, qui nihil esse viderentur, iis qui aliquid viderentur illustrius fulsere? postquam et nostra ætate, et in hac republica nostra, id est exemplis probatum, multique ex ignobilibus ac contemplis splenduerunt, maxime in confessione Christiana. Unde id, sodes? meo iudicio, non tam ex opera et industria propatula, quam intestino quodam statu. Ubi est enim constitutio pacata, puritasque mentis, et mansuetudo, ac tranquillitas, ibi virtutis finitio est, indidemque aspicit Deus, quemadmodum scriptum est, *Ad quem respectam nisi ad mansuetum, ac tranquillum, et tremantem sermones meos* ⁹¹? Ut danda opera sit cuique purum se a conscientia præstare Deo, neu diabolo fores pandere, admittendis pravis cogitatis; nam simul admittimus, quid patiamur tenetis, qui efframur, atque immutatur, et amaritiam carpimus, non voluptatem; contraque cum respicimus qui pacati, ac sereni, melle suavius degimus, velut in portu siti. Valdeque mirum est, virtute dulci comparata, et amabili, atque expetenda, vitio amaro ac lethali, diroque, quid hoc (malum) capiamur, ac non potius ad perfectionis habitum diffingamur. Etsi sic autem plerumque vincimur pro imbecilli natura, et qui a pueris impendio ad mala ingenii incumbamus, at ne tædeat certe ad frugem nos recipere; ac videns Deus labores, pro nobis propugnabit; belloque lacessitos æternis præmiis donabit,

⁸⁸ I Thess. v, 16. ⁸⁹ Ephes. v, 14. ⁹⁰ Rom. ii, 10. ⁹¹ Isa. LXVI, 2.

et ærumnis defunctos probitatis corona obligabit, sanctis accensos, ac suoapte regno affectos. Quem gloria decet, et honor atque cultus cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCI.

De alacriter oblectando in scelestorum conflictu dæmonum.

Fratres Patresque, adhuc sermocinamur quorsum ac quo evadent quæ feruntur, nec mirum, nam in iis rumoribus sermocinari mens assolet. Verum, si videtur, crebra sermocinatione dimissa, nobiscum ipsi vacemus, ad conflictum, qui in nos imperspicue confletur noctu, et interdium, intenti, ne, corporalem spectantes, in animo vulneremur. Eoqui sunt autem perduelles? scelesti dæmones, nequam spiritus, mundi potentes tenebrosi hujus sæculi, quorum immensæ copię, atque in nos implacabilis ferocia. Quanquam ne timeamus, neu consternemur, habemus nos quoque socium ac propugnatorem, sanctum Spiritum, Dominumque nostrum Jesum Christum, qui miseriis morbisque nostris susceptis atque sublati, tentationes perpressus, tentatis succurrere potest. Quem et inclamemus cum fiducia, *Judica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me, apprehende arma et scutum, et exsurge in adjutorium mihi. Effunde frameam, et concludere adversus eos qui persequuntur me*⁹². » Nam equidem nos persequuntur hostes, ac necem sitiunt, instructis secundum semitam noxis, cunctisque dolis tentantes in peccati scrobem nos impellere. Enimvero ceu milites nos quoque instemus vicissim quasim quodam fidei et amoris thorace, ac velut galea spe induti salutis quippe iis armis bellum profligatur. Jam illud mirum, positas ipso in bello coronas, in corporali certe, ni luctatus adversarium prosternas, haud quaquam coronare, hic si haud prosternare ab adversario, coronam sis indeptus. Evidens id est ex eo quod sanctorum Patrum cuidam revelatum est de discipulo, qui oppugnatus septies abire absque commeatu, totidem patientia coronas quævisisset, quamobrem si in bellis positis sunt coronæ, leniter cohortor, bellum patiamur, haud diuturnitate pugnæ præfracli. Non beata Sara per annos quadraginta acriter ab adultero oppugnata dæmone est, nec obtorpuit tamen? non eodem modo et quidem e subditis oppugnatus, acrogatus a præfecto, vellet ne deoraret Deum quo bellum a se removeret, animum non induvit? videbat enim positas in bello victorias. Cui extinguendo bello nihil tam prævalidum ac preces, lacrymæ, contritio cordis: igitur ut invaserit hostis, aut etiam vulnus præ negligentia dederit, immisso in animum libidinis telo, illicit precibus utamur, et a nobis aufugiet; lacrymemur, ac carbo extinctus sit erroris submissee nos geramus, et nos Deus extollet. Ac felicem sane qui se urget in dies in opere divino, qui obedientias molestias perfert: nam

⁹² Psal. xxxiv, 3. ⁹³ II Cor. xii, 10. ⁹⁴ Gen. xxii, 1. ⁹⁵ Ibid. 12. ⁹⁶ Job xl, 1 seqq.

A certatem obedientia maximum est qui castitatem incorruptam tuetur, ne is ad prælii finem deveniens cum omni alacritate, et ineffabili voluptate hinc abscedet, nihil sollicitus de auditione mala, uti concinit sanctus David. Non triumphatores videmus bilares, ac prælestos domum reverti conflictus, et victoriæ signa ostendentes? idem in eo cogitemus, qui inaspectabili bello perfunctus præclarum certamen decertavit, ut in urbe vægrandi conspicuus apparebit, cujus opifex, atque architectus Deus est plausu exceptus angelorum, auctusque divinitus corona, ac requietem sortitus sempiternam ad quam nos quoque venire mereamur Domini nostri Jesu Christi beneficio: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCII.

Titubandum non esse in diuturnitate discriminum, quin referendam ad Deum rationem.

Fratres Patresque, equidem studium nostrum, et ad Deum preces ad pacem Christianæ pertinent Ecclesiæ: nam quid utilius pace ad quietam ac tranquillam obeundam in nostris monasteriis vitam? Quanquam haud par credere est expedire id omnino, sciendumque, quo diuturnius sit discrimen hoc majoris explorationis causam præberi. Ergo ait Apostolus: *Placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo; cum enim infirmor, tum potens sum*⁹³, quamobrem quousque, et quandiu dimissis, referamus ad Deum rationem, qui utiliter plane temporum spatia dispensat. Audi Litteras dicentes, *Tentavit Deus Abraham*⁹⁴. Eoquid leviter, sodes? nequaquam, quin et compluribus annis, et tentationibus multis, tandemque absoluta fide comperitum alloquitur in hæc verba: *Nunc cognovi quod timeas Deum, et non pepercisti filio tuo charissimo propter me*⁹⁵. Tentavit et Jobum tum majoribus certaminibus, tum annis permultis; ac cernens denique tolerantia perfectum, in hanc sententiam compellat. *Ne me aliter existima hæc in te exempla stultuisse, quam ut probus appareres*⁹⁶. Ad eundem modum ceteros vales, sanctosque apostolos, ac beatos martyres, et pios omnes atque probos, frequentibus miseriis, ac quamplurimis annis exploratos multatosque, ascivit denique, ut de nobis idem sit cogitandum. Nondum, ad cruorem restitimus cum peccato confligentes, nondum sat incandimus ærumnis, nondum fidei explorationem sinceram præbuimus, hæc nimirum spatii causa est. Et alioquin cum plerique respicuisse, lapsi viderentur, quanquam haud animo recto, quin ficto, ac qui foro uterentur, eos qui sint tempestas probat, cujusmodi sunt Heracleotes atque Catharinus, qui monasteriorum cupidine suorum, seu, ut verius dicam, studio rerum quæ occidant, et intereant, rursus ad imperatores defluxere. De quibus merito hoc usurpes: *Utinam frigidus cses,*

aut calidus; sed quia tepidus es, et nec calidus, nec frigidus, evomam te ex ore meo ⁷¹. Equidem nec laudaverim, qui confessione peracta, non se abstinere quin de monasteriis suis curarent, quasi quidam bifrontes, nostræque factionis, et hæreticæ? nostræ ob confessionem, hæreticæ ob monasteriorum retentionem; pacem amplexi ante pacem, ac periculis quantum in se foret, defuncti ante orthodoxiam, adhuc petitur Christus, et se in monasteria recepere; adhuc diris sancti obligantur ac se obnoxios hæreticis præbuere, cum vel lapides oporteret conelamare, et contestari pericula ipsaque contumeliam Christi lugere, ac deplorare lingua. Scilicet qui monasterium tenet inibive residet? qui dicere queat capite se ac fortunis peti? qui pacem flagitet præ pace qua perfruatur? Sed hæ diaboli sunt artes, quo cum inanem confessionem reddat, tum Christianam elevet persecutionem, cunctosque, ut videtur, inqñent.

Quamquam minime id evaluit, Christi beneficio; nam extorres degunt complures, qui confessionem obeunt accurate, nec clari ab initio solum, sed usi pœnitentia quoque, qui quidem pulsati obnixu monasteriis, ærumnosam cœpere vitam, quorum in numero et nos nihili simus, qui religione juxta ac vita constantes, et inconcussi pacem agitemus cum Deo per Dominum nostrum Jesum Christum. Quæ si inest in nobis, nec si terrarum orbis æstuet, fraudem contrahamus, Christo pro nobis propugnante. Cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCIII.

De iis qui corporis inescati voluptatibus per pœnitentiam se ad frugem recepere.

Fratres Patresque, nullum est impedimentum servari salaganti, nec detinens prætextus quo minus vel ad scelerum metam provectus respiscat. Ac veram esse eam sententiam cum multa sunt exempla, tum unum e multis in Davide latronum duce, quod præparatoria legimus, siquidem ostendit sermo et qui erat ante, sicarius, ac facinorum plenus, et quemadmodum conversus, Deoque conjunctus per habitum monasticum, tam evaserit probus, ut vel occupatos diabolo persanaret; nam ait ad eum Genius: David, David, scelerum tibi Deus veniam fecit, erisque jam hinc qui prodigia patres. In quo ingens est humanitas divina, non cædibus ei tantum condonatis, sed signifero quoque eo instituto. Vin' et alterum videre? ecum Manassem, qui, Israele annis duobus ac quinquaginta in animis colendis simulacris seducto, facti pœnitens sincere, cum donatus salute est, tum carnem concinuit Deo, quod hodieque canit Ecclesia Dei. Nam quod attinet ad eos qui inescati corporis amore se ad frugem recepere, quod sint, quamque numeroi,

⁷¹ Apoc. III, 16. ⁷² Math. XVI, 24.

(21) Ἐλίψις est in Vat. quo est, ærumna, pro ἄθλις, quod placet.

A nec recenseam, in quibus est et dius David, post adulterium cædemque, vaticino recepto munere. Maria certe Ægyptiaca ab inexpletis nequitiis ad angelicum genus profuga vitæ, emeruit et præa-gitionem, ut nulla ratione cuique sit prætextus relictus, quin per pœnitentiam ad salutem denuo recurrat. Quibus exemplis alacriores nos quoque, optima speremus, credamusque si illapsos in profundum vitiorum incredibili Deus misericordia revocavit, ac restituit, nos quidem sane servatorum qui se urgeamus dies noctesque. Ac nemo hic frugem audiens nocentis, dicito, Hicceine ut his suaviter usus perfruatur et illis? mihi credite, neque his, neque illis qui peccato sit obstrictus suaviter utatur, nam quæ (malum) suavitas est adulterare, nepotari, opibus inhiare, peculiari, cæterisque vitiis teneri? non ii mentem gerunt sædis libidinibus ardentem, quasi qui febribus laborent? Ut hæc verior sit oratio, tum hie eos puniri, tum in futuro sæculo æternum puniendos; et voluptates perditas ac pestiferas amplexis ingemendum sit; illaorymandum, non suaviter gaudere sontes, atque impudici credendi; cæterum qui virtutem præferat, in eaque vivat, ne is utraque lucretur, ac jugi arcana voluptate pro innocentia fruatur, quemadmodum sancti, in Deo assidue gaudentes, cunctaque studio divino posthabentes. Quos imitati et nos fratres, lætemur, et invicem gratulemur, saluti, exercitationi, tolerantia, morigerationi frangendæ voluntati, (id quod martyrium est) cæteris studiis, ac certaminibus inhærentes, quo his absolutis perennem vitamerciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCIV.

De iis quæ molesta in vita cœnobiaca credantur, ac sint prælata, ob spem in cælis repositam.

Fratres Patresque, enimvero arclam esse et afflictam nonasticam vitam ex hac Dominica sententia liquet: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me* ⁷³. Jam mundanorum quoque oppido acerbam spectacula clamant. Nec de omnibus loquor, (nam quis amplificet quæ gerantur singula dicendo,) quin e bello dilapsos, si videtur, contemplemur modo, non amissis quæ tenebant universis, nudi propemodum e Barbarorum fugere manu? non partim habitii ignominiose sunt, et in exsilium missi, ac pol primores, partim dignitate moti, partim huc, illud dispersi tremunt, et inhorrent præiis quæ mox patientur? Criminique datur quod in acie non mansere, ac periere; etenim tantum ab iis studium et obsequium flagitatur, ut vel corpus animamque negligant, si sit necesse in gratiam principis. Cæterum nostra cum sancto Spiritu lætitia conjuncta (21) pugna est, ut præliatum sit quod acerbum videatur, ob

spem in cœlis repositam. Ergo haud suffundimur pudore, qui, gloriolæ his, ac præmioli causa tot tantaque subeuntibus, contraque jubentes mutire audientibus, pro tam maximis et cœlestibus, nec tantillam ærumnam leniter feramus? Quænam est autem ærumna? quod præter voluntatem forsam ministerium jussum, cibus, potus, vestitus, calceamenta, locus, modusque obedientiæ, aliud quid ejusmodi mentem conturbans. Hæc enim vero ut sunt molesta, non adeo tamen, ut ab officio dimoveant, siquidem haud sunt pares hujus temporis miseræ ad eam gloriam quæ in nos exhibenda est. Pro quibus si vel amburamur quotidie pati, sit necesse, nedum ut tam levibus de causis ac tolerabilibus ringamur. Atque hæc minime disserui quo contristemur, quin amorem videamus, quo nos clemens persecutus Deus est, qui (22) communi vita sacerdos in hanc sacram professionem, cœlestemque conscripsit. Qui nec quæ exigat a nobis ad usum exigit suum, quandoquidem plenus est ter optimus, et nullius indigus, sed nostra ipsorum gratia, ut beneficium capiamus, ac servemur, itaque, fratres, omni dubitatione remota, per tolerantiam mentes incolumitemus, cunctam incidentem tentationes superantes, nullis victi cogitatis, quantumvis probandis nobis, et explorandis ingruere sinantur, vitamque nostram male habere, quo præfidentes cum Apostolo nos quoque dicere habeamus: *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; aperiimur, sed non destituimur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; deijcitur, sed non perimus, semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes*⁹⁹. Quo adhibendo studio, vitæque procincta, Deo complacentes, cœleste regnum ineamus per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCV.

De arcto, et angusto itinere, lætoque vitæ diversorio perennis.

Fratres Patresque, qui longinquo ac salebroso itinere proficiscuntur, cum laborant, et viæ subeundis molestiis dolent, tum boni spe diversorii dolores perferunt, ac labores depellunt, alacriter semper contentequæ ulterius tendentes.

Quorsum hoc mihi exemplum? scilicet proficisci nos quoque in hac vita itinere quodam, ac pol arcto, et afflicto, atque longo, valdeque laborioso (quis enim negat?), siquidem necesse est virginitatem ac continentiam dum vivimus tueri, morigerationem atque obedientiam servare vividam, *consilia destruere et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigere omnem intellectum in obsequium Christi*¹, ac quæ

his alia consecraria sunt pro monastica vita. Quamquam, hic quoque finis prælatus est. Quisnam, sodes? immortalitas, quam certissimus Deus se præstolatis præbere stipulatur. Quamobrem cuncta hic acerba ob immortalitatem, fratres gratulanter, atque patienter feramus, cohonestantes nostro in corpore, spirituque Deum. At qui cohonestetur Deus dicam unum in modum. Ante biduum nos laici huc venere speculatum, simulque sedentes conspicali, ac manibus alia purgantes, et ore Davidicos hymnos exsequentes, Deum laudarunt, gratulati, frugemque senserunt, atque hæc comprobata Dominica sententia est. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est*². En equidem cohonestatis vestro in corpore, spirituque Deum hac in parte. At enim et cohonestetis insuper assidue omnem in modum, qui Deo digne obeatis. Ac quoniam mortales æmulatione plurimum ad agendum inducimur, *Neque zelaveris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam fenum velociter arescent, et quemadmodum olera herbarum cito decident*³, quin proba, honestaque effringito. Sane hic quidem arti cuiquam dediti, non a peioribus, sed egregiis, operis sui exemplar petere laborant, verbi gratia, faber ab artificioso fabricante, pictor ab erudite pingente, planeque rudes ac minus imbutos nemo, quin expertos et imbutos satagit imitari: hæc si in materiæ ac pereuntibus lex atque regula est, quanto hac in arte, et scientia magis, quæ artium et scientiarum summa est, nostram ad proborum exempla vitam componere debemus, non contrærios sequi. Ergo imitemur qui a pueris se ad senectam subditos gessere, non dico antiquitussanctos quin nostro in contubernio illustres imitemur; qui simplicitate diaboli vafritiem solvere, et alacri obedientia præstanda, curriculum quoddam monasticum probe decurrere; ac, si vultis, jubentem se imitemur, ut ipse Christum, rursumque edicentem: *Deum imitentur, sicut filii charissimi, et ambularent in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavitatis*⁴. Jam nostræptæ causa Christus oblationem se Deo, et hostiam tradidit, ac nos nec tantillum ærumnam agendis gratiis feramus? opprobriis petitus Christus est, pro hoc effato, *Impropria improperantium tibi ceciderunt super me*⁵, ac nos vel minimum impeti a quoquam, et insimulari negemus? scilicet sanctorum simus consortes, quorum vestigia minime sequamur? scilicet cum Christo regnemus, cujus neci non conformemur, nec societatem coeamus pœnarum? *Et si justus vix salvatur, impius et peccator ubi parebunt*⁶? Videte accurationem, quemadmodum justus vix salvatur, ut nihil dicam probum esse non posse qui

⁹⁹ II Cor. iv, 10. ¹ II Cor. x, 5. ² Matth. v, 16. ³ Psal. xxxvi, 1. ⁴ Ephes. v, 2. ⁵ Psal. lxxvii, 120, 21.

(22) Κοινωβίου erat in nostro, sed emendaveram κοινού βίου, quod inveni in Vat.

impatiens sit, labori alienus, veteres offensas remiscens, indeque incensus ac concitatus, nec cum Deo agitans pacem. Igitur hæc designantes necesse est a conjunctione cœnobica revelli, atque hinc abductos incidere in iudicium perenne. Pol amens dicam quod sum dicturus, non subditum egi quæ? non præfectum habui? non cœconomum? non spiritualem juxta ac carnalem patrem? non spirituales æque fratres, et carnales? inter quos velut in igni degebam, hinc inde petitus, contraque duas adversarias vitas depugnans. At servari, nisi tolerantia, nequibam, ac ni confiterer debite, mibique crimina ascriberem semper, neque enim potest aliter in ærumnis animus pacari. Vos quidem estis qui estis, (nam vel id sufficit dictum) et docere me, ac corrigere tentatis, cœu rudem, et eorum quæ dicantur inscium, cum vel pueris sit evidens suggestione vos diabolica cieri. Non sub potentem Dei manum succumbitis, in qua inest suavitas, ac voluptas, et securitas? Confiteri videmini nec confessio est quæ obeatur, quin comitium rixis aperitis, quasique prætorium tribunal, in animorum perniciem vestrorum, meæque miseri dignitatis, et omnium qui audiant. Dolent, opinor, quæ retuli. Pol doletis, sat scio; at loquor sollicitus et ipse, atque ut causam pro quoque vestrum in die iudicii dicturos. Sed cum scriptum est: *Nunc tempus acceptabile, nunc dies est salutis*⁷, malignitate ex animis sublata, benefacere discamus, purosque nos beneficio præbeamus, priusquam Domini dies terribilis et illustris appetat, in quo vel otiosi rationem verbi reddemus, ut quanta optima potest conscientia hinc profecti, habeamus qui perennem vitam nanciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCVI.

De fratris Carterii secessione, deque pace, ac concordia doctrina.

Fratres Patresque, equidem crebro ad vos disserens haud necessario disserere videbar, cœu qui jam perfecti essetis in officio, nec moneri opus haberetis; nunc, ut video, vel in primis necessario, postquam et me sic disserente, minime cessat in plerisque vestrum iniquis, ac seditio moveri in quo et demiror quemadmodum qui doctores agere pro tempore deberent, adhuc puerescant, stolidi, et amentes nequaquam. Enimvero causa est defecta charitas: nam si ex Apostoli sententia: *Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflat, non indecore se gerit, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati; omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet*⁸, nimirum hac absente oriuntur contraria vicissim, incredulitas, secessio, pertinacia, spes,

A atque tolerantia nulla. In his positi, qui Dominici discipuli vocemur? ipso clamante, ac dicente: *In hoc cognoscet omnes quia discipuli mei estis, si charitatem habueritis ad invicem*⁹; et alibi rursum, *Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos*¹⁰, igitur charitatem, ac veritatem non habentes, quin inimicitias, pugnas, dissidia, non Christo erudimur, sed Christi inimico, quantumvis acerba est oratio. Jam quo vivimus miselli, quo aerem ducimus, haud obeuntes quæ grata et accepta Deo? quem fructum Carterius fecit, segressus a nobis, atque in aliud consortium profectus? Sane cum noxium est, et improbum prorsus, ex alio in aliud consortium migrare; tum id citra præfectum committere, qua non suspicione dignus est? maxime accusato eo, et damnato, atque reprehensio. Quas ob res, ut videtur, qui id a nobis adjumentum, suæque secretum conscientiam minime concoqueret, missionem poposcit, ac pol imbecillitate hominis inductus, ne majori tristitia obrueretur, in gravius malum illapsus, fecit comiteatus gratiam. Demum deprehensus est, frustra, ac nequidquam huic, et illum causatus, abitus prætextus coegisse, atque hinc vobis dedisse turbas, equidem, *Qui vos conturbat iudicium portabit, quicumque est ille*¹¹, quemadmodum scriptum est. Porro ubi quis respondere cœperit, si habeto, agi illicit perniciem, qui si æqualibus respondat, habet fortasse quo animo satisfaciat? sin majoribus, iudicium est dissidii, et interitus ejus qui responset. Quamobrem, fratres, si is inconsulte ac noxie fecit, vos quidem certe consulte atque probe agitote, pacem amplexi cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua Deum contuebitur nullus solliciti ne quis divinæ gratiæ sit exsors, ne qua acerbatis radix sobolescens negotium facessat, qua frequentes polluantur. Quid hoc verbi est? uti probum quemdam zelum ostendatis innocentes, malignitatem exosi, et aversati, neu hostes ducatis, quin ut fratres, moneatis, Apostoli commendatione digni, ejus alicubi hæc sunt verba: *In omnibus exhibetis vos incontaminatos esse in negotio*¹². Sane hæc, fratres, non insultans equidem, ac vos lacessens sermocinor, quin amice paroeque exemplum super filiis Heli reformidans, tum propter me, tum propter vos ipsos, sin arbitramini secus, jamjam apparent dies, cum hæc vobis lingua subtrahetur, ac tum scietis quæ nauci hic ego dicebam fuisse vera. Cæterum pacis Deus, qui cunctos vult sospitari, et in notitiam venire veritatis, tum revulsum a nobis velut ovem, haud permittat sub os animivori cadere Draconis, tum vos, eximios suo agnos in præceptorum caula tueatur, quæ accepta ei sint agentes per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

⁶ I Pet. iv, 18. ⁷ II Cor. vi, 2. ⁸ II Cor. xiii, 7. ⁹ Joan. xiii, 35. ¹⁰ Joan. viii, 32. ¹¹ Galat. v, 10. ¹² II Cor. vii, 11.

SERMO XCVII.

Declinandos esse qui suppliciiis multati rursus sectariis accessere.

Fratres Patresque, iterum concitatum est bellum, ut aiunt, ac pol intestinum, quo quid acerbius, trucidare invicem Christianos? ergo orandus nobis assidue Deus est, ut subditi quiescant, tam quod ad regnum attinet mundanum, quam quod ad fidem, ob quam hic considemus. At considentes haud par considerare est obiter projecteque, quin caute in primis, et circumspecte, ne aliis prædicantes ipsi improbi simus, quod ob eos diximus, qui suppliciiis multati, rursus sectariis accessere. Quorum missilia nuper refugimus accipere, ut noxia conjunctaque cum animi periculo, qua re cognita quidam inter nos Patres indignati, ceu hinc turbis accensis. Nos enim vero turbas accendi deprecamur, nec possumus tamen, utut conturbentur nonnulli, de veritate quidquam remittere, ac confessionem polluere Christianam, conspirationis crimen veriti, uno dicente Vatum: *Sacro profanis non discernebant, sed erant eis omnia polluta* ¹³? Nec non Apostolo: *Quæ participatio justitiæ cum iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? quæ conventio Christi ad Belial? quæ pars fidei cum infidei? qui consensus templo Dei cum idolis* ¹⁴? Ac rursus, *Subtrahere vos ab omni fratre ambulante inordinate; et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis* ¹⁵, et iterum: *Si is qui frater nominatur est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, ut ebriosus, aut rapax, cum ejusmodi nec cibum sumere* ¹⁶. Igitur cuncta hæc mentem conterrent, ac distinent, eaque gratiam quamvis potius miseriam et ærumnam perferre animum induximus, quam præsidium ac salutem prodere. Equidem cum scriptum sit: *Sive patitur unum membrum compatiuntur omnia membra; sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra* ¹⁷, vosque membra sitis germana, atque intestina nostra viscera, non potui quin edicerem præsentia, quo sciretis, et scientes condoleretis, ac quæ hinc evenitura sint videretis; siquidem ait: *Virtute fungens exspecta ob eam tentationes* ¹⁸. Jam per vos ipsi judicate, obsecro, quod dixi æquum sit ob veritatem monasteriis pulsos, eademque prodenda monasteria retinentes, pares cernere, et consortes putare. Ego et nequidquam pulsus sum extorres, et pro his olim nequidquam propugnativimus, atque impostores adeo deprehendimur, aliis, sic aliis alter loquentes, ac jure ingement nobis qui confessionem obeant accurate, si accessisse iis videbunt qui noxam in Dei Ecclesiam compararunt. Quin absit vero ut accedamus, et in nos insuper exitium conflemus. Post jam pridem quatenus tempus postulabat indulsumus, nec injuria, nunc urgendum ædificium sit, nec retractandum; nam: *Quod si subtraxerit se, inquit, non placebit animæ meæ* ¹⁹, et: *Vos non estis*

A subtractionis, filii in perditionem, sed fidei, in acquisitionem animæ ²⁰. Viden' ut retractationem nominet, ad perniciem? Itaque hæc ejusdem Apostoli sententia est, *Mundus sum a sanguine omnium vestrum, non enim subterfugi quominus annuntiarer omne consilium Dei vobis* ²¹. Quamobrem nos quoque apostolica doctrina, ac sanctorum odeo Patrum subnixi, qui eadem et ipsi cum apostolo loquuntur, ad hæretica consuetudine eorumque qui mutato consilio his accessere, abstinentes, confessionem accuratam tueamur, in qua stamus, ac divinæ spe gloriæ triumphamus, cæterisque cunctis functionibus ceu adamussim poliamur, quo perfecti, integrique simus, nulla in re defecti. Ac Dei pax, quæ omnem superat mentem, animos sensaque nostra custodiat per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCVIII.

De obsequendo præfecto, gratanterque ferendo obedientiæ certamine.

Fratres Patresque, equidem in vobis gaudeo, qui in omnibus morem geratis, ac nihili meis verbis obsequamini seu afflicti, seu hilarati, seu reprehensi, seu collaudati, etsi haudquaquam id est a vobis, quin Dei munus est, et obedientiæ veræ, minimeque fucatæ argumentum, quæ ingens habet præmium, ac mercedem certaminis, quemadmodum sancti Patres edixere. Sin certamen est, habet nimirum pugnas, et conflictus, postquam martyr citra supplicium nemo est, nec laureatus qui non legitimum certamen confecerit, quamobrem nos quoque haud defetiscamur quodam quasi martyrio perfungi conscientiæ, læte universa ferentes objurgationes ceu flagra, voluntatum coercitionem ceu obtruncationem, cogitationum impetus, ceu accensas a diabolo pyras. Non restinguitur ignis nisi aqua suffusa, nec fœdæ libidinis flamma, nisi lacrymis affusis; haud curatur labor nisi restauratione quietis, nec mens gravata cogitatis nisi ex oneratione, quam confessio præstet. Apertaque sunt remedia salutis, et hactenus etiam atque etiam in Domino valetis, *si quis autem vestrum indiget sapientia* ²², ut Dei germanus vociferatur, *postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non impropere, et dabitur ei. Postulet autem in fide, nihil hæsitans; qui enim hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento movetur, et circumfertur. Non ergo æstimat homo ille quod accipiat aliquid a Domino, quia vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis* ²³, quapropter ne ambigamus, neu precibus agitandis dubitemus; quin gratulati, ac cum fiducia sincera Deum votis flagitemus, et consequemur sine debitatione petita, atque insolens exstinguetur ignis, cognitaque diffugient inimica ac Deo duce propositum obedientiæ

¹³ Ezech. xxii, 26. ¹⁴ II Cor. vi, 16. ¹⁵ II Thess. iii, 6. ¹⁶ I Cor. v, 11. ¹⁷ I Cor. xii, 26. ¹⁸ I Cor. xi, 35. ¹⁹ Hebr. x, 38. ²⁰ Ibid. 39. ²¹ Act. xx, 27. ²² Jacob. i, 5. ²³ Ibid. 8.

martyrium peragetur. Cæterum vos, fratres, scire velim oculos nostros non nimium abundare stipe, quin erogari, non augescere, nunc præsertim cum defecit et vinum, qua re imbecilliores percellimini, sentio. Verum confidite, prope adjumentum attulit Deus, pro frumenti copia viniq̄ue, ac quæ alia fert necessitas, necnon afferat, et insuper, si ei toti incumbamus, quæ placeant agentes, nec de fiducia demoti, quæ ex eo suppeditet, qui quidem dixerit: *Non te deseram, nec relinquam* ²⁴; ac rursum: *Quærite primum regnum Dei, et justitiam ejus et hæc omnia adjicientur vobis* ²⁵. Quæ si destituant plerumque, nihil mirum, quin exploratio, ac periculum est virtutis. Non probus erat Jacobus patriarcha? at fame interim pressus, majores nostros in Ægyptum ablegavit frumenta coemptum. Non probus Elios vates? qui nihilominus Sarephtam in Sidonem concessit, pone viduam clamans: *Sume sis mihi aquæ pauxillum in capedinem, bibituro frustumque panis comesuro* ²⁶, non aliud postulans quam parabile, ac necessarium alimentum. Et quis vero? Elias, qui cælum obseravit lingua, ne pluviam præberet, rursumque precatus supplicium solvit, et refixit, nos viles intus, extraque. Qui etsi quid ejusmodi feramus, minime sit alienum, nec moleste patiendum, quin gratulandum in inopia juxta, ac copia, nam ea Christi discipulorum nota est, non perditæ murmurantem. Quo suscepto studio, et consilio, facile cum hæc adversa transeamus, tum bona adipiscamur futura, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCIX.

Dei inæquandam formidini, quo pestiferos dæmonum incursus fugiamus, deque Psalmodia.

Fratres Patresque, nuper egressis Agarenis illicet consternati timuimus, solliciti ne in cruentas impiorum manus incideremus, ne injuria, cæterum agi et dæmonum incursus, id vero minime cogitamus, nec metuimus ne incauti a malignis spiritibus capiamur. Enimvero in hostibus qui spectentur cum temporarius est incursus, tum eminus tumor delatus volentibus potestatem facit huc, illuc diffugere, quod dici, inaspectabilibus nequit, qui noctes, dies, in horas insultibus in nos dediti nec respirare (pe-ne dixerim) permittunt. Ut plus hic opus sit formido majorque custodia, ne capiamur, quin pestiferos eorum incursus fugiamus, at quo fugiamus? ad Deum scilicet; nam *Deus noster refugium, et virtus*, ac ille, *adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis* ²⁷; et: *Immittetur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos* ²⁸: rursumque: *Qui confidunt in Domino sicut mons Sion, non commovebitur in æternum qui habitat in Jerusalem* ²⁹. Igitur Dei formidine, ac fiducia præditi nequaquam hostes pavebimus. Jam illud reputemur, haud ca-

²⁴ Jos. 1, 16. ²⁵ Matth. vi, 33. ²⁶ III Reg. xvii, cxxiv, 1. ²⁷ Coloss, iii, 16. ²⁸ Psal. xlvi, 8.

ptum iri nisi panis, et aquæ penuria præsidium. Quid his simile in nobis? lacrymæ, ac verbum Dei, per quæ animus pascitur, et incolumitur, quorumque defectu perit, ac proditur. Ergo *habitet in nobis verbum abundanter* ³⁰, ut aiunt Litteræ, nec lacrymæ desint. Quin obitus indidem et proditio, quemadmodum ferunt. Quid hoc iterum rei? insistina nostra vitia, studioque carnis excitata animi sensa, quæ, ut insidiatore, inimicis ostium dæmonibus aperiant. Sed ii profligandi sunt nimirum, e omni ope cavendum ne civitas nostra, id est, mens, expugnetur, neu a peccato dejectemur, neu fœdus cum noxiis sceleribus ineamus, quia immaneamus virtuti, in qua conditi sumus, ad conditoris laudem, meumque sontis in Christi diem triumphum. Porro autem cum heri vobis decensuerim ob psalmodiam, obsecro ac cohortor, decore riteque psallere, non obiter, et supine confuseque. Id equidem haud sontem me offendit, sed pol sanctum Spiritum, qui edixerit, *Psallite intelligenter* ³¹: at intelligenter psallere nequeamus, ni id observetur, ne, choro frequentando, versum auspicemur dum prædictus sit absolutus seu contenta, seu exilis psalmodia fiat, seu lentius, seu concitatus eat versus. Sin accidat torpor, et ignavia, certe succurruto alter alterum, in primis decorum conservator quod si est in aliis pulcherrimum, quanto magis in alloquio divino? Annon in turbis deformationes animi fœdæ, ac captivitas quædam accidit mentis, contraque inest in decoro tum studium et contentio major tum suavitas, siquidem ait: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo.* Igitur hortor oblestorque, summa ope nitamur hanc virtutem acquirere quoque, invicem adjurantes, ac corrigentes in canendo; nam sic intelligenter psallentes, animis voluptatem oppido quæramus, et exemplum aliis simus luculentum; atque in hoc etiam Deum denique colentes, perennem vitam perciscamur per Christum Jesum Dominum nostram. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO C.

Dirigi mentem dextre oportere ad immensam opificii pulchritudinem divini.

Fratres Patresque, huc ingenium semper, huc invigilet animus in monasticum certamen, opusque divinum, non huc illuc paletur, ceu manucaptus, scilicet haud aqua mare, aut aspirantem aer defecit; multoque nos minus egregia cogitatio destituat necesse est, in Dei miraculorum pelagus infinitum spectantes quibus mens inerrans nequaquam agit otium qui in hac vita operam ludat, ac se vitiosis obliget cogitatis, siquidem motu prædita perenni conquiescere nequit, quin ferri necesse est quocunque dirigatur, seu dextre, seu sinistre. Ac si dextre, fari hæc Davidica queat: *Domine, in volun-*

10. ²⁷ Psal. xlv, 2. ²⁸ Psal. xxxiii, 8. ²⁹ Psal.

tate tua præstilisti decori meo virtutem ³²; sin sinistra, versum sequentem, *Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus* ³³: nam equidem aversum Deo est inane studium, animique perturbatio lethalis fontes feræ. Quamobrem demus operam dextre ut perpetuo dirigatur, ut eximia spectacula cernat. Quænam? Angelicas ac cœlestes copias, ingens mihi atque incomparabile decus, splendorum apostolorum, vatum, martyrum, et omnium sedes proborum, cœli convexum, radios solares, jubar lunare, astrorum tripudia, ac quæ alia sunt subjecta sensibus, non quo immoretur in iis, quin totius universa per ea molitorem Deum speculata, pulchritudinem quam habet incorruptam tueatur. Sane ornavit nos Deus, primum in paradiso, dignitate simulacri, et imaginis quamlibet inobediencia nos deartuavimus, ac confundimus; deinde in gratia per regenerationis lavacrum, sanctique Spiritus renovationem, quem effudit in nos copiose per Christum Jesum Servatorem nostrum quanquam hic degeneravimus; quoque tertio in virginitatis professione, cunctis condonatis admissis, contraque nos chirographo crucigera quadam vita æque ac tinctione deleto. Igitur in sua mens pulchritudine maneto, ut audire mereatur. *Tota candida es, amica mea, et macula non est in te* ³⁴. Sin et maculam conflet (23), posteaquam mutabiles sumus, nec purus a sordibus quisquam, aut qui animum se habere castum gloriatur, at enimvero lacrymis purgemur, ait enim, *Lavabis me, et super nivem dealbabor* ³⁵; rursumque, *Lavamini, mundamini, auferte scelera ex animis vestris* ³⁶. Ac felix mens quæ sic assidue se purget, omnique studio libera, soluta, studium, amorem, cupidinem solum teneat, Deum mortemque in dies jucunde præstoleatur, nam veniet omnino, ac debitum nos quoque persolvemus. Atque utinam pie, sancteque, tum reliquiis ejusque nostrum spectantibus, ac psallentibus sacris futuris, ceu lecto utensili, ceu probo instrumento, tum animo a sanctis angelis in perennem vitam asportando, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CI.

De Heri Christi incarnatione, ac transfugis deplorandis fratribus, de nobisque muniendis doctrina.

Fratres Patresque, rarum est auditorium, aliquot digressis fratribus. Quanquam nec præsens negligendus auditor unus, siquidem ait Dominus: *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis; dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui est in cœlis: venit enim Filius hominis salvare quod perierat* ³⁷. Huic incredibile beneficium, venit ad fugitivum servum herus in habitu servili, ut eum servitute diabolica liberaret! venit lux vera

³² Psal. xxix, 8. ³³ Ibid. 9. ³⁴ Cant. iv, 7. ³⁵ Psal. l, 9. ³⁶ Isa. i, 16. ³⁷ Matth. xviii, 11.

(23) Φανῆ μωμεῖσθα: est in nostro melius, Vat. φθάνη.

quæ petierat draohmam vestigatum, ut e tenebris eum peccati revocaret. Igitur necesse est nauci nos quoque, bonum imitatos, unicuique vestrum laborare, ac sermocinari, et pol impendere vitam. Atque utinam ales efficiat, volaturus, ac singulis contuberniis quieturus, cunctis videndis: et pro officio compellendis; nec iis solum, qui in Caini via, fraudeque Balami grassatis. Quosnam hos inquam? Leontium Hermiam. Nectarium, nostri, ac religionis transfugas, qui præfecturam sceleris tulere præmium, quos si spectem, alloquar, ut aliud nihil, saltem consoler animum miser. Ac videre velim et qui, pro meis criminibus, sacro habitu projecto in nefarium se facinus induere, plus quo ejuler, quorum unus Pegasus ille, quem ferunt eo flagitii provectum, ut regia dignitate populo imperitet, bella moveat, homicidia patret, et vitam vero homicidio abruptisse. O calamitatem! in quod miserandus præcipitium ruit! primum contubernio profugus huc illuc itare, quo alluberet, ceu brutum pecus interiens, tum monachum exutus, tragædia quam audivimus defungi. Quapropter, hortor, tum pro (24) eis comprecamini, tum vos munitote, ne quid de contentione monastica remittatis, nam paulatim remittendo, ac relanguendo, in perniciem animus impellitur. Eam ob rem et nunc solitarios degentes miseror, ac deploro ut facilem diabolo prædam objectos; etenim i e caula ovem arripit lupus, scilicet non extra ovile palabundam nactus interimat? Nescitis qua in nos insania præditus diabolus sit? quippe ingruit cunctis, non tamen ut miselliis monachis; ac cum internectione gaudet multorum, tum in primis triumphat si monachum unum quempiam prosternat, eaque gratia luctatur, instat, contendit, obedientem ab obedientia retrahere, quietum e quiete, stylitam e stylo, clusium e clastro, qua avocatione captum incitet quo lubet. Ut qui se in suis modulis, locisque teneant virtutis, insuperabiles sint diabolo, laqueis altius sublatis, igitur et nos, fratres, præbitis in hostem divinitus usi viribus in fugam eum cogamus, Dei formidine tecti, qui cœlestibus sensis impurum feriamus, non ab eo profectis succumbamus, quo victoria hic potiti justitiæ coronam referamus, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CII.

De veteratoris vafritie serpentis, ac quemadmodum vera submissione, viaque regia grassati, multiformes dolos evadamus.

Fratres Patresque, cum hodiernus me dies cunctis postulat disserere, tum iis in primis qui modo advenere, ut jam pridem jejuni nostri sermonis expertibus. Atqui futurus sermo est? ut Christiana

(24) Secutus sum Vat. in quo est ἐκείνων pro ἐκείνο.

dignam oppugnatione vitam obeamus, omni exerceanda pietate, atque probitate, ceu morigeri filii? non qui olim in ignorantia libidinibus conformemur, deque studii contentione monastici quidquam remittamus; nam videtis, fratres ut diabolus tanquam leo rugiens oberret, querens deglutire quempiam. At nunc cernens persecutione sejunctos, vehementius instat, qui prædari animum gliscat. Sed intenti semper, et ubique vigilemus, divinis tecti præceptis, atque in locum non inveniens, pudefactus abcesserit; siquidem nactus, penitus irrumpat, nec desistat, dum mactet ac interimat. Nescimus quot peremit ad orbe condito, non primigenium mortalem voluptate victum pomario proscripsit? non Cainum in fraternam cædem armavit? non Judam apostolico excidit costu, cunctorum vitæ proditorem molitus? non innumeros alios neci tradidit? Idemque est qui nunc quoque urget, insidiatur, decipit, peneque mundum deglutit, quem difficile, et impendio sedulum sit evadere. Nec conatur solum incoanda dissoluta, ac licente vita, sed etiam exercitatione degenda accurata prosternere, et in diversum nos impellere, varius, multisque se technis, ac fraudibus diffingens, atque in nos laqueos in terra complures explicans, secundum beati Antonii revelationem, quos et sola effugit humilitas, uti fertur.

Qua nos usi quoque, diverticula ejus, et errores devios evadamus, grassari regia neque huc, illucque declinante, quin præcepti norma traditi obeantes, ac præcessorum vestigia Patrum sequentes, quorum in caelis vita est. Igitur a vitiosis cogitatis mens retrahitor, animus divina oracula meditator, os in Dei laudem reserator, oculus rite cernito, auris inane fabulas ne admittio, manus ad opificia moventor, pedes modeste gradiuntor, cibus potusque obitor moderatus, somnus ad amussim componitor, nea citra necessitatem egressus ne quæ mortem afferat licentia, neu aliud quid insolens agitator, quin canota sancte prudenterque geruntor. Neque vero spatium longum est, et finis imminet certaminum. Ecquod est autem laborum præmium celeste regnum. Pro quo fratres, magis magisque decertemus, luctemur, sin corruimus, at iterum resurgamus; sin obdormimus, at rursus evigilemus, vim inferamus naturæ membra hæc terrena perimamus, virtutes acquiramus, (quæ equidem mihi quoque edico, obsitus et ipse imbecillitate, at eadem vobiscum natura præditus) quo sincere omnes, et insontes hinc profecti, perennem vitam consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CIII.

De divinis exsequendis præceptis, ac justis in negligentes minis.

Fratres Patresque, molitor Deus qui e nihilo

²⁸ Matth. xxviii, 20. ³⁹ Matth. v, 44. ⁴⁰ I Cor. vi, 10. ⁴¹ Matth. vii, 19.

A nos protulit in lucem, velut in schola quadam in hæc vita collocavit, regni sui Evangelium discituros. Igitur prædictum discipulos mittens jubet in hæc verba: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos serrare omnia quæcumque mandavi vobis*²⁸. Quænam sunt autem quæ mandavit? in antiquo fœdere, ut partim dicam, Non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimonium dices in novo his majora, et accuratiora; nam *Dictum est ait, antiquis: Non occides; qui autem occiderit reus erit judicio; ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo temere, reus erit judicii. Rursus dictum est antiquis: Non adulterabis; ego autem dico vobis quia omnis qui riderit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulteravit eam in corde suo.* B *Rursus dictum est: Non pejerabis; ego autem dico vobis non jurare omnino. Rursus dictum est, Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum; ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, bene precamini execrantibus vos, beneficite his qui oderunt, vos*³⁹. Viden' quod utriusque fœderis discrimen? illo actiones vetante, hoc vel occasiones, unde actiones existant, ne hinc radices agat peccatum, itaque si nec legaliter, nec Evangelicos, sed ethnios ut sic dixerim obimus quid tum temporis patiemur? *Nolite errare, inquit, neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque fures, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt*⁴⁰, eaque de causa, uti sæpe, et nunc præmuniens edico, ne quis solitarius degito, neu supine fertor, neu aurum cogito, neu servum teneo, neu equum, neu bovem alito, neu quid aliud tractato citra persecutionis normam, unde graviora, et atrociora facinora manent. Tametsi sunt e vobis qui contra verum obstinate contenditis, quorum a sanguine sum insons; neque enim subterfugi quin divinum sum edicerem, nec reticul venturum immorigeris ense. An irritamus Deum? nam fortiores eo sumus? Jam vero *et securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum excinditur, et in ignem mittitur*⁴¹. Non exemplum timetis, non minas exhorrescitis? non mortem pavetis, quæ mox ob-eunda est?

D Qui horribiles angelos tueamur, eductum nos e corpore venientes; qui longum illud immensumque iter peragremus, viatico non instructi? tribunali sistamur Christi, cui congenulabunt universi, cunctæque laudes offerent linguæ, fœdam conscientiam tenantes? Ut ablegari sit necesse ubi non exstinguitur iginis, non moritur vermis; ubi fletus, ac dentium stridor agitur, quod ne accidat, fratres, agite venerabundi illacrymemur clementi Deo, et eum coram prævertamus, confessione, precibus, compunctione, lacrymis, supplicio, jejunio, castitate, omni præclara functione. Enimvero is est

scelerum nostrorum placamentum, nec se in nos affirmavit, minimeque revertentem aversatur, quin asciascit: ut meretricem, ut prodigum, ut latronem. Sane, obsecro, fratres consurgamus, excitemus, contendamus, quo velut pueri studiosi e schola discedentes læti domum revertuntur; sic nos quoque ceu genuini Evangelii discipuli in perennem vitam ovabundi commigremur, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CIV.

De sincero veroque amore, ac morigeratione erga præfectum, et horrendo justis iudicis examine.

Fratres Patresque, quæ superiori Catechesi propter tum præsentem disserui, æger ac dolens disserui, at quæ de vobis nunc habeo dicere, ea vero sunt meliora, et cum salute conjuncta, qui Dei Opt. Max. beneficio morem tenuitati nostræ obsequentes geratis, nihil citra constitutum agentes. Quod non mihi gaudium modo est, ac triumphus, sed præ me adeo vobis, qui virtutem ante cœpistis; quid est enim suavius, lætius, jucundius quam ad præscriptum vivere, nec pro libidine quidquam obire subditum? hoc vera morigeratio est, hæc beata vita, (20) hoc præmolestum quoddam, et immolestum, ut sic dixerim, certamen; præmolestum ei qui adhuc suis studiis teneatur, immolestum eis qui suapte studia præregerit, ut apostolice auit dicere: *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus* ⁴². Scilicet qui nequaquam ex sua libidine vivat, per præfectum quasi quemdam sequestrum Deo vivit, *revelata facie gloriam Domini speculatus, et in eandem imaginem transformatus a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu* ⁴³, quemadmodum scriptum est. Enimvero hic mundi est securus, interitus morte, lætam, ac quietam peragens vitam totus consecratus Deo, cæteram qui suapte voluntate, projectis obedientiæ legibus, nitatur, sibi volens, sibi placens, næ is vitam trahat afflictam, qui a diabolo captus ad arbitrium teneatur. Qui ut jejulare videatur, aut pervigilare, aut alia virtute fungi, illaudata functio est posteaquam *Omne quod non est fide, peccatum est* ⁴⁴, et alioqui quod ad communem regulam non agatur, cum proprium est agentis, tum alienum a pietate. Ut merito eos reprehenderim, vos laudem, ac cohortor inherere pulcherrimæ morigerationi, tolerantiam, frangendam voluntati, fidei, spei, charitati, cæteris obedientiæ studiis, qua re et salutem queratis, et exemplar egregium toti contubernio sitis sane, obsecro, fratres, sequidem abest minimum quin jamjam veniam adventans, nihilque cunctetur, supremo imminente die pro tenebris perpetrata patefiant, animique consilia retegantur,

veniet horrendus, ac qui defraudari nequeat iudex, qui subditum subdito, præfectum præfecto, episcopum episcopo, prætorem prætori, regi aggreget regem, et alterutrum ex alterutro corrigat, ac refutet, *et unicuique reddat secundum opera ejus, iis quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem, et incorruptionem quærun, vitam æternam; iis autem qui sunt contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, et indignatio, tribulatio et angustia* ⁴⁵, uti canitur. Quod pertimendum est, omnique studio cavendum, ne sub obitum honorum operum inanes deprehendamus, quin honestarum feraces functionum spectemus. Sin obluctatur hostis quo minus virtutem obeamus; quod negandum non est, qui quidem homioida sit ab initio, neu steterit in veritate, cum non sit veritas in eo, quemadmodum ait Dominus; at fortitudine in eum, ac magnanimitate utamur, laboribus, studio, precibus, supplicio, larcymis, adhibendis, atque is succumbet, Deo in certamen coeunte, nostraque imbecillitate juvanda perennem victoriam præbente per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CV.

De expurgando a sceleribus animo, ineundisque virtutis laboribus.

Fratres Patresque, fors animum dicere inducat quispiam frugem ex his Catechesibus nullam percipi, sed profecto, ut mihi videtur, vel in primis percipitur. Scilicet quod aratrum terræ, et aqua sitiienti, id gnave audienti Catecheticus sermo est. Unde enim mens corrumpitur? unde in fratrum rebus publicis bella, rixæ, dissidia? nonne ex eo quod doctrina, ac castigatio non obitur? Quæ ubi sint ibi serenitas, atque pax est, ubi pax, et serenitas ibi sanctus Spiritus conquiescit. Qua de causa equidem timide cupideque disserere, castigare, hortari, ac commonere satago, si qua possim ab omnigenis diaboli tentamentis vos meque servare, quanquam fateor operam vos quoque non minimam conferre, maxime primores, omnesque me ad bonum opitulatores, habere. *Ego plantavi, ait ille, Appollo rigavit, sed Deus incrementum dedit* ⁴⁶: ut non mea solius, quin vestra omnium sit functio, seu potius Dei, ab quo cuncta in homines recte facta manant. Itaque, cohortor, quod cuique obtigit munus ad publicam frugem urgetote, animique domicilium Deo construuntor, nam Apostoli hæc sententia est, *Si quis superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit; dies enim declarabit, (quia in igne revelatur) et uniuscujusque opus quale sit ignis*

⁴² Galat. II, 20. ⁴³ II Cor. III, 18. ⁴⁴ Rom. XIV, 23. ⁴⁵ Rom. II, 8. ⁴⁶ I Cor. III, 6.

(25) Hæc in nostro fœde mutilata erant, quæ in Nat. integra offendi.

probabit ⁴⁷. Observemus quid dicat, quemadmodum auro, argento, lapidibus pretiosis virtutem comparet vitium, lignis, feno, stipula, quibus iudice igni explorandis, tenera conflagrabunt, superstitibus duris. Ac terribiliorem comparans sermonem, addit in hæc verba; *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, qui estis vos* ⁴⁸. Huius beneficium, Dei nos templum nominari! huius minas, qui Dei templum corrumpamus, corruptum iri divinitus: quamobrem ne Dei templum corrumpamus, fratres, neu Spiritum habentes domesticum scelerum domicilium fiamus, neu a vitiiis asserti iterum diabolo servitatem serviamus, quin *stemus sinceri, et sine offensa, repleti fructibus iustitiæ per Jesum Christum in gloriam et laudem Dei* ⁴⁹, quemadmodum scriptum est. Igitur sit animus noster vigil semper, ac contentus, qui timore divino, et assidua mortis deformatione imbuatur, ubi is enim obeatur labor, subeundi locum peccatum habeat nullum. Sin reses stupidaque mens sit; tum vero subolescere libido, quæ nos incitet ac conturbet, minimeque dimittat, dum in priorem statum post liminio revertamur. Ut inducendus sit animus qui pro virtute laboremus, quo vitam ineamus felicem nitamur pro bono, quo perenni requiete potiamur; ploremus, quo gaudere in Domino queamus; arcto, et afflicto itinere grassemur, quo hinc manentem alienam dolore vitam consequamur. Enimvero is præstantissimus quæstus, ea summa est felicitas, exiguis pro virtute certaminibus, ac laboribus immensa, et immortalia bona parare quæ assequi omnes contingat Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CVI.

De ritz navigatione nostræ sollicitè, vigilanterque regenda.

Fratres Patresque, instar maris humana vita est, in qua cuncti, ceu navigium, corpus hoc ingressi, imaginario trajicimus; nec definito quonam tempore ut qui sub sensum subjectum æquor permeant, nunc navigantes, nunc in portum appulsi, quis assidue navigamus, dies, noctesque, nec citra fluctus, ac tempestatem, ut nihil dicam atrox pelagus objectum, neque atrox solum, sed impendio vastum, vitæque curriculo nostræ descriptum. Quod dici non potest quantis procellis præ malignis spiritibus inhorrescat, quotve incurrant dæmones piratæ, qui nos demergant. Id adeo non ignorans sanctus David præcabundus dicere: *Libera me ab his qui oderunt me, et de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puleus os suum. Quod si David, talis, tantusque extimescere, ac ne*

⁴⁷ I Cor. III, 13. ⁴⁸ Ibid. 17. ⁴⁹ Philipp. I, 11.

(26) D. Basil. Orat. Εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν Παρομιῶν.

A demergeretur rogare, quod et passus aliquando est, dormitans, quid nos nanci dicamus, quantumque convenit timere, et ne idem subeamus precari? Ergo animus noster quasi quidam gubernator est qui ubi vigilet intentus, vitiorum arceat procellas minimum cogitatis quæ ingruant aspersus, defeticatur hæreses, flagitium intromittat, ceu mundans, quoddam flumen, sentinaque gravatus, ingens naufragium faciat peccati, quod cum triste est auditu, tum tristius cogitatu. Tum sollicita ac periculosa vitæ navigatio nostræ est: ut intente vigilanterque retinendum sit gubernaculum, et eminus profliganda vitia ac confestim irruentes sædæ cogitationes arceant, ne his immorati demergamur. Neque hæc vero ad juniores tantum pertinet oratio quin ad seniores quoque et in exercitatione profectos, postquam ne hos quidem intentos diabolus omittit, de quibus exstat hæc alicubi magni ac divini Basilij sententia (26): Tristissimum spectaculum, post pervigilia, post afflictiones, post contentas preces, post uberes lacrymas, post viginti aut triginta fors annorum continentiam, ob animi supinam negligentiam cunctis exspoliari. Equidem id infelix tum vidi tum audivi, et illacrymatus illacrymor, cogitans quemadmodum tot opes virtutum, ac tot annis congestæ, una temporis momento diaboli periire fraude, nudo et inutili relicto quasi quodam exercitore pietatis, tam ingens est salutis nostræ mysterium, tantaque diaboli atrocitas, in cælum, nos unde excidit, tendentes conspiciati. Atque is ejusmodi sane est, tantaque nobiscum vesania confligit: cæterum nos, fratres, qua parvi, qua magni, qua juvenes, qua senes, unanimes universi, Deo duce, studiis multis, ac laboribus quæsitæ satagamus nequaquam per negligentiam perdere, mundi secessionem, obedientiam, temperantiam, lacrymas, confessionem, tam nuperam quam præsentem; qui vigilantes excubemus, pansum spei velum habentes, qui Spiritus regamur auris, dum sub exitum vitæ ad immortalitatis portum appellamus, virtutis tanquam mercimoniis cælestis regnum laturi per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CVII.

De mortis recordatione, neu supine sacra percipiamus.

Fratres Patresque, heri ut apparitor regius advenit, illico expavimus, inexpectato adventu consternati, intellectoque haud propter nos advenisse, extemplo solvimus timorem. Quæro igitur qua de causa timuerimus, scilicet qui imperatori ob præsentem confessionem parum grati, quin exosi, ac detestabiles essemus; nam si germani fuissetis amici, nimirum ovassemus, scientes boni cujusquam gratia proculdubio venisse. Quorsum hoc autem mihi præmium? enimvero ani-

mus quoque qui præclara vita benignum Deum A paraverit, sub exitum e corpore missum a cunctorum rege ad se satellitem lubens, imperterritus spectabit, lætusque se conferet ad herum; sin secus deprendatur, turbet, ac prætrepidet necesse est, nec fiducia præditus, nec opitulante quoquam. Hic quidem sane et amicus, et frater solentur, ac terrorem depellant, quorum est inibi pecunia cunctorum, angelo atrociter, et acerbe miserum animum raptante. Ac fors timuerimus in his verbis. Pol si terrarem attulit auditus, eoquid in re præenti patiamur; qui ad Christi tribunal animus is compareat; coram igneum flumen trahitur, secundum Daniele m vatem, astantibus contentis millibus, ac ministrantibus decies millenis millibus præsto est severus, et inde fraudabilis iudex, agiturque, de evangelica sententia, vel segnis examen verbuli, quæ qui tum animus feret? Equidem cum horrendum est in viventis Dei manus incidere, tum horribilius ubi justissimam audiat sententiam æternis suppliciis traditus. Quamobrem, fratres, hortor, et obtestor, reconciliemur ante obitum Deo, benignumque paremus, venturos ad nos angelos acquiramus amicos, vigilem animi oculus habeamus, mentem inexpugnatam teneamus, qui haud declinemus, ab assiduo cum vitiis conflictu, sin pauxillum lapsemus, evestigio surgamus, ac frequente fletu ignea perduellis tela, Christiano inducendo studio, exstinguamus. *Multum valet deprecatio justis assidua*⁵¹, ut preces, atque instigationes mutuas requiramus. Multum lacrymæ, ac compunctio valent, et ante omnia, ac cum omnibus, sacrorum perceptio, in qua nescio quo pacto segnes animadvertens, impendio miror, qui quidem, si adsit Dominica, adeatis mysteria, sin alio die cætus frequententur, minime coeatis. Pol liceat in monasterio vel in dies communicare, nec rarius, ac vix convenitur. Neque hæc dissero, qui vos velim leviter, et obiter accedere, scriptum est enim, *Probet seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat, qui enim manducat. et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini*⁵². Non id igitur dico (minime gentium) quin ut communionis studio quantum plurimum potest purgati, compotes flamus muneris; nam propositus vitæ est perceptio panis, siquidem ait Dominus, *Ego sum panis qui de cælo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita*⁵³; ac rursus: *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo*⁵⁴. Viden' ingens et ineffabile beneficium; non mortem obiit solum pro nobis, quin epulum se præbuit quoque. Quid hoc validi demonstrantius amoris; quid animo magis solutiferum? Jam cibo, potuve proposito communi, defit nemo quin percipiat quotidie, ac ni percipiat oppi-

⁵⁰ Psal. lxxviii, 29. ⁵¹ Jac. v, 16. ⁵² I Cor. xi, 29. ⁵³ Joan. vi, 50, 51. ⁵⁴ Ibid., 55. ⁵⁵ Philipp. iii, 12. ⁵⁶ Ibid. 14. ⁵⁷ Ephes. iv, 13. ⁵⁸ Psal. xviii, 3.

do ringatur; nunc obmoto non communi, sed vivifico pane, nec communi, sed immortalis poculo, indifferens quiddam, nec prorsus necessarium remur? scilicet non ea summa imperitia, et amentia est? Etsi id accidit vero, saltem imposterum caveamus, haud ignari quæ vis muneris, ac quantum pote purgati, sacra percipiamus, quin manuficio vacantes ubi signum edatur, opere relicto donum associate studiose. Id adeo nobis, ut arbitror, seu potius ut res habet magno sit adjumento, qui fruendi præparatione puri, et insontes conservemur, nam communicandi negligentia qui possumus non vitiis capi? Quin et vitæ futuram est viaticum perennis, quam adipisci mereamur Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CVIII.

Pernices esse oportere ad certamina virtutis.

Fratres Patresque, inquietum quiddam est natura virtus, quæ haud cesset niti in anticum, quin prædictos se in melius provehat semper, quod demonstrans Apostolus ait, *Non quod jam acceperim aut jam perfectus sim, persequor autem si comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu*⁵⁶; et iterum: *Quæ quidem retro sunt oblivi-scens ad ea vero quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum, persequor, ad bravium supernæ vacationis in Christo Jesu*⁵⁶. Ut quies sit ab virtute nulla, nam ab virtute quies vitii est exordium. Itaque nec nos quiescamus, fratres, a virtutis curriculo, sed assidue pernices, ac novitii e robore in robur provehamur, dum in virum adultum evadamus, in mensuram ætatis plenitudinis Christi⁵⁷. At qui id flet? si diem solidum læti exigemus. Exempli causa, adest mane? illicet e somno consurgamus, precibus inhærentes. Abscessimus inde? alacres opus arripiamus, simul carmina Deo cum animis canentes, simulque manuficiis dediti. Finitus dies est? gratulati, compunctique, dormitum concedamus, qua vicissitudine hanc Davidis sententiam comprobetis, *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam*⁵⁸. Ne segnis dies obitor, mente tanquam manucapta, neu in stupris ac libidinibus nox transitor, non dico qui hæc perpetremus (minime vero), quin nec cogitemus quidem; nam uti corpus, sic animum castum veritatis flagitatoratio. At enim desideriiis ducimur? quid desiderabilius virtute cujus iucunda et inexasurata est voluptas? Pulchritudinem amamus! quid Hero amabilius, cujus renident pulchritudine cuncta? cæterum pravi cupidines mentem externatam fera omni crudelibus depascuntur. Ut non voluptas ea sit, sed luctuosa vita, *Nolite errare, inquit, caro, et sanguis regnum Dei possi-*

dere non possunt, neque corruptio incorruptelam **A** possidebit⁵⁹. Cedosis vero quem amplexum peccatum non infamia replevit, afflixit, neci tradidit? quem amplexa virtus non evexit, ac mundo conspicuum reddidit? Duos e multis excipe. Amnonem et Josephum: non illum sororis incestus jugulavit? non hunc castitas ab Ægyptia regno donavit? Tam amabilia, et expetenda, ac salutifera est virtus! et frequenter tamen impendio erramus, qui mortem pro vita complectamur, tenebras pro luce presemus, corruptelam pro immortalitate deamemus; quo quid miserabilius? Unde igitur, ait, qui boni amatores velimus esse, nequivimus? Quod non vere volumus, sed fictitie, siquidem pro arbitrii libertate omnino quod volumus amplectimur. Enimvero studium a pueris ad prava, ut videtur, habitum in nobis contraxit vitii tenacam. Sed quæ est **B** Apostoli sententia? *Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ; sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem*⁶⁰: hoc est, parem oportere industriam conferre in virtutem. Itaque, fratres, adhuc pulsare insistamus, planeque fores clemens aperiet Deus, quæ accepta sibi sint in nos meritum, ac perennem vitam largitus per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CIX.

De obitu fr. Theosostii, atque obeunda pie sancte- que vita,

Fratres Patresque, jamjam explore cognovimus Theosostum fratrem obiisse, de quo dicendum est non nihil, posteaquam vir fuit probus, a permultis laudatus, qua monachis qua laicis, qui et subderet, et subditum gereret, pro iis quæ passus est tentatus, ut Apostolice loquar, potens et iis qui tentantur auxiliari⁶¹; quare complures probos secundum Deum filios contraxit, idemque ob veritatem miserias, ærumnas, calamitates, ac pericula non minima suscepit, in quibus et defunctus, ad Domini concessit. Quorsum hæc autem mihi dicta? ut in fratre exemplar quoddam rerum nostrarum tueremur; qui sancte et honeste obeuntes, æque simus ab alio post mortem laudandi, illices quidam præclare posteris objecti æmulationis; sin **D** sequius, non solum non laudemur, quin æterni penis supplicii multemur, quod terribile est tum cogitatu tum dictu. Jam videsis mihi ut hinc vicissim abscedimus, ac quo abimus, tum quæ hic nobis sit vitæ in paucos prorogatio dies, ad virtutis explorationem, et tanquam periculum victuris, inde morituris, ac sic discessuris ubi perpetes maneamus. Hæc prudentum recolere est, eaque qui recolat, tremat, et formidat, qui studio semper obeat quotidie, ac corporis quasi quamdam manu-

⁵⁹ I Cor. xv, 50. ⁶⁰ Rom. vi, 19. ⁶¹ Hebr. ii, 18. ⁶² Rom. viii, 24. ⁶³ Ps-l. lxxxiii, 11. ⁶⁴ II Petr., iii, 8. ⁶⁵ Philipp. iii, 10. ⁶⁶ Philipp. iv, 4. ⁶⁷ Eccl. i, 1 seqq.

missionem præstoletur indeque ad incumbens munus, et impositam provinciam animetur, usque adeo, ut juges labores laboribus addat; nam unde, sodes, prælia sanctorum maudita, diuturna tolerantia, pertinax morigeratio, in senectute subjectione, atque his insuper majora? unde martyrum certamina, membrorum laniatione, sanguinis profusio? non qui animis usurparent, præcipitem vitæ curriculi brevitatem, comparisonem ad horribile tribunal, æterna et infinita supplicia? Scilicet hinc eis tolerabilia cuncta, hinc atrocium pœnarum ceu in corporibus alienis perpressio. Ac beatam quæ hæc dies nocteque cogitet mentem, quæ velut hospes, et advena vitam transiens, ævum maneat felix, ac securum, de quo Apostoli hæc sunt verba.

B *Nam expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat; vanitati enim creatura subjecta est, non volens sed propter eum qui subjecit eam in ipse, quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*⁶². Viden' ut promittitur fore ut totum hoc universum a corruptela restauretur, atque e servitute in libertatem natura rerum omnis distingatur? Cujusmodi vero is deinceps dies de quo ait sanctus David, *Melior est dies una in atris tuis super millia*⁶³: rursumque apostolorum coryphæus: *Dies Domini sicut mille anni*⁶⁴: et apostolus Paulus: *Configuratus morti ejus: si quo modo occurrat ad resurrectionem quæ est ex mortuis*⁶⁵. Huc nos quoque animum, fratres, atque mentem contendamus, huc studia conferamus, huc cogitata et ingenium traducamus, hic vota ac desideria figamus, qua occupatione sæculi hujus principem lateamus, qui cum tentare nos potest, tum prosternere nequit, contentionis jam armis moasticæ tectos. Quem opto equidem naucl non effugere vos modo, sed etiam superare, corona mactos probibatis, per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CX.

De lætifica vita nostra, neu deseticamur in adversarii lucta.

Fratres Patresque, cum omnes homines semper in Domino gaudere Apostolus jubet⁶⁶, tum soli, ut apparet, veri monachi gaudent, qui non uxoris, non liberorum, non servorum, non pecuniæ, non prædiorum, non alterius cujusquam eorum quæ ambient carnales sollicitudine ducantur, unumque ineant studium solum, qui placeant Hero. Quod pol studium jure est in Domino gaudium, nam ubi matrimonium est, ac servitus, et quæ ex iis molestiæ manant: misera hæc hominum generi divinitus insita distractio, qua distinerentur, ut fert Salomonis sententia⁶⁷: difficile est in Domino gaudere, mente ab iis quæ prædixi a sancta Dei recordatione demota, in qua situm in Domino

gaudium est. Itaque qui e numero simus in Domino gaudentum, lætemur, et inter nos collætemur, fratres exspectando virginitatis ac paupertatis præmia a remuneratore Deo, qui mercedem vel frigidæ est pollicitus ⁶⁸, nedum tam grandium, et ingentium facinorum; nam profecto summa est, ac præcellens virginitatis functio, cœnjunctaque cum angelica vita, quæ hominem revocet ad originem, in paradysum, cum nuptiæ, atque servitus nusquam vitæ quædam secuta, et innoxia degeretur. Sin te haud lætari, quin dolere dicas, quænam, rogo, causa est doloris? Quod culpas admisti? At eæ per secessionem, et obedientiam, ac confessionem sunt remissæ. An quod cogitatis in dies ferire? At signum id quoque est coronæ, neque enim bello alienum quisquam sed bellatorem coronat; nec in arenam non progressum, quin egregie pugna defunctum donativo prosequitur. Non videlis ut unde tristari dicimur, hinc lætari habeamus? quamobrem lætemur, fratres spiritali agendo gaudio instantes, et acrius ad diaboli fraudes obluctantes, qui ejus insultus precibus ac supplicio frangamus, et submissione atque obedientia laqueos dissipemus; tum autem lacrymis, ac compunctione quasi quemdam Pharaonem demergamus, et proflendis edendisque culpis procul in fugam vertamus, cœterisque cunctis recte factis divina ope prosternamus. Pol fraudum multiplex, atque artifex scelerum est, qui nos interficere quærens, tum captare quo ingruat tempus, tum recipere se norit, ceu victus, scilicet, ut irruens repente, imparatum animum nactus, quod vult efficiat. Nos enimvero pro statione siti excubemus; vigilemus, mentis oculum insopitum tenentes, studioque fervens ingenium divino: qua re stabiles, ac invicti maneamus, sane, obsecro, neu obeundo bello torpeamus, neu in adversarii pugna defetiscamus. Finis imminet certaminum, atque abest minimum quin jamjam veniat adventans nihilque cunctetur, aut cujusque nostrum decessu, aut totius universi decursu peragendo, qua tempestate apparebit e cœlo, angelicis copiis stipatus igneæque flamma, et infanda majestate obsitus, cum quidem *Videbit cum omnis oculus*, quemadmodum scriptum est, *ac qui eum pupugerunt et plangent super eo omnes tribus terræ* ⁶⁹, Quam id terribile spectaculum est, et omni consternatione majus! Gestient tum quidem qui præclarum certamen decertarunt, qui in periculis perstitere, qui probitatem amavere, qui morigerationem obivere, qui obedientiam peregere, qui omnino in omnibus Deo placere. Quibus accensi nos quoque, æternis bonis fruamur, per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

⁶⁸ Matth. x, 42. ⁶⁹ Apoc. i, 7. ⁷⁰ I Cor. vii, 26, 31.

SERMO CXI.

De tolerantia, ac compunctione.

Fratres Patresque, equidem locutus loqui, ac cohortari insistam cohortatus, qui quidem sim sollicitus, posteaquam et caput obsidet senectus, et horrendum est præfecturæ judicium, quid possum non extimescere, ac præcupere non hæc pauca eloqui solum, quin nauci hanc vitam quoque pro vestrum singulis impendere? Igitur audiamus, fratres, Apostolum dicentem: *Tempus breve est porro, ut et qui habent uxores tanquam non habentes sint, et qui flent tanquam non flentes, et qui gaudent tanquam non gaudentes, et qui emunt tanquam non possidentes, et qui utuntur hoc mundo tanquam non ulentes: præterit enim figura hujus mundi* ⁷⁰. Quid est, *præterit figura hujus mundi*? id est, labitur, præterequit nec vel diuturnam stabilitatem obtinens. sed qui heri nitidus, hodie squalidus, qui heri in re splendida, hodie in miseria est; nunc extollitur ille, nunc alter dignitate ruit; hic e paupere fit dives, alius e divite pauper, milleque mutationibus, atque vicibus ærumnosa nostra subjecta vita est, nihil possidens constans. Unde id accidit vero? nimirum ex olim inscitia nostra: nam contempto, quod in paradiso accepimus, sancto præcepto, fraudeque serpentis voluptate illecti, haud abs re calamitosæ ac mutabilis vitæ tanquam in manum convenimus. Ob quam et Domini nostri Jesu Christi adventus agitur, qui origini redditos in ævum restituat insons atque alienum dolori, ut prudentum sit, et proborum, in instabilibus firmum, in mutabilibus immobilem consistere; quorum id est autem, nisi crucifixorum mundo, Herumque sequentum? Enimvero it nos sumus, Christi beneficio, fratres venerandi, qui secessionem facta illustri, obedientia defungamur, rerum pulcherrima, qua in antiquum velut postliminio revertamur; etenim paradiso ob inobedientiam, ac contumaciam proscriptos voluit ter optimus Deus per obedientiam et obsequium recuperare paradysum. Quamobrem gaudeamus in obedientia nostra, qua in perennem vitam reducamur. Verum et in conflictu pertinacia, et in ærumnis tolerantia requiritur; nam si secundum carnem haud citra ingentes labores ac sudores victoria paratur, quanto magis qui vitæ hic curriculum victor decurrat, virilis in primis et magnanimus sit oportet? Itaque stemus, hortor, animose, qui quotidie vigiles excubemus traducto in solum Deum desiderio, in eoque contemplando defixi, lacrymosi, tacti compunctione, precibus supplicio reluctantes, itaque sancti Spiritus gratiam ducentes, nulla enim re tantopere delectatur Deus, ac mente a vitiis pura, nec tam odoratum redolet pratum, quam animus virtutibus fragrans. Sin accidit dormire, at evigilandum est quamprimum, ac si vel septies in diem admittere

contingat, septies respiciendum, quo facto, admittamur; si vel septuagies septies id patiamur, toties adhibenda poenitentia, nec spe frustrabimur, ut divinum fert promissum; tantum insistamus, cohortor, neu defetiscamur, quin a lapsibus nos revocemus. Jam finis imminet certaminum, propinquant gaudium, et triumphus, ac coronæ probitatis quas et consequi mereamur Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXII.

De supremo die, et adventu illustris Dei, ac Servatoris Jesu Christi.

Fratres Patresque, cum angustum ingenium meum et exilis loquendo lingua est, tum necessitate equidem satago vos alloqui. Ecquid est autem necessitas? præfecturæ judicium, ergaque vos amoris debitum, partim ratione pro vobis Deo reddenda sub iudicii tempus in quo et præterpido missus, partim bono pastore haud verba solum, quin vitam pro ovibus impendente. Itaque, fratres adeste, quod felix faustumque sit, fœlus porro in supremum diem paciscamur, reconciliemur Deo priusquam implacabilis mortis adventet hora, siquidem exstat hæc sententia: *Non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi*⁷⁴? Non fratres quotidie rapi cernimus? non videmus quemadmodum ut oves habemus ad laniam comparate, hodie incolumes, cras nulli? En assumptus est et Fr. Liberius, cujus, medius fidus, mors percussit animum, inventi, ut aiunt, repente in cella exsanguis, in latus jacentis, specie consopiti. Atque hic ei finis; noster qui cessurus sit nescimus quæve morte simus defuncturi ignoramus: nam ecquid subito, an ægritudine præcepti? num in sicco, an in liquido? num soli, an fratribus juncti? Enimvero quis Dei mentem perspexit, aut ei a consiliis fuit, qui diem, horam, modum, locum sui teneat finis? ut pol terribilis sententia sit mortis, et horrendum in immortalis Dei manus incidere, nec possim non cohortari ut solliciti, identique semper, divina tractemus. Quæstorem ille egit, inquit, sub tali imperatore, hic dynastam, alius opes, alius regnum quæsivit. Et quantula hæc, sodes, quæ somni labantur instar: *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis*⁷⁵. *Omnis gloria hominis tanquam flos feni*⁷⁶. Quæstum quidem certe optimum fecere Dei electi, partis dignitatibus perpetuis. Quibusnam? Alii apostolorum, alii vatum, alii martyrum, alii sanctorum, alii quamlibet postrema, at salvorum tamen, quorum insunt in vitæ libro nomina, inextincta gloria est, et ineffabilis triumphus. Hos imitemur fratres, et unam minimum dignitatem ineamus, postquam nec invidetur beneficium, et volenti cuivis expositum

⁷⁴ Psal. vi, 6. ⁷⁵ Psal. lxxv, 6. ⁷⁶ Isa. xl, 6. iii, 10. ⁷⁷ Hebr. xi, 6. ⁷⁸ Psal. xlvi, 13.

A bonum est, qua parvo, qua magno, qua eredito, qua proletario, qua seni, qua juveni: sin secus, in caelestem thalamum non admissis fores herus præcludet: *Væ inquit, homini illi, per quem Filius hominis tradetur; bonum erat ei si natus non fuisset homo illo*⁷⁴, Neque dubium est quin de proditore loquatur, etsi haud abs re et in quemvis dicatur, qui salutem suam prodat. Non adventum reputamus illustris Dei, ac Servatoris Jesu Christi? non ignem inextinctum, æternaque tormenta, et intoleranda revolvimus? O qui hæc intelligat, quasique solers gubernator seipse gubernet. immersamque animi mentem ab improbis spiritibus conservet! Nos, me Hercule, qui tranquillam, et quietam, ac compositam Christi beneficio vitam cœpimus, adhuc prospere vehamur, adhuc læti cuncta patiamur, singulis muniendis divino timore membris. Igitur oculus curiose tueri prohibetor, auris inanes fabulas ne admittito lingua detrahare vetator (siquidem ait: *Qui detrahit patri suo, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, et judicat legem*⁷⁵), manus pro virili operator, postquam otiosum nec comesse apostolica sententia est⁷⁶, pedes in viam pacis diriguntor, animus ad pravos sermones ne declinato, neu in flagitiis prætextus captator, sed ornate omnia decenterque geruntor, quo egregie cuncta obeuntes bona adipiscamur æterna: per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXIII.

De fide, et amore, ac virginitate.

Fratres Patresque, duo sunt quæ homini salutem quærunt, fides et amor. Vos quidem si errare in fide cernemen, pol de ea sererem verba, operamque darem qui vos in orthodoxam sententiam restituerem: nam: *Sine fide impossibile est placere Deo credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquirentibus se remunerator est*⁷⁷. Sed cum a fide, Christi beneficio, valeatis, qua subnixi, divinæ spe gloriæ triumphatis, age hac omissa de actione breviter disseramus. Igitur hortor vos, fratres, nunc quoque, ut alias semper, accurate studium obire monasticum, animi sensis quasi quodam modimperatore præfecto, sollicitos de virginitate, re oppido quam pretiosa, quam cum amplexi Dei misericordia sumus, tum ea expugnanda tentat inimicus omni industria qui in salutem nostram grassetur: neque enim nescit hoc facinore obeundo Dei nos quiddam instar habere, ut ejusdem contra jactura cum jumentis comparemur: siquidem scriptum est: *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis*⁷⁸. O quot veterator in omni memoria carnis libidine cepit! quin instat nunc quoque, et senes juxta, ac juvenes, nec projectos

⁷⁴ Matth. xxvi, 24. ⁷⁵ Jac. iv, 11. ⁷⁶ II Thess.

solum, sed etiam accuratos, deceptit, in omne pro-
pmodum caput his usus armis. Quod architectari
incipit venenum fœdis admissis cogitatis, accen-
samque carnis, atque sanguinis desiderio mentem
ad eloquenda nefaria provocat : qua ausa porro
seu proprium, seu alienum tractare membrum,
mortem exigit, et absolvit : nam : *Concupiscentia cum
conceperit, inquit, parit peccatum ; peccatum vero cum
consummatum fuerit, generat mortem*⁷⁹. Quam nos,
fratres, æternam mortem, ac deperatum animi
morbum fugiamus. Enimvero scabiei similis mihi
videtur, Itaque quasi qui scabiem defricet oblectari
videtur, neque oblectatur, quin serio cruciatur, et
eo magis, quo plus defricet ; ad eundem modum
libidine captus dolorem, non voluptatem, æstum,
non quietem, mœrorem, non oblectamentum capit,
miserandus, exspes, attonitus, qui vel umbras ex-
timescat, ut nihil dicam futurum iudicium. Ec-
quæ est autem mali fuga ? constans obnixus ad
incursum. Ergo ut ingruit (nam pol ingruit, ne-
que mirum, seu animi negligentia, honestam con-
templationem non habentis ; seu inimici invidia)
extemplo saucius consurgito, precator, gemitu,
lacrymator ; atque id evestigio dilabetur, tu in Do-
mino conquiesces : nihil est enim tam animo suave

SERMO CXIV.

De monastica vita, obnixuque in hæresi præserte.

Fratres Patresque, equidem haud vos absistam
egregia hac nomenclatura ciere fratrum Patrum-
que, verum id vobis, ac genuinum conscius nomen ;
nam veri ii sunt fratres Patresque qui præ paren-
tibus, fratribus, stirpe, patria, cunctis quæ spe-
cent, Deum complexi, congregem quamdam ineant
vitam, quorum una mens, et animus, parens Deus,
urbs cœlestis Jerosolyma. Scilicet ii vos estis, fra-
tres Deo charissimi, atque ut Scripturæ verbis in-
digitem, *genus electum, rogale sacerdotium, gens
sancta, populus acquisitionis, ut virtutes enuntietis
ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen
suum*⁸⁰. Siquidem admirabile est vel in primis vita
monastica lumen, in quam acciti, laudes promulge-
mus cœlos tegentis majestate. Hic quidem certe
prudentia, temperantia, fortitudo, justitia est, hic
maligni tropæa, ac Christiana victoria, *quorum
arma non carnalia sint, sed potentia Deo, ad de-
structionem munitionum, consilia destruentium, et
omnem altitudinem extollentium se adversus scientiam
Dei, et in captivatem redigentium omnem intelle-
ctum, in obsequium Christi*⁸¹. Sin aspectabiles
quoque adversarios tuemur, deformemus animo,
quot quantæque Dei Ecclesiam oppugnationes in-
vaserint ab ævo. Quorum oppugnari est, quorum
despui, et interfici: nisi crucifixorum mundo ? At-
que ut omittam vetera, omnisque in memoria no-

quam a vitiis tranquillitas ac libertas. Non Herum
audimus dicentem ? *Omnis qui facit peccatum servus
est peccati : servus autem non manet in domo in
æternum, filius manet in æternum*⁸². Age vero qui
liberali a peccato ad adoptionem evaserimus, rur-
sum peccato mancipemur ? qui sub præpotentem
Dei manum convenerimus, fœdus cum diabolo
paciscamur ? Minime gentium. *Si enim quæ de-
struxit iterum hæc ædifico*, ait quodam loco Apo-
stolus, *prævaricatorem me constituo*⁸³. Quamobrem
ne prævaricatores sacrorum fœderum fiamus, neu
diabolo servitatem serviamus, semel asserti, neu
supplicium nobis quæramus : in diem supplicii, et
apparitionis justique Dei iudicii, in quos exstat
hæc sententia : *Vermis eorum non moritur, et ignis
non exstinguitur*⁸⁴. Quin consistamus in libertate
in quam nos Christus vindicavit, dira execrati
ostenta draconis, qui non huic sceleri tantum, sed
aliis omnibus quotidie obnixi reluctemur, invidiam
calcant, malignitatem, odium fratrum, cætera-
que cuncta facinora perosi, quo pœnis fugiendis
æternis cœleste regnum ineamus, per Christum
Iesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium
cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper in
omnemque perpetuitatem. Amen.

ΛΟΓΟΣ ΠΙΑ΄.

Περὶ τῆς μοναδικῆς πολιτείας καὶ ἀντιπαράταξως
ἐπὶ τῆς ἡδὴ ἐνισταμένης αἰρέσεως (2).

Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, οὐ πάσομαι τούτω τῷ κα-
λῷ ὀνόματι τῆς ἀδελφότητος καὶ πατρότητος προσ-
αγορεύειν ὑμᾶς, εἰδὼς ὅτι ἀληθῆς ὑμῖν ἡ κλήσις, καὶ
ἀψευδῆς ἡ προσήγορία· ὄντως γὰρ ἀδελφοὶ ἀληθινοὶ
καὶ Πατέρες οὗτοί εἰσιν, οἵτινες ὑπὲρ γονεῖς, ὑπὲρ
ἀδελφούς, ὑπὲρ γένος, ὑπὲρ πατρίδα, ὑπὲρ πάντα τὰ
ὀρώμενα, ἠγάπησαν Θεόν· τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ζωὴν
καταδεξάμενοι· ὧν καρδία καὶ ψυχὴ μία· καὶ ὧν
Πατὴρ ὁ Θεός, καὶ πατὴρ ἡ ἄνω Ἰερουσαλήμ. Τοιού-
τοι οὖν καὶ ὑμεῖς, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου·
καὶ ἵνα ἀπὸ τῆς Γραφῆς ὑμᾶς καλέσω· Γένος ἐκ-
λεκτόν, βασιλεῖον ἱεράτευμα, λαὸς εἰς περιποίη-
σιν· ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκό-
τους ὑμᾶς κατέσαντος εἰς τὸ θαυμαστόν αὐτοῦ
φῶς. Θαυμαστόν γὰρ ὅτι φῶς, ἡ μοναδικὴ πολιτεία,
εἰς ἣν ἐκλήθημεν· καὶ ἐν ἣ ἐξαγγέλλομεν τὰς αἰνέ-
σεις τοῦ καλῶσαντος ἀρετῇ τοὺς οὐρανοὺς. Ἐνταῦθα
οὖν ἐστὶ φρόνησις, σωφροσύνη, ἀνδρεία, καὶ δικαιο-
σύνη, ἐνταῦθα τὰ κατὰ τοῦ Πονηροῦ τρόπαια, καὶ ἡ
ἐν Χριστῷ νίκη· Εἴγε τὰ ὄπλα ἡμῶν οὐ σαρκικά,
ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεισιν ὀχυρωμά-
των, λογισμοὺς καθαίρουντες, καὶ πᾶν ὕψωμα
ἐπαυρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ
αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ
Χριστοῦ· εἰ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ὀρωμένους ἐχθρούς
ἐστὶν ἀπειθεῖν, ἐνοησάμεν τοὺς ἀπ' αἰῶνος διγμούς,
ὅσοι καὶ ἠλίκοι κατέλαβον τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ,

⁷⁹ Jac. i, 15. ⁸⁰ Joan. viii, 34, 35. ⁸¹ Galat. ii, 18. ⁸² Marc. ix, 43. ⁸³ I Petr. ii, 9. ⁸⁴ II Cor. x, 4, 5.

(2) cxv (a) est apud Co. L. Nevis, pag. 165.

καὶ τίνων τὸ διώκεσθαι, τίνων τὸ τύπτεσθαι καὶ ἀποκτείνεσθαι· ἀλλ' οὐ τῶν ἐσταυρωμένων τῷ κόσμῳ; καὶ ἵνα τὰ πάλαι παρήσω, ἐπὶ τῆς παρούσης γενεᾶς καὶ ἐπὶ τῆς ἡδὴ ἐνισταμένης αἰρέσεως ὁ λόγος· τίνες μέχρις αἵματος ἀντακατέστησαν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι· οὐχὶ οἱ μακάριοι Πατέρες καὶ ἀδελφοὶ ἡμῶν, οἱ τε τῆς καθ' ἡμᾶς μονῆς, καὶ οἱ τῶν ἄλλων; Μοναχῶν οὖν ἀληθῶς τὰ τοιαῦτα κατορθώματα καὶ ἀθλήματα, καὶ μοναχοὶ τὰ νεῦρα καὶ ἰδριώματα τῆς Ἐκκλησίας· καὶ τοιοῦτον καὶ τρυφικουτὸν τὸ ἀξίωμα, ὅπερ κεχάριστα ἡμῶν ὑπὸ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ἐπειδὴ ὅπου οἱ θησαυροὶ, ἐκεῖ καὶ οἱ κλέπται· παρεδρεύουσιν· θησαυροὶ δὲ ψυχῆς αἱ ἀρταί, παρακλῶ καὶ ὑπομνήσκω, γρηγορῶμεν, νήφωμεν, ἀσυλαγώγητοι διαμένειν, μήτε ὑπὸ ἡδονῆς καταστρόμενοι, μήτε ὑπὸ θυμοῦ ἐξηγριανόμενοι, μήτε ὑπὸ ἀπιστίας σκοτιζόμενοι, μήτε ὑπὸ ἀνεξαρτησίας περιστατούμενοι, μήτε ὑπὸ τινος ἄλλου πάθους κατακυριεύμενοι· ἀλλὰ ἀνώτεροι τῶν θλεθριῶν παθῶν ὄντες, ἴωμεν προθυμίᾳ πρὸς τὸ ἐξῆς, μέχρις ἂν καταντήσωμεν εἰς τὸ πέρας τοῦ βίου. Τάχα λυπεῖ ἡμᾶς ἡ ἀκοή τοῦ τὰ μοναστήρια ἡμῶν ὑπὸ τῶν τοῦ Κυρίου ἐχθρῶν διαφθείρεσθαι· ἀλλ' οὐδεμία λύπη τοῦτο· μοναστήριον γὰρ καὶ ναὸς Θεοῦ ἡμεῖς ἴσμεν, πρὸς οὓς καὶ λέλεκται· Ἐτίς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθереῖ τοῦτον ὁ Θεός. Καὶ ἄλλως, ὅτι πολλάκις ἐφθασαν διαφθερῆναι ὑπὸ τῶν διωξάντων ἡμᾶς, καὶ πάλιν τῇ τοῦ Θεοῦ προμηθεΐᾳ, εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐπανέδραμον. Τάχα καὶ τοῦτο σαλεύει ἡμᾶς, ὅτι μὴ κατὰ πολλοὺς τῶν δεδιωγμένων κατέχομεν τὰ μοναστήρια, ἀνικοδομοῦντες καὶ ἐνταύθα, καὶ ὅσα ἄλλα καλλιεργοῦντες· ἐγὼ δὲ τοσοῦτον εἰσχύνομαι· εἰ γὰρ ὑπὲρ τῆς καταστροφῆς τῆς κίττας ὁ διωγμὸς καὶ ὁ σύμπας ἀγὼν, ταύτης μὴ ἐκπορθωθείτης, ἀλλ' ἔτι βλασφημουμένου τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, τῶν τε ἁγίων Πατέρων ἡμῶν ἀναθεματιζομένων, ἔστιν ἄρα τις ὠφέλεια τῆς ἐπικρατήσεως, καὶ οὐχὶ μάλλον βλάβη ὁμολογουμένη καὶ προδοσία τῆς ἀληθείας; Τίς ἐξ ἡμῶν δραμῶν, ἦεν ἐπαθλον, ὅποτε οὐ τελείως δραμεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίμως, διηγόρευται. Φησὶ γὰρ· Καὶ οὐδεὶς στεφανοῦται, εἰ μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Οὐκοῦν ἀρέμενοι τοὺς τοιοῦτους διαλογιστοὺς, ἔπειρ καὶ πάρεσι, καὶ πόρρω τὰ λοῖζὰ παραδείγματα ἀποπειρόμενοι, ἐνὸς ἐχώμεθα μόνον, τῆς διπλῆς ἡμῶν ὁμολογίας τῆς τε κατὰ πίστιν καὶ κατὰ λόγον· πεποιθότες τῇ ὑποσχέσει τοῦ ἀψευδοῦς λέγοντος, Ζητεῖτε πρώτων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Ἦς γένοιτο ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάρετι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν (3).

⁸⁵ Cor. iii, 17. ⁸⁶ II Timoth. ii, 5. ⁸⁷ Matth. vi, 33.

(3) Monasticam vitam magnis, ut vides, hic laudibus extollit sanctus abbas. Conqueruntur vero nostra aetate multi, quod regularia instituta, ipsique regulares despiciantur. Sed, pace illorum dixerim, nemo unquam erit tam insigniter potens, nemo captivus eloquentiae illecebris adeo pollens, ut quatuor haec praestare possit. I. Ut regularia, sanctaeque sedis iudicio probata instituta a sapientibus viris non commendentur, ab Evangelii derisoribus non contemnantur. II. Ut regulare qui ab

Astra ac praesente haeresi exigatur oratio, qui vel in nocentem resiliere, ineundo cum peccato conflictu? non beati Patres, fratresque tam nostri caelus, quam externi? Ut monachorum procul dubio haec facinora sint, et certamina, monachique nervi, ac tibicines sint Ecclesiae. Atque haec tanta est nostra dignitas, quam Dei Opt. Max. beneficio tenemus. Sed quoniam ubi sunt thesauri, indidem fures subsident, animique thesauri sunt virtutes, hortor, et admoneo, vigilemus, atque excubemus, qui indirepti maneamus, non voluptate pessum euntes, non furore offeri, non perfidia caligantes non confitendi insolentia aestuantes, non alio quoquam scelere possessi: quin lethalibus vitiis intacti, alacres ulterius nitamur, dum vitae metam portingamus. Jam dolet fortasse rumor monasteria nostra ab inimicis hostibus corrumpi? Enimvero haud is dolor est, postquam monasterium, ac Dei fanum nos sumus: in quos et edita haec sententia est: *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus* ⁸⁵. Et alioqui saepe ab inimicis corrupta, Dei procuracione, in antiquum redierunt. Sed fors inquietos habet quod monasteria non tenemus aequae ac, plerique capite, fortunisque petiti, aedificiis, rusticatione et id genus elegantia carentes? Equidem tantum abest ut commovear, valde ut me pudeat illorum: nam si omne in eversa fide discrimen, ac conflictus vertitur, ea non instaurata, sed adhuc contumeliis divino lacerato nomine, sanctisque Patribus devotis, quod retentionis compendium? imo apertum est dispendium, et proditio veritatis. Qui medio cursu honorarium tulit? postquam haud integer modo, quin legitimus editur cursus: ait enim: *Nemo coronatur, nisi legitime certaverit* ⁸⁶. Quare his dimissis, si qua exstant, cogitatis, produolisque depravatis exemplis, unam urgeamus gominam nostram confessionem, qua fidei, qua sermonis, freti hoc ejus promisso, qui certo stipuletur: *Quaerite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis* ⁸⁷: quod et consequi mereamur Domini nostris Jesu Christi liberalitate atque beneficio, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

D instituto deseciscunt, cum a sapientibus, tum ab insipientibus non vituperentur. III. Ut in regularium caetibus nullus sit non probus, nullus non propositi tenax ac disciplinae. IV. Ut qui sui ordinis regulas observant, eos maxima Christianorum pars benevolentia non prosequatur, minime vero, eaque abjectissima et execrabilis hominum pars, nempe increduli, atque athei, illos odio, aut saltem contemptui non habeant.

SERMO CXV.

De mortis recordatione, obituque fratris Jacobi ac de pœnitentia.

Fratres Patresque, quandiu ad vos disseram nauci, vosque jejunam hanc audietis vocem, quæ admoneat officii? non et nunc fratrum duo, Jacobus, ac Basianus, alter ad Deum concessit, alter in foribus versatur mortis? Num immortales nos erimus; non idem duocemus quod prægressi, poculum? Ut bene cum eo agatur, porro qui id assidue revolvat vitamque suam meditationem comparet mortis; ubi est enim mortis rœditatio, proculdubio vigor, stimuli, lacrymæ, suavitas, nitor, studium potiorum, et quæ orbem superent, consequuntur. Quæ simul absunt, ibi tum pravæ cogitationes oriri quas in Evangelio Herus vetuit, quæ captos lancinent, ac vitæ amantes pertrabant in errorem. Nobis quidem recordanda semper et assidue mors est, operaque danda ne fœdis obcundis libidinibus, quin ex divina voluntate reliquum vitæ in carne tempus peragamus, nam pol antactum sufficit curriculum quo corporis, animique desideriis satisfacimus, satis superque est structarum diabolo fraudum, qui ab honestis studiis diversos in nefariis cupidinibus susque deque jaclarit, unde emolumentum cepimus nunquam, contraque damnum, ac infamiam; nunc tempus est acceptum, diesque salutis. *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra*⁸⁸, sanctus Spiritus clamat, etenim prona in vitium anima adversa natura nostra, quæ nec diurnam stabilitatem haberet, benevole nunc, et hodie præstituit, ne cui liceret pœnitentiam defugere, quin seu graviter, seu leviter consceleratus, seu olim, seu nuper, salutari audito præconio in dies se, minime cunctatus, instauraret, atque renovaret. En quæ Dei Opt. Max. benignitas, celerem noxæ medicinam facilemque moliri. Curantur quidem certe et secundum carnem saucii, sed pol lente, quo persanati cum hoste iterum configant, nobis cum vulnere conjuncta medicina est modo si propulsare inimicos evestigio velimus. Quamobrem ne committamus quin diurna obunda pœnitentia renovemur animo, neu occasionem præbeat segnitæ acceptum seu mente, seu verbis, aut actione vulnus, sed quoties occumbamus, toties resipiscamus, Dei reveriti judicium, et omni ope flagitia deprædati. Enimvero Moses, Dei servus, in monte explicans manus, Amaleciten profligare, qui simul relangueret, ibi, um hic præpollere; ad eundem modum et mens sceleribus appetita, superato seu monte precum, sensisque ad Deum, quasi quibusdam manibus protentis, Amaleciten in fugam vertat, qui obtutum fugiat oculorum; sin remittat, imperium patiat. Ecqui! factio opus est ergo! quid aliud, quam manu ingruante hostili, mentem juxta ac manus ad Deum tendere, qui eripere queat a morte? Quare profugis inimicis, nos adorea obligati victoriæ cœlestis regnum eroiscemur per Christum

⁸⁸ Psal. xciv, 8. ⁸⁹ Act. xx, 24. ⁹⁰ Ibid. ⁹¹ Act. xiv, 21.

A Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXVI.

De aspectabilibus, et inaspectabilibus, quæ in manibus sint periculis ac miseriis, vitaque adipiscenda felice.

Fratres Patresque, jam jam huc spiritali appulso fratre, domino Eustratio, haud vos arbitror citra quæstiones consistere, adventus causam sciscitantes, ne que mirum, cum occasio subsit, quæ quæstiones eas provocet. Sed ignoscite, non omnibus semper fas detegi negotia est, nec nisi fratrum primoribus, quod ab ipso Domino nostro Jesu Christo decemur, qui nunc sanctis omnibus discipulis cœlestis regni aperit arcana: nunc assumptis Petro, Jacobo, ac Johanne, iis solis exhibet spectacula. Quanquam ut partim scialis vos quoque, ob Ecclesiam est adventus: profitetur namque, ut a consciis, et concilii tempus, et fidei instaurationem, et exsulum revocationem. Ad quæ occurate respondimus quæ deceret, nihil dissimulantes, Dei beneficio, quod edici oporteret, unde et conjecturam facimus iterum nos pericula ac miseria manere. *Sed nihil horum vereor*, ait beatus Apostolus (lepidum est enim hæc ejus verba usurpare), *nec facio animam meam pretiosiorum quam me, dummodo consummam cursum meum cum gaudio, et ministerium quod accepi a Domino Jesu, testificari Evangelium gratiæ Dei*⁹⁰, idem et nos fratres, pro data fidei mensura sentiamus, loquamurque, qui in martyriis pro Christo gaudeamus, ad supplicia parati, nec crebro periculis defuncti, rursus periclitari detrectemus; quin audientes, *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum*⁹¹, animum inducanus multa perpeti, et perferre, qua felici hoc ingressu potiamur. Ac fors nihil accidet Dei misericordia diri; expedit tamen constituta habere quæ formides ante terrorem, ut egregie, bello commisso, in aciem prodeamus; facilis est enim animus vinci imparatus, qui haud prociuctus derepente ineat certamen. Jam qui terrores commemoro? in dies certamen, in die prælium agitur, non perspicuum, sed imperspicuum, nec corpus, sed mentem vulnerans et interimens, quod animi tanquam lumbis succinctis, ac justitiæ armis induti, seu eximii Christi milites, alacres nec oscitantes depugnemus. Nemo dormiens tropæum statuit, nec resupinatus messem colligit; quin ingens utrinque opus est sudor, et industria; sin illic se ita res habet, quanto magis in nostrate bello, ubi missilia quasi quidam radii fulguris incumbant, hinc arietens nefaria libido, inde ambitio, hinc invidia, inde blasphemiam? Artesque diabolo multæ, animum tentanti quaquaversum labefactare, ac velut devorandum poscere, ut desperata quilibet vita erumpat in hæc verbo: *Nisi*

quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea⁹², etsi in his omnibus superamus per eum qui nos adamavit, sane in Deo faciamus virtutem, ut Davidice loquar, et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros⁹³: ipse est enim pax nostra qui fecit utraque unum, et medium parietem maceræ solvit, inimicitias, in sua carne⁹⁴, id est, qui victum diabolum proculcavit parta hinc nobis victoria quoque præmioque victoriæ cælesti regno conducto, quod assequi omnes contingat per Jesum Christum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXVII.

De fratris Memnonis lapsu. Neu solitarii degamus pestiferis noxiis evadentis, quæ per sensus contrahantur.

Fratres Patresque, equidem cum vos undiquaque salago cohortari, hinc inde occasiones corrogans; tum audito in Bithynia quiddam insolens accidisse, sermonem hinc exordiar. Ecquid contigit vero? Aiunt pardalim non unam, quin duas, ac tres. repente visas, non boves habere infestos, non oves, non aliud animal ullum, sed homines solum, ut oppidani vehementer exterriti, solidam se noctem intra ædes concludant, dum luceat dies. Sane indicium id est iræ divinæ. Sed dicam in primis quo hæc mihi petita serviat oratio. Enimvero insunt in nobis feræ permultæ, et pol atroces, scelesti spiritus; atrox fera libido est, furor, invidia, vanæ gloriæ cupiditas, ac quæ alia sunt scelerata facinora, quæ haud nocturna, quin diurna audacia devorandum animum captent, et impetant frequentes. Ut beatus apostolus Petrus edicat in hæc verba, *Sobrii estote, vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumvit, quærens devorare quemquam*⁹⁵; rursusque sanctas David deprecabundus scribat: *Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat*⁹⁶. Jam quid agendum in iis? quid aliud, quam in cælestis præsidio Dei stabulandum, intraque sensuum errores resistendum? Etenim cum oculi pendent vagi ac sublimes, pestiferas aures fabulas admittunt, os infanda loquitur, mens sædis inerrat: tum animus vero ceu per tesqua palatus, quæ divina nulla procuratione tenentur, feris occumbit. Id adeo et nunc Memnon passus miserandus, diabolo prædæ est, cujus non eruentam vestem intueor, ut Jacobus olim patriarcha Josephi sui filii, quin interemptam peccati mucrone mentem. Scilicet parens mortis peccatum est: hoc decessorem Adamum, immortalem gratia, mortalem reddidit: hoc interneccionem diluvio, attulit mundo; hoc Sodoma, ac Gomorrha⁹⁷, et vicinas incendit urbes; hoc quemlibet nunc quoque æternæ morti concipientem se tradit. Quod fugiamus, fratres, ut ignem, atque utinam

⁹² Psal. xciii, 17. ⁹³ Psal. cvii, 4. ⁹⁴ Eph. ii, 14. ⁹⁵ I Petr. v, 8. ⁹⁶ Psal. vii, 3. ⁹⁷ Gen. xxii, seqq. ⁹⁸ Eccl. iv, 10. ⁹⁹ Act. v, 7. ¹ Philip. iv, 8.

igni potius, ferro, bestiis, quam lethabilibus vitis occumbamus. Age vero unde hic corrui miser? non aliunde, quam qui solitarii degeret; neque enim veritas fallat, Væ, accinens, soli, qui si cadat, Non habeat se sublevantem⁹⁸. Atque id equidem veritus, haud omisi quin ei juxta, ac cæteris edicerem, quod edico in præsentia quoque, ne quis degeret solus, neu prodire deaveret, neu otiose huc illuc itaret, neu cum feminis consuesceret, amore, velut igne, hinc accendendo. Quibus quæ audiens dicto obedit, et obsequitur, in Domino sospitatur, qui detrectat, a diabolo captus, interit. Enimvero etsi ab ejus sanguine insontem me conscio, quem quidem haud celaverim quin imminet prædicerem mucronem, tamen non possum non ejulari, ac tanquam proprio ingemiscere membro. Quin habeo, charissimi, quod accusem vos quoque; quid ita? Scriptum est in Actis apostolorum: *Factum est quasi horarum trium spatium et Saphira uxor ipsius nesciebat quod factum fuerat*⁹⁹. Certe in publico acta fabula est, et frequente vulgi corona. Sed erat indidem nimirum circumspectio, molestia, Dei reverentia; hic aliquot me superioribus diebus secreto ad vos quiddam locuto, statim dissipatus sermo est, inde Constantinopolim, hinc Prusam usque. Ut mihi quidem consilia in angustum cogantur, seu loquenti, seu non loquenti, quod efferuntur quæ vulgari minime oporteret; non loquenti quod hæreo qui agam recte, non usus consultoribus. Itane desipimus, fratres; itane impotentia linguæ intempestive in periculum ruimus? nequam id est verorum discipulorum, sed hostium. Ne ineptiamus tantopere, quæso, quin circumspectio deinceps, molestia, Dei reverentia, ac regula demum adhibetor, quo, peracta ex Dei libidine vita, ei placentes, hæreditatem ineamus æternorum bonorum per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXVIII.

De irreclini confessionis et obedientiæ tuenda constantia, ac suis cuique muniis accurata contentione vigilique gerendis.

Fratres Patresque, alii aliis rebus narrandis oblectantur, et se ostentant, miles bellicis, nautæ marinis, coloni rusticis, singulique singulas secti artes ac scientias, iis quæ conferant ad singulas; neque est, breviter, quisquam qui non studiis capiatar suis. Nostræ haud sane in his positæ gerræ, et urbanitas, postquam nec sunt carnalia nostra, quin de animi salute, de placendo Deo, de hinc abscessu, de instauratione futura, atque ut Apostolus loquitur, *quæcunque sunt vera, quæcunque augusta, quæcunque justa, quæcunque casta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus*¹, hæc nobis fabulæ, hæc

studia sunt, quo quid festivius simul, ac beatius? **A** Id adeo ex amborum videas sine, nam illorum ut originae, sic sine ad hoc ævum soluto. (Ubi enim est sapiens? ubi scriba? ubi disceptator hujus sæculi? quis humanis officiis clarus perstitit in vita, ut cum sonitu non memoria perierit cunctorum?) noster et ingressus, et finis indissolutus, ac perennis habetur. Scilicet amplexos se virtus efficit deos, etsi vera hæc ejus sententia est: *Ego dixi, dii estis, et filii Excelsi omnes*². Hui quo affecti beneficio sumus: hui quam experti liberalitatem! ut ovabundis, ad Servatori Deo jubilatis serio laudes sint obmovendæ, et frequentandis carminibus vitulandum, quosjam olim ad incolunitatem delegerit, animi præditos sanctimonia, veraque fides Dominoque nostro Jesu Christo gloriæ per hunc habitum quærendæ præstituerit. Ergo stabiles in fide consistamus, fratres, confessionem irruptam teneamus, genuinam obedientiam servemus, virginitatem illæsam tueamur, unum amorem sponsum habemus Christum generis hominum formosissimum, unam hæreditatem cæleste regnum supernæque bona Jerosolymæ; cæterum caro, sanguis, divitiæ, gloria, ac quæ alia sunt inania, valento, et a nobis longissime abscedunt. Enimvero quamdiu in hac carne sumus, præsto est bellum, neque enim fuerit virtus, ni præseus si bellum. Sin accidit manucapi cogitalis, nihil miremur, quia ocius respiscamus, unum timentes quod exerceatur peccatum, ut mortiferum, ac prohibens a Deo et cogitalis cogitata repellamus, studiaque studiis vicissim exigamus. Neque hic **C** vero torpescamus, postquam id agit dæmon, ut belli diuturnitate ignavos comparet quo obnixi defatiscamus: cui si instemus, ferendo, atque obsistendo diabolo, post victoriam cernamus parata in cælis laurea, Dei perhibente germano, *Beatus qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se*³. De cætero, gaudete in Domino, fratres. Qui munia geritis, hæc ignoratis quod ex iis præmium petatur; qui disciplinas exercetis, cavete ne his Deum irritetis. Tempus est opificii? opificia obeamus. Vacatur? disciplina obeamus. Sin est in opere frater, tu in disciplinam, non amicum te geris, quin alienum exhibes fratrum. Non Apostolum audies dicentem, *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem*⁴? Tu fratrem non scandalizas modo, sed etiam citatus emanens, causas ac prætextus quærens, neque reputans tibi te supplicium cogere in diem supplicii, et adventus, justique Dei iudicii. Verum ne id fiat Apostolo pareamus jubenti: *Omnia honeste et secundum ordinem fiant*⁵, opificia in primis, disciplinæ in secundis. Atque adeo opitulemur vicissim, uti decet sanctos, ac vitam alter alteri impendamus, ceu fratres germani, quo cum illustretur Deus, tum nos bene re

gesta perennem vitam erciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXIX.

Qui divinis exsequendis præceptis Deum exquirat, nequaquam consternari sub decessum ad dæmonum adventum, deque mortis recordatione et amore,

Fratres Patresque, proposita communi multo omnium morte, ac cælestis spe regni, et ignis gehennæ minis, ecquid fas est aut me alloqui, aut vos cedere ac pigere auditis? Minime vero quin utramvis assidue sit agendum, et eo magis, quo imminentem contuemur diem; nam omni homini quavis ætate dies imminet supremus, ac *terribilis quædam expectatio iudicii et ignis æmulatio, qui consumpturus est adversarios*⁶, uti loquitur sacer Apostolus. Ut deinceps minime sit torpendum, nec vel diecula segniter atque inscienter agenda, quin vigilemus intenti, exquiramus Deum, ut est in Psalmis⁷, incolumi animo futuro. At qui exquiratur Deus? nimirum exsequendis præceptis, ad beatitudinem præscriptum hoc est, submissione, mœstitia mansuetudine, mentis munditie, pace, ac sanctimonia agitando. Quibus præstandis qui exquirens deprendatur, ne is invenerit Deum, et invento, sub decessum securus, minime consterneretur ab dæmonibus, aut angelorum trepidet adventu; ceu amicos aggressus, lætusque abiens ad Herum, qui egregium viaticum bonam conscientiam deportet; cæterum qui se nequaquam sie instruxerit, in calamitates inextricabiles irruat necesse est; non habens quo respectet, aut qui setutetur. Illic quidem certe qui in carnificum, exempli causa incidat manus, aut barbarum mare, aut succusum solum, aut aliam quampiam necessitatem funestam, haud se evasurum desperat: illic spes omnis erepta est salutis, opem ferente ac defendente nemine, non angelo, non homine, non patre, non matre, non fratre, non amico, non alio quoquam e cunctis, ingentique contracta trepidatione, et inconsolabili dolore, miser hinc abit animus. Quæ cum terribilis descripta est oratio, tum rei veritatem non attingit, scilicet ea esse perhibentur quæ sui amantibus, ac refractariis bona, et adversa comparavit Deus, quæ nec oculus spectarit, nec audiverit auris, nec mortalium cuiquam venerint in mentem. Ea propter, fratres, cohortor inoblitam mortis agitari memoriam membrisque hac interfectis terrenis animo voluptatum erui cupidinem: quo enim nobis studium carnis, unde haud fructum capiamus, contraque cruciemur, ut revolubile omne est peccatum? Intueamur, si videtur in monumenta, visuri quem ambimus prædorem, nam ea est mortalitas omnino, quæ ordiens e corruptela, in corruptelam desinat, cunctaque hominis gloria quasi quidam flos herbæ est: virtus

² Psal. 81, 6.³ Jac. 1, 12.⁴ 1, Cor. VIII, 12.⁵ 1, Cor. XIV, 40.⁶ Hebr. X, 27.⁷ Psal.

XVIII, 5.

indirepta habetur. Eaque sancti complexa, Deum A oepere quorum sunt in cœlis spiritus, sacra in terris averrunca corpora, miraculis, et ostentis, ac prodigiis operata. Enimvero, ut incidit de miraculis sermo, exercentur miracula nunc quoque quemadmodum audimus, neque mirum, postquam spiritus, quæ tum fungebatur, gratiam ne nunc quidem regilio est feriari; sed non temere credendum est rumoribus, siquidem exstat hæc sententia? *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint*⁸. Sane cum multi in orbem venere vates, tum permisi sunt hæretici complures, solitaque retractantes divina, et olim et nunc, quibus compertum est providentiæ modis, ostenta, ac prodigia patrare, ut hinc demoveri, et abduci minime sit necesse, quin veri discipuli, ad proditam ab Hero notam explorandi sint. Quænam ea nota est? *In hoc, inquit, cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem*⁹. Unde Apostolus edoctus scribit in hæc verba: *Si linguis hominum loquar, et angelorum charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens; et si habuero prophetiam, et noverim mysteria et omnem scientiam, et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum: et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ut ardeam charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*¹⁰. Vides in quod fastigium charitatis? ut regina est cunctis antecellens Spiritus donis? quæ nec diaboli unquam potest, mirionibus tandem dilapsis, posteaquam in Evangeliiis ait Dominus: *Mulli dicent mihi in illo die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus. et in nomine tuo virtutes multas fecimus? et tunc confitebor illis quia nunquam novi vos, discedite a me qui operamini iniquitatem*¹¹. Quam horrendum, me hercules, iudicium, ac peracerba sententia est! Quod superest, fratres charitatem, et ei conjuges fidem spemque sectemur, acturi quam qui miracula designent securius, verique Dominici agniti discipuli, cœleste regnum initari per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXX.

Committendum non esse ut mundo crucifixi vitæ inhiant ineptiis, quin proficiendum in melius.

Fratres Patresque, dies horarum, septimanæ dierum, menses septimanarum, anni mensium labuntur instar, tempusque decurrens ad supremum Domini nostri Jesu Christi adventus diem incitat promiscuas, quo ejus oculis nuda sunt, et aperta cuncta, ut est in litteris; nec jam est cur incassum porro sætuent mortales, auro, ac cohortibus rex prædat, supellectilem, et pecuaria vendidet dyna-

⁸ Joan. iv, 1. ⁹ Joan. xiii, 35. ¹⁰ I Cor. xiii 1-3. ¹¹ Matth. vii, 22. ¹² Jud. x, 11. ¹³ Sap. vi, 7. ¹⁴ Ibid. 6. ¹⁵ Luc. xii, 48. ¹⁶ Eccli, ii, 11. ¹⁷ Psal xciv, 10, 11.

sta, in incoertis divitiis spem collocet avarus, vitiorum inhæreat lacunis voluptarius, postquam ita res ferunt, ut lugendum sit in dies, ac mœrendum, et animus pro virili expurgandus, priusquam mortis appetat iudicium, quo pœnas evadamus, quæ refractariis impendent. Hi enimvero, ut cum Scriptura dicam: *Quæcunque ignorant blasphemant, quæcunque autem naturaliter tanquam bruta animalia norunt, in his corruptur. Væ iis, inquit, quia in via Cain abierunt, et errore Balaam mercede effusi sunt, et in contradictione Core perierunt*¹²; Sed vereor, ne hæc eos sententia prociudens, præclara nomina, impetat nos quoque; nam cum ob paternam hæreditatem alius configat, longis susceptis itineribus, alius stipes sollicitè satagat augere, alius avare ac monacho indigne, hoc et illud urgeat mercari, scilicet non eadem ii supplicia merentur? Jam habent quo se illi defundant, etsi frigide, tamen quod uxores ac liberos procurent; nobis, qui mundo crucifixi unam habeamus crucem thesaurum, quæ purgatio relicta est quin his admisis gravius puniamur; siquidem scriptum est: *Potentés potenter tormenta patientur*¹³; et: *Judicium durissimum in his qui præsumunt fieri*¹⁴; ac rursum: *Cui commendaverunt multum, plus petent ab eo*¹⁵. Agite vero, insulsissimi mortalium, itane dediti nugis falsa quæritis, ac patrocinio sceleribus invento, causas, non causas, exilia prætexitis? *Discipite in antiquas generationes, et videte, aiunt Litteræ, quis speravit in Domino, et confusus est? aut quis permansit in timore ejus, et despesit illum*¹⁶? Non abrahamus Dei jussu patria extorris, parens multarum factus nationum est? Non Jacobus patriarcha solo instructus pedo in Mesopotamiam degressus, dives revertit? Non Josephus venum abductus in Ægyptum, regi par evasit? Non vates Elias pulsus ab Jezabele, non pera comportata, per corvum pascitur? Non apostoli nudi ac inermes ad præconium profecti, terrarum orbem devicere? Non ipsi vos superioribus annis capite et fortunis oppugnati, certas stipulationes probastis? Unde hæc igitur improbitas, quæve hæc ineptia est? Enimvero, ut videtur, Israelitarum instar priscorum, Dei obliti beneficia sumus, Christumque tentamus, ut eorum quidam tentarunt. Sed quid de iis effatur? *Quadragesima annis proximus sui generationi hic et dixi: Semper hi errant corde; ipsi vero non cognoverunt vias meas: ego juravi in ira mea si introibunt in requiem meam*¹⁷. Videte, fratres, ne eadem nobis dicantur, qui ingrati erga beneficium, præsentis fortuna iniquius utamur. Hinc quiescere pedes minime sinuntur, huc illuc palantur, hinc iudicia vicissim, ac verborum confictus urgemus, proinde ut extranei, hinc soli, nec cum fratre, degimus. Sin cum fratre, imaginario quidem certe, qui enim possis, comite asclta dulci, avaritia, cum qua paciscare, unanimum tenere fratrem?

Minime gentium. Væ iis. cœu reprobis, nam haud-
quaquam de vobis, fratres, aut hic illic divine
obeuntibus loquor, sed de iis qui profligate, neque
ad præscriptum quod deformavimus vivant. Qui ut
vel tandem redeant ad frugem, rectique gradian-
tur, precemur, quo pereat nemo, quin omnes incol-
umitemur per Christum Jesum Dominum nostrum;
cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spi-
ritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem.
Amen.

SERMO CXXI.

*De mortis recordatione, senecæ quodam venerando
defuncto.*

Fratres Patresque, cum multæ utiles historiæ
sunt animo stimulando, tum æque utilis habetur
nulla ac mortis promulgatio; nam terribile dictu,
et cogitatu aroanum, mors est. Igitur et nunc sene
defuncto venerando necesse est porro ad commu-
nem frugem de eopauca recensere. Sane a pueritia
in senectute profundam vitam obeunda monastica
Deo servivisse, luculentum seni encomium est; de-
inde quod inter confessores est illustris, qui com-
prehensus ab impio Leone ad satietatem pœnas
dederit, et tergo omni, ac pectore trecenis loris
conciso, et facie pugnis alapiisque contusa, ut duo
etiam dentes exciderint. Tandem aliquot post an-
nis, e carcere eductus ac liber dimissus, ex insti-
tuto priori (stylita enim fuerat), rursus se additit
in cellam, multisque defunctus miseris et angustiis,
supremo vitæ curriculo evoluto, animam reddidit,
ut impius scelere, se obstrinxerit, nequidquam,
athleta ad Deum laurigero profecto. Nos enimvero,
fratres, quid agamus quidve cogitemus? Quanto
tempore supervivemus, longo, an exiguo? Scilicet
norit quisquam quid cras pariturum est? Pol mo-
nimento satis superque mors est, postquam quod
vidimus in fratre, haud multo post accidet in nobis,
nomine metam transcendente mortis. Itaque mor-
tis porro obliviscamur nunquam, ne perpetua op-
primamur; neu præsens amemus ævum, ne cum
Deo inimicitias agitemus siquidem scriptum est:
*Qui voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus Dei
constituitur*¹⁸. Fugit vos, inquam, mundi consuetu-
dinem haud permittere ut animus studio ducatur
exitus e corpore. Nam quemadmodum Israelitæ sa-
tagebant, qui erepti ex Ægyptia servitute promi-
sum solum invaderent, ad eundem modum nitamur
et nos oportet, ut e servitute quadam corporis, quæ
corruptela obeatur, egressi in penitius velum pe-
netremus, quo anteambulo pro nobis Jesus irrupit,
hoc est, in cœlestis Jerosolymæ bona. Igitur mundi
adhuc nugas detestemur, virtutes avidè contraha-
mus, dias mercemur opes, preces, lacrymas, puri-
tatem, nitorem, innocentiam quæ vitæ sunt via-
tica perennis; cæteram escam, potum, vestitum, et
quæ alia sunt necessaria corpori amplectamur,
quatenus vitæ, ac functioni serviant Dei præcepto-

rum. Quo in studio si curricula exigemus, diur-
nas ferias agamus læti in dies, et impavidus mortis,
ne si vel mille cruciatus intendentur, securam
conscientiam demergant; sin maligni, invidi, pervi-
caces cæterisque imbuti sceleribus degemus, heu
fucos et ludibrium! Scilicet ea diurna nex est, ac
judicium ante judicium, tum autem mors ingruet
quasi quidam rugiens leo aut amens ursa. Jam qui
æternam perniciem miser exantlet animus, exstat
sane hæc sententia: *Si judicium primum a nobis,
qui finis eorum qui non credunt Dei Evangelio? et
si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi pare-
bunt*¹⁹? Quare trepidi semper, ac solliciti, fratres
charissimi, firmi, et immobiles consistamus, assidue
macti in opere divino, certe nequaquam frustra esse
eum in Domino laborem. De fratre Socrate, scitis
quemadmodum venerit ab Oriente, probanda obe-
dientia tarditatem excusans. Eum volebamus hic
retinere, ut spectatum fratrem; sed quoniam scri-
ptum est: *Beatus qui habet semen in Sion, et pro-
pinquos in Jerusalem, rursus redire eum sivismus,*
per quem misericordiam pararemus, etsi est quod
gaudeamus, fratres, constitutum a sanctissimo pa-
triarcha Sioni e cœtu, ac republica nostra, qui in
Ecclesiarum matre sacerdotio et œconomia funge-
retur. Quod superest, sanctus Deus tum eum tum
nos conservet, omnique impleat benefica voluntate,
ac præpotente fidei propagatione, illustrando per
nos Domini nostri Jesu Christi nomine, nobisque
per eum secundum gratiam Dei denique nostri Jesu
Christi: cui gloria et imperium cum Patre, ac san-
cto Spiritu nunc et semper, in omnemque perpetui-
tatem. Amen.

SERMO CXXII.

*De serviendo fortiter ac constanter Deo, studiique
curriculo monastici contentis exigendo.*

Fratres Patresque, eximium studium a pervi-
gilio ad audiendum sermonem coeuntum, atque
et robore in robur grassantium; quambilet enim
haud suppeditat nobis par oratio dicendo, tamen
posteaquam ad sanctorum Patrum exemplum fre-
quentatur, non abs re est, quin vel in primis utili-
lis. Enimvero in sermone ac doctrina Patres labo-
rabant, beatum Apostolum imitati, cujus in actis
hæc sunt verba: *Per triennium nocte et die non
cessavi, cum lacrymis monens unumquemque ve-
strum*²⁰; idemque alibi: *Qui bene præsumunt pres-
byteri duplici honore digni habeantur, maxime qui
laborant in verbo, et doctrina; dicit enim Scriptura:
Non alligabis os bovi trituranti; et Dignus est ope-
rarius mercede sua*²¹. Videtis' ut necessaria do-
ctrina est? nam quemadmodum stirpes edendis
fructibus scaturiginem postulant aquæ, sic virtute
exercenda magistri vocem discipuli, atque ut eæ
haud irrigatæ arescunt, ita et hi non edocti defe-
tiscuntur. Qua de causa equidem monere instigor,
et hortari, ac pol interdum refutare, et incessere,

¹⁸ Jac. iv, 4. ¹⁹ I Petr. iv, 18. ²⁰ Act. xx, 31. ²¹ I Tim. v, 17, 18.

si qua mecum vos quoque servare possim, vos quidem, fratres, in Domino valentes, ac præpotenti contracto robore, armaturam induite divinam quo diaboli fraudibus obsistere queatis, qui haud dormiat sane, quin adversum nos vigilet, et eo magis, quod animos conspiciat luctæ incumbentes. Qui ubi invidat (nam invadit noctu, atque interdium), stemus animosi, accurramus ad eum qui e morte liberet peccati, precibus adhibendis contentis, nec sine fervidis lacrymis, ac facesset oculus inimicus; scriptum est enim in Psalmis: *Invoca me in de tribulationis tuæ, et eruam te, et honorificabis me*²². Vulneris infixit hostis? at Domine sanavit. Turbavit ille? atque imperavit mari, sileret, conticesceret; fluctuantes in nobis cogitationes sedavit. Atque o munificentiam! vix invocari cœpit, cum benefice ac liberaliter prævertens, vota tribuit precanti, nubeque quadam tristitiæ discussa. egregiis animi sensis ineundis, lucæ afficit mentem. Et quid non agat scilicet; nam qui nostrapte causa se obtulit in necem, ac pol crucis, qui potest non una secum omnia largiri? Ut insistendum sit, fratres, qui ei fortiter serviamus, nos a lapsibus revocantes, studiique curriculum monastici contente decurrentes, certi extremo in certamine repositas coronas. Ergo utamur confessione frequenti, postquam frenum non peccandi confessio est; utamur submissione, qua ignea maligni tela frangamus; utamur fide, sine qua Deo placere nefas. Jam miramur forsitan, ac demiramur, quemadmodum fœdis cogitatis, quamlibet certantes, capiamur, sed patimur id nimirum ob prævaricationem in Adamo, nam

*Requirit, inquit, mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverant in similitudinem prævaricationis Adæ*²³. Atque in naturam libidum lucæ et contagio pervasit, quæ etsi in Christi adventu regenerationis lavacro, sanctique Spiritus instauratione sanati in antiquum statum revertit, tamen quæ corrupta semel ægritudinem contraxerit, facile negligentia ruit in libidinem. Enimvero ii sancti evasere, reverentia, et amore divino temperata quasi quadam mentis acie, qui cum ad presidium sibi sufficerent, tum manum aliis porrigerent, dæmonia fugarent, infinita ederent miracula; quorum etsi a vita absumus longe, imitari quidem certe, quantum fieri potest, conemur, clemente Deo tam nostrum exile munus accepturo, quam illorum præclara facinora, ac regnum utrisque suum præbituro per Christum Jesum Dominum nostrum; cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXIII.

De itinere spiritali impigre ineundo, vitæ hic aversandis deliciis, neque mansionis beatitudine nostræ.

Fratres Patresque, solent viatores instigare vicis-

²² Psal. XLIV, 15. ²³ Rom. v, 14. ²⁴ Joan. XIV, 2, v, 18. ²⁵ Rom. II, 5.

sim, et excitare ad iter incumbentes, nec dextra, sinistra deflectere, sed via regia grassari, ac pol cibum, potum, somnum capere moderatum, quo diætæ temperamento itineris ærumnas leviores comparent, Quorsum hoc mihi præmium? Plane et per vos capitis, qui viatores quidam in hac vita simus, plenum ingressi mille iter laboribus, cohortari, et animare invicem in certaminibus oportere, minimeque palabundos excurrere: cibi, potus, somni continententes, ne hinc gravati torpescamus ad iter; nec non vitæ hic deliciis aversis, ac viatores nequam huc illuc se convertant, dextrorsum aut sinistrorsum, iterque solum urgentes, quo festinent diversorium respectent. Ac nos diversorii felices, seu potius mansionem felicem, quæ haud temporaria, sed æterna, neque in caduco, sed immortaliter posita solo est, ubi gaudium, pax triumphus agitur de qua Domini in Evangeliiis hæc sunt verba; *In domo Patris mei mansionem multæ sunt, si quis vult habitare in domo Domini, et non dicitur: Vado parare vobis locum, et si abiero parare locum, iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, at ubi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis*²⁴. Viden' ingens, et incomparabile promissum? Quis non exurgat porro? quis non irruat? quis non avidus sempiterna hæc tabernacula invadat? quorum incensus desiderio David canere: *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini*²⁵. Nam equidem jucunda ea tabernacula sunt hic quasi quidam deditii obimus, aliquantillum constante vita, postquam et sæculum hoc omne pro diecula ad futurum ducitur. Ut nihil sit cur cum mundo consuescamus porro, aut presentibus inhiemus, aut non dicam in hoc et illud studium feramur, sed ne in cœli quidem, terræ, maris, lunæ solis, stellarum, ac quæ alia sunt conspicua: quæ enim mox deseremus, iis quid nequidquam inhæremus! *Unam petii a Domino, inquit, hanc requiram ut inhabilem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, ut videam voluptatem Domini et visitem templum sanctum ejus*²⁶. Quo qui pervaserit, nã iis liberatus sit ab ærumnosa ea die, de qua ait vates: *Ut quid vos queritis diem Domini? es quidem tenebræ et non lux est*²⁷. Quin, beatus Apostolus quoque diem appellat iræ, scribens, in hanc sententiam: *Thesaurizas tibi iram in diem iræ, et revelationis, et justis iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus*²⁸. Atque ut exemplo rerum quæ in nos incurrant ærumnosæ ejus diei simulacrum quoddam proponam, revocemus ad memoriam, si videtur hominem jamjam huc appulsum, qui a dæmonio multatus strangulabatur, ardens, et animi æstuans, ac vociferans dies noctesque, statum, et quietem obstinens nullam. Quod hominis leve supplicium censetis? Minime gentium. Jam in somnium cum sit adfuturum, illud, fratres, qui perferamus, ignem inextinctum, sine morte vermem, mille alia perennia tormenta? Ve-

rum non nobis, Domine, non nobis, quin fas sit A cunctos Dei liberalitate, ac sanctorum, et beati precibus Patris ex his omnibus ereptos bona consequi promissa per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXIV.

Aperiri fores vitii non oportere, operamque dandam qui fœdis cogitalis vacemus.

Fratres Patresque, lapsum est tempus nonnullum ex quo solemnè catechesi, interque nos offioliis vicissim prohibemur, extorres huc illuc præ Agarenorum incursum. Quanquam qui jubeamur *benedicere Dominum in omni loco dominationis ejus* ¹⁹ ne hic quidem torpescamus, qui pro virili statum, exercitationem, opificia, et quæ in aliis sita honesta B conversatio est, urgeamus quæ videantur rerum quæ minime videantur exemplar capientes; nam si metu ne incideremus in Agarenorum manus aufugimus, hic hærentes, quanto debemus magis timore ne inimicis, qui obtutum fugiant oculorum, in manum conveniamus, quam longissime, quanquam tutissime abscedere? At qui est abscessus? peccati fuga, quo, acinacis instar, animum omnem interne- C care satagit diabolus. Quod fugiamus quam maxime, fratres, vel usque ad cogitationes, unde in verba prorumpens, desinat porro in actionem. Difficile est autem, ac prope deploratum, nequaquam fœdis cogitatis capi. Quibus si occupemur, certe amoliri oculis nitamur precibus, lacrymis animi quasi qui busdam ærumnis, quæ ex divina formidine nascantur, ut ne peccatum exigant mora, atque id quotidie, siquidem inest in nobis perpes implacabile bellum, neque aliter fas evadere est, quam ingenti, contentoque magisterio mentis, cum præsidio cœlesti. Non videmus quæ excitata sit per hoc triduum in mari tempestas? eadem est et vitiorum, ac pol gravior, postquam hic animi agitur naufragium. Jam illius auctor Deus est, qui, ut ex usu sit, præstituto tempore mari ventos immittat; hujus nosmetipsi: liceat enim volut in portu degere tranquillis, qui haud aperiamus vitii fores. Sin aperimus, fiant in nos spiritus maligni, et ingens cooritur tempestas, nec

SERMO CXXV.

De obedientia, ac qui cunctis obeundis munitis cum fide puraque mente animemur.

Fratres Patresque, equidem servi veritus judicium qui talentum abdidit in terram, ad quem ait Dominus: *Serve male, et piger, oportuit te committere pecuniam meam nummulariis, et veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura* ²⁰, necessario hæc verborum dissero segmenta. Vestrum est autem qui egregii quidam nummularii sitis, in opus educere sermonem, quem Dei beneficio et eduxistis, me hercules, et educitis, pro insigni obedientia vestra. Quanquam sunt in vobis qui nec

¹⁹ Psal. cii, 22. ²⁰ Gen. vi, 3. ²¹ Philipp. iii, 20.

(4) Apud Cod. Nan. cxxi (a) existit, p. 167.

salutem nisi repressis evestigio turbis, consequamur. Quorsum nos autem turbari, ac fluctuare, et naufragium extimescere? cur non tranquilla pace fruimur, sed spontaneum in nos atrox exitium conflamus? Non accessimus insanis qui e portu profecti sub tempestatem, fluctibus mergantur? enimvero multo nos sani putandi minus, qui in vitiorum tempestatem ultro ruamus. Scilicet quas non excoitet procellas impotens in animo spirans desiderium? non huc, illuc impulsos tanquam suffocat, demersos? Non invidia pariter mentem externat, animum juxta ac corpus saucians? non pervicacia tenebras ingeniis obducit, remissa et effeta comparans? non singula, breviter, mortales habitu quodam demovent naturæ, ac brutos moliuntur? Itaque fugiamus porro, fugiamus pestifera vitia fratres, ne in nos quoque hæc Dei sententia dicatur: *Non permanebit spiritus meus in eis, qui carnes sunt* ²⁰. Carnes vero haudquaquam sensit universe (nam et Deus Verbum factus caro est), sed carnale studium nimirum, quod fœdis libidinibus defixum instar ferarum, minime appetitum conferat in Deum. Quo Deo Opt. Max. consecrando, uti postulet hoc effatum: *Vestra conversatio in cælis est* ²¹, audiamus potius: *Vos non estis ex hoc mundo, sicut et ego non sum ex hoc mundo* ²², quo quid beatius, non solum secundum imminens ævum, sed etiam secundum præsens? qui quidem a fœdis libidinibus alieni, non carne regamur, quin spiritu ducamur. Hoc beatitudo, hoc suavitas, hoc felicitas, hoc angelica vita est atque is, medius fidius, in mundo vitæ quiddam obtinet instar, diadema gerentibus, venerandus, mundi arbiter, et heres, simulacris satur divinis, ad decessum paratus, a morte imperterritus. Ii et nos fratres, evadere pro viribus certemus (etenim fas est, si solido velimus), iique facti, tum vitam hanc omnem hilarem exigemus, quotvis ac quantavis secundem, carnem incidant acerba, tum in futuro sæculo cæleste regnum eroicemur, æternis bonis cum sanctis omnibus fruentes per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

ΛΟΓΟΣ ΡΚΕ'.

Περὶ ὑπακοῆς καὶ τοῦ μετὰ πίστεως καὶ ἐν καρδίᾳ, ἐπὶ πάσῃ διακονίᾳ προθυμῆσθαι (4).

D Ἄδελφοὶ καὶ Πατέρες, δεδοικῶς τὸ κρίμα τοῦ τὸ τάλαντον ἐν τῇ γῆ κρύψαντος, πρὸς ὃν φησὶν ὁ Κύριος. Δούλε πονηρὲ καὶ ὀκνηρὲ, ἔδει σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ, ἀναγκαιῶς φθέγομαι ταῦτα τὰ βραχέα ῥήματα· ἡμῶν δὲ ἐστὶ λοιπὸν τῶν καλῶν τῶν τραπεζιτῶν, εἰς ἔργον προαγαγεῖν τὰ λεγόμενα· ἀπὲρ χάριτι Θεοῦ καὶ προάγετε, διὰ τῆς ἀγαθῆς ὑμῶν ὑποταγῆς, ὁμῶς ὅτι εἰσὶ τινες ἐν ὑμῖν, οἳ τινες οὐ μόνον τὸ δοθὲν προσεξεργάζον-

²² Joan. xvii, 14. ²³ Matth. xxv, 27.

ται, ἀλλὰ καὶ ὅπερ ἔχουσι μικροῦ δεῖν ἀπολύουσι· τίνες δ' ἂν εἴεν οὗτοι; Οἱ τὰς διακονίας παραιτούμενοι, καὶ τὸ συγγώρησον ἀντί τινος δικαιώματος προβαλλόμενοι. Τί λέγεις, ἀδελφέ; μέχρι θανάτου τὴν ὑπακοὴν ἐπηγγείλω, καὶ νῦν παραιτῆ τὴν διακονίαν περὶ τὴν εὐφρωῶς ἔχεις ἐκ χάριτος Θεοῦ (5); Ἄλλ' ὅτι, φησί, δέδοικα διαπλεῖν τὴν θάλασσαν· ἐξ ἀπιστίας, ἐκασὶ φοβούμενος φόβον, οὗ οὐκ ἔστι φόδος· εἰ γὰρ πεποιθὼς ἦς τῇ ὑπακοῇ, οὐ μόνον διαπλεῖν τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ καὶ γυμνὸς τῷ σώματι χωρεῖν κατὰ τοῦ ὕδατος· μιμούμενος τὸν αἰοίδιμον ἐκείνον ὑποτακίτην· ὅς τῇ πατρικῇ ἐντολῇ ἐπεριδόμενος, οὐκ ἔδεισε τὸν φοβερὸν ἐκείνον ποταμὸν παράσαι, ἀλλὰ διαπεράσας, ἔμεινε μηδὲν παθὼν ὡς ἐκστῆσαι τοὺς ἐπιβλέποντας. Ὑπακοὴ τοίνυν καὶ θηρία ὑποτάσσειν οἶδε· καὶ μάρτυς τοῦ λόγου, ὁ ἐκ πατρικῆς προσταγῆς δεσμεύσας τὴν ὕψιναν· ὑπακοὴ καὶ ἐν νεκροῖς θαυματουργεῖ· καὶ τοῦτο ἐδιδάχει ὁ ἐκ τάφου φωνήσας Ἀκάκιος. Καὶ τί τοῦτο κἀκεῖνο λέγω; αὐτὸς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπήκοος γενόμενος μέχρι θανάτου. θανάτου δὲ σταυροῦ, τὴν σωτήριον τοῦ κόσμου οικονομίαν ἀπειργάσατο. Καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ τῆς ὑπακοῆς κατορθώματα· τὰ δὲ τῆς ἀπειθείας ἐγκλήματα βούλει μαθεῖν; Ἐνόησον τὸν Ἀδάμ· ὅς ἐπειδὴ περ ἤκουσε Θεοῦ τῆς ἀπειρημένης βρώσεως ἀπογευσάμενος, θάνατον εἰς τὸν κόσμον εἰσήγαγεν, Ἐνόησον τὸν Σαοὺλ· καὶ εὐρήσεις καὶ αὐτὸν παρακούσαντα τοῦ ἀγίου Σαμουὴλ, καὶ ὁμοῦ μὲν τὴν βασιλείαν, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν ζωὴν εἰς τὰ ὄρη τὰ Γελβουὲ ἀπορῆξαντα. Ἐνόησον πρὸς τούτοις καὶ τὸν ἀνθρωπον τοῦ Θεοῦ ἐκείνον· ὅς τῇ ἀπάτῃ τοῦ ψευδοπροφήτου εἰς παρακοῆς ἐγκλημα ἐμπεπτωκώς, λέοντι κταθρῶμα παραδίδεται. Τί δαί; Ἡέτρος ὁ μακάριος ἀπίστωλος; οὐχὶ παραιτησάμενος νύψασθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου δι' εὐλάβειαν, ἀκούει· Ἐὰν μὴ νύψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. Τί δαί ὁ ἐν τῷ ἀγίῳ Εὐθυμῖῳ τὴν τοῦ κτηνίου διακονίαν ἀπαναινόμενος δι' αἰ ἐδόκει εὐλόγους προφάσεις, οὐχὶ παρ' αὐτὸ αὐτὰ ἤρισε τὰ δαίμονα κληρωσάμενος; Τοιοῦτον τὸ κρῖμα τοῦ παραιτουμένου τὴν διδομένην διακονίαν· τοῦ ἀντιλέγοντος· ἀντιλογίας γὰρ διεγείρει πᾶς κακὸς ὑποτακίτης· ὁ δὲ Κύριος ἄγγελον ἀνελετήμονα εἰκότως πέμπει· αὐτῷ, ὅπως ἐπειδὴ ἐν σώμα ἔσμον οἱ πολλοί, ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη, καὶ ὁ μὲν ἐπέχει· τόπον ὀφθαλμοῦ· ὁ δὲ ὠτὸς, ὁ δὲ βίνος, ἄλλος γλώσσης· ἕτερος χειρὸς, καὶ ἄλλος ποδός. Ἐὰν οὖν μὴ πάντα τὰ μέλη τὰ οἰκεῖα ἐνεργῆ, ἀλλὰ φιλονεικοῖ ὁ ὀφθαλμὸς ἀκούειν, καὶ τὸ οὐκ ὁσφραίνεσθαι, καὶ ἡ ῥίς φθέγγεσθαι, καὶ ἡ γλώσσα χειραπτεῖν, καὶ ἡ χεὶρ βιάδιζειν· οὐχὶ τὸ ὅλον σῶμα οἰχίτταται; καὶ διαφθάρησεται; Οὐκοῦν ἐπεὶ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἕκαστος τὴν

³⁴ Joan, xiii, 8

(5) Perspicue hinc apparet, monachos « obedientiam usque ad mortem » professos fuisse, ut etiamnum faciunt. Levinii quidem interpretatio id satis clare non exprimit: sed in Græco textu res est clarissima. Ille sic vertit: « Quinam hi sodes? Qui officia recusant, ac pro æquo objectent, Comitare. Quæ hæc, malum, est oratio? itan obedientia vel in necem conducta, nunc officium detrectas ad quod

Augeant sortem, et parum abest quin quod habent prodigant. Quinam hi, sodes? qui officia recusent, ac pro æquo objectent, Comitare. Quæ hæc, malum est oratio? itan obedientia vel in necem conducta, nunc officium detrectas ad quod per Dei gratiam sis idoneus? Ergo obedientia corrui. At enim vereor, inquit, trajicere mare. Pol præ pervicacia veteri, formidare ductus ubi formidandum sit nihil, nam obedientia præfidens, non solum mare trajicias, quin vel nudo corpore insilias in aquam, nobilem illum subditum: imitatus qui paterno nixus præcepto, haud extimuit atrox flumen tranare, trajectoque illæsus perstitit, ut obstupescerent videntes. Quin domat obedientia feras, cui orationi testimonium dicet qui paterno jussu byænam vinxit. Eademque edit in mortuis ostenta, quod locutus e monumento Acacius confirmat. Et quid hæc illaque commemoro? ipse unigena Dei Filius obsequens in mortem, ac pol curcis, sospitam orbi terrarum procurationem peregit. Atque hæc sunt obedientiæ facinora. Sed vin' et pervicaciæ crimina cognoscere? Cogitatis Adamum, qui Deo inobediens, cibo gustato interdicto, necem intulit in mundum; necnon et Saulum, quem immorigerum Samueli, regum juxta ac vitam invenies in monte Gelboe amisisse. His accedit divinus ille, qui falsi mendacio vatis inobediens damnatus, pabulum traditur leoni. Quid, beatus apostolus Petrus non a Domino lavari præ reverentia detrectans, audit: *Si non laveri te, non habes partem mecum* ³⁴? Quid, qui in sancto Euthymio pecorarii munus defugisset, justis decausis, quas credebat, non evestigio spumans dæmonem contraxit? Hoc judicium est detrectando indicto munere: obloquens etenim parvus omnis subditus obloquia concit, meritoque Deus crudelem ei genium immittit. Enimvero, ut semel dicam, multi unum corpus, et alter alterius membra singuli sumus, oculique vicem alius gerit, alius aurium, alius narium, alius linguæ, alius manus, alius pedis. Sin membras suas quæque partes non exerceant sed audire oculus certet, odorari aures, eloqui nares, palpare lingua, itare manus, qui potest non universum diffuere atque interire corpus? Quæ cum ita sint, suo quisque officio satisfactio, et quam accepit gratiam divinitus, ad publicam frugem conferto, nostra in Dei manu posita reputans, neque aut mare naviganti omnino inibi moriendum, aut in sicco degenti indidem decedendum, sed quam ab orbe condito tempestatem, finem, locum benignus statuit Deus, id cuique extremum cessurum. Atque hæc disserui non tam eorum de quibus sermo est

per Dei gratiam si idoneus? » Sed clarius ac fidelius hæc vertamus. « Hi vero quinam sunt? Qui ministeria detrectant, et suum illud, Ignosce, quasi quamdam excusationem prætendunt. Quid ais, o frater? Obedientiam usque ad mortem professus es, et nunc ministerium recusas, cui per Dei gratiam idoneus es? »

(nam obsecundos jam accepi), quam omnium audientium causa, ut obnixè ac contentè quæ pacta conventa Deo teste, atque electis angelis iniimus, re et opere præstemus, neu tergiversemur, quamlibet mortiferum sit quod injungitur, id enim Patres ac magnus in primis Basilius, jubent. Qua degenda vita, nequaquam sotes moriamur, quin pro justitia vivi, cœleste regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

τυρι Θεῷ καὶ τοῖς ἐκλεκτοῖς ἀγγέλοις ἐδώκαμεν, καὶ θανάσιμον ἢ τὸ ἐπιταττόμενον. Οὕτως γὰρ κελεύουσιν οἱ Πατέρες, καὶ πρό γε πάντων ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ οὕτως διαζῶντες, οὐκ ἀποθνούμεθα τῇ ἀμαρτίᾳ, ἀλλὰ ζήσομεν τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ τύχωμεν βασιλείας οὐρανῶν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ [Κυρίῳ (5*)] ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

SERMO CXXVI.

Qui genuina obedientia, ac secessione suscepta, mundum sint crucifixi, alacres amplecti corporis devictum oportere.

Fratres Patresque, paulum in præsentia decubui, quanquam animi percussus, abscessurum me a vobis credidi. Sed quo longiorem mihi vitam? aut quanto tempore supervivam miser? Videtis quemadmodum urget senium, et æqualibus defunctis, meæ decedendi imminent vices. Quid ergo? doleamus in eo? minime vero. Doleant sane si volunt, qui secundum carnem vivant, conjugibus, liberis, pueris, ancillis, prædiis, pecuniis, ac quæ hic alia sunt vitæ studia, quibus et capiuntur, dimittendis, nos, quibus crucifixus est mundus, solaque superest crux, pro genuina obedientia, et secessione, non lugubre, sed lætificum mortis arcanum habeamus necesse est. Ac quid nos dico? cunctis adeo Christianis prælate amplectenda dejunctio est, siquidem ante Domini nostri Jesu Christi adventum mors in homines imperium posita ob prævaricationem in Adamo, vel sanotis dira et terrificata, veniat simul Christus, omnium vita, mortem pro omnibus gustavit ³⁵, *viam nobis inilians novam, ac viventem per velamen, id est, carnem suam*, uti scriptum est ³⁶, ibi tum mors absorpta victoria est, nec jam defuncti in orci regiam deportamur, sed in cœleste regnum subvehimur, neque in tenebris, atque in umbrosa morte dormimus, quin abimus in lucem immortalem, ævumque quoddam securum et innoxium, quod sui amantibus promisit Deus. Ut nihil sit cur decessum fugiamus, qui ultro in primis sit prensandus, eoque magis, quo paratiores simus ab animi proinctu; miserum est enim, fratres, præteritum tempus sub exitum revocare, ac dies poscere vendi ad quæstum virtutum; miserum est, inquam, et ærumnosum. Equidem qui sic deprendatur, nō is impendio turbetur atque afflicteret necesse est, qui non ad honorarium certaminum, sed ad supplicia scelerum prodeat e corpore, terribilibus obvisis spectaculis. Quod ne patiamur, quæso, et admonéo, parati ad exitum semper, omnem supremum vitæ

³⁵ Hebr. II. 9. ³⁶ Hebr. X. 20. ³⁷ Psal. CXIV. 7. ³⁸ Ibid. 9.

(5*) Deest apud Nan.

διακονίαν αὐτοῦ πληροφορεῖται· καὶ ὁ ἔλαβε χάρισμα παρὰ Θεοῦ, λυσιτελεῖται πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον, ἐννοῶν ὅτι ἐν χειρὶ Θεοῦ τὰ ἡμέτερα, καὶ οὕτε διὰ τὸ ἐν θαλάσῃ πλεῖν, πάντως ἐκαίσει τελευτῆν, οὕτε ἐν τῇ ξηρᾷ διατρίβειν, ἐκαίσει ἔστι θνήσκειν. Ἀλλὰ καθὼς ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν Θεὸς πρὸ καταβολῆς κόσμου ὤρισε, καὶ χρόνον καὶ τόπον καὶ τρόπον, τὸ ἐκάστου ἀποδῆσεται τέλος. Καὶ ταῦτα διήλθον, οὐ τοσοῦτον διὰ τοῦς περὶ ὧν ὁ λόγος· ἤδη γὰρ ἔλαβον αὐτοὺς δι' ὑπακοῆς, ἀλλὰ διὰ πάντας τοὺς ἀκρωμένους, ἵνα προσέχωμεν ἀσφκλῶς· καὶ ὡς ἐπαγγελίας ὑπὸ μάρ. ταύτας ἐναργῶς ἀποπληρῶμεν, καὶ μὴ ἀναδύεσθαι οἱ Πατέρες, καὶ πρό γε πάντων ὁ μέγας Βασίλειος, ἀλλὰ ζήσομεν τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ τύχωμεν βασιλείας οὐρανῶν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ [Κυρίῳ (5*)] ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B diem credamus, ut a D. Antonio docemur, qua in-eunda ratione, nec dissoluti simus, nec præfracti nec torpidi, nec inertes, nec pervicaces, nec immorigeri, nec adrenes, nec ridiculi, quin obsecundi, faciles stimulabiles, vividi, mansueti, placidi, siaceri, citra offensam, omni honesto dediti, instar sanctorum, qui hac obita vita promissis bonis potiantur. Atque hæc dixi, non vos solum, quin me adeo præmunens, quo hoc apparatu defuncti sub exitum impavidi et imperterriti, hæc Davidica loquamur: *Converte, anima, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi* ³⁷; et: *Placebo Domino in regione vivorum* ³⁸; quam et cuncti assequamur Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXVII.

Fortiter et animose ad pericula resistendum, quæ humanitus consentur.

Fratres Patresque, laud abs re est loqui, et au-dire, ad publicam frugem neque ad virtutem nequidquam apparamur ac procingimur; nam si id agentes, sparsa jam in urbe fama de fide nonnulla, evestigio expavimus, turbati, scilicet, impræmeditati, vehementius attoniti, animum desponderimus? Ut sermoinari expediat, et præstrui, quo in re præsentī, adjuvante Deo, egregie pugna defungamur. At qui est rumor? post scelestam synodum quæ ad fidei ruinam nuper est agitata, post diris obligatos Patres, post oppugnationem duodecennem, post exsilia, compilationes, carcerem, contumelias, flagra, neces, totoque mundo jactationem, proinde ac si nihil insolens sit actum, trahimur a principibus verba cum sceleris antesignanis conferre; neque id solum, quin dictorum, ac controversiarum arbitros capere primores e magistratu, quibus despectare in nostratia nefas, ut ait quodam loco Gregorius Theologus, tantum abest ut iudices admittamus sacrorum dogmatum.

Scilicet magistratui divinitus tributus gladius est, postquam exstat hæc sententia: *Nam non est*

timori magistratus boni operis, sed mali ³⁹. Et: *Non sine causa gladium portat, vindex ei qui malum agit* ⁴⁰, quemadmodum et opitulum probis; cæterum sanctis apostolis cum divinorum dogmatum potestas, a Spiritu profecta, tum proscribendi, atque solvendi, siquidem Domini ad eos hæc sunt verba: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt* ⁴¹. Ac rursus: *Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo: et quæcunque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo* ⁴². Certum est autem, ut iis dictum sit, itidem et hactenus vicissim successoribus edictum, ut in iis iudicem capere magistratum nihil sit aliud quam datam apostolis a Spiritu potestatem abrogare. Jam qui pertingant ad ardua veritatis decreta, vitæ perfectione absoluti nulla? scribente Apostolo: *Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam autem non hujus sæculi, nec magistratum hujus sæculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo magistratum hujus sæculi cognovit: si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent* ⁴³. Videtin' gloriosum Dominum in cruce egisse magistratum? ut nunc quoque; si augustæ ejus imagini tribunal detur magistratus, non abs re dixerimus rursus Judaismum quemdam, ac Pilati tribunal agitari. Quin defugere cum impiis in concionem venire, ea quoque divina sententia est; ait enim: *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos* ⁴⁴. Consequenter divinus Apostolus jubet: *Non contendere verbis, sine ulla fruge, ad subersionem audientium* ⁴⁵. Nec abludit et deifer Ignatius, scribens in hunc sensum: « Præmoneo vos hominiformium scrarum hæreticorum, quos non solum non admittere debetis, sed ne occurrere quidem si potestis. » Singulique sancti, ne catechesim longam faciam, idem contestantur. Quæ cum sic edicantur, qui audeamus sacra in utraque controversia scita violare? Nequaquam, nec si mors impendat. Ut necessario detrectemus, fratres, non quod veri effecta sit oratio: sane enim quidem, pro præcepto, quo stabilire fidei sermonem jubeamur, volentibus principibus parati sumus ad apologiam, Domini nostri Jesu Christi beneficio, qui accingat viribus imbelles et facundiam vel mutis præbeat. Atque hæc illa fabula est quæ rumoribus jactetur. Cæterum vos animosi, ac spiritu præfirmi, ne committite ut exterreamini ab adversariis; quin, ceu Christiani quidam milites, fidei armis amicti, stabiles et immobiles consistite. Enimvero miles qui expertum bellis, ac triumphatorem habeat ducem, timere nescit; quin animos, et signa confert, quo nos debemus magis animari, qui copiarum arbitrum cælestium, ac totius universi monarcham,

opitulum et commilitonem in periculis, quæ humanitus consentur, teneamus. *Confidite*, ait Dominus, *ego vici mundum* ⁴⁶, igitur confidamus nos quoque, certi victoria potituros, cum eo quem imperio mactum cunctorum omnis gloria deset, et honor, atque cultus, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXVIII.

De obedientia, ac frangenda voluntate.

Fratres Patresque, cum defectos virtute catechetica verberat oratio, tum iterum persanat, nam hoc ipsum, dolere ob defectum eorum quæ deceat obiri instaurationem, in animis clam moritur *quæ secundum Deum est tristitia*, auctore Apostolo, *pœnitentiam in salutem non pœnitendam operante* ⁴⁷. Sed contemplemur, si lubet, quibus in rebus posita sint quæ nos contristent. Quod cogitata ingruant impura, quæ hostium vicem serio ardentem in mentem? etenim scriptum est: *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum, si exsurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo* ⁴⁸. An quod grave est obedientiæ jugem? etenim exstat hæc sententia rursus: *Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua, qui solitarius insimul Deo serviet* ⁴⁹. Iterumque, *Jugum meum suave est, et onus meum leve* ⁵⁰. An quod nihil habet obedientia privum? at hoc enim apostolorum quoque est: *Ecce enim, ait, nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, quid ergo erit nobis* ⁵¹? Ac promissum, dii boni! quam venerabile, et illustre. Scilicet non autem et vos æque omnibus dimissis herum comituti, alius parentes deseruit, alius fratres, alius conjugem, atque liberos, alius ædes, alius agros, cuncti, omnibus præstantius, voluntates? quod arduum est cum primis in hominibus; enimvero seu contentum jejunium dicas, seu pervigilium, seu solitubium, seu insolentiam lavandi, seu solitudinem, seu quod aliud studium divinum, libera quadam fungentis voluntate obeuntur: porrò autem quod libera voluntate obeatur, quamlibet grave est natura, voluntate quidem certe leviter consistit quod frangenda voluntate, quantumvis leve videatur, difficilius tamen conficitur. Ac facinus id adeo sancti Patres obruncationem sciverunt, quod in alium cadat neminem quam subditum genuinum, qui et fari cum Apostolo queat: *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus* ⁵²: nam qui nequaquam ex sua libidine vivat, tanquam sequestra præfecti voluntate, Deo vivit. Quin imitatur et eum qui dixerit: *Descendi de cælo non ut facium voluntatem meam, sed voluntatem qui misit me, Patris* ⁵³. Videtin' quod instituti fastigium sit? non æmulum Christi, non apostolicum est? Nec pol adolor, quin exploratam eam sententiam veritas testimonium dicit. Sin homines sic defunctis haud encomia texunt, nihil hinc eis gloriæ

³⁹ Rom. xiii, 3. ⁴⁰ Rom. xiii, 4. ⁴¹ Joan. xx, 22. ⁴² Joan. xvi, 19. ⁴³ I Cor. ii, 6, 8. ⁴⁴ Matth. vii, 6. ⁴⁵ II Timoth. ii, 14. ⁴⁶ Joan. xvi, 33. ⁴⁷ II Cor. vii, 10. ⁴⁸ Psal. xxvi, 3. ⁴⁹ Thren. iii, 27. ⁵⁰ Matth. xi, 30. ⁵¹ Matth. xix, 27. ⁵² Galat. ii, 20. ⁵³ Joan. xi, 38.

decedit, postquam minime videt Deus proinde ac mortales, aliudque Dei, aliud hominum iudicium est, et ignobilis plerumque iis qui illustres appareant, sub præmil diem honoratior cernetur: siquidem scriptum est: *Erunt novissimi primi, et primi novissimi* ⁵⁴. Igitur gaudete et tremiscite, partim ob Dei beneficium, partim ob ingenii conversionem, qui non iidem perpetuo maneamus. Atque ut apostolice loquar: *Consideremus invicem, in provocationem charitatis, ac honorum operum* ⁵⁵, qui haud defetiscamur frangenda voluntate, in qua omnis vertitur oratio, nec dissolvamur officiis obeundis, quin alacritate potius firmemur, mutuo sustentantes, mutua onera portantes, ceu confratres, ceu unanimes ceu concorporēs. Quo agitando in dies certamine, cursuque peragendo, nihil dubito quin coronam gloriæ feretis, quæ minime marcescat, per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXIX.

Contenta accuratione cum inaspectabilibus inimicis conflegendum vitandumque hæreticorum consortium.

Fratres Patresque, equidem curia nostra est cohortandi facultas, re ac sermone tenuis, et vos tamen hortari atque ab animis pro virili excitare est necesse. Nam si in stadio currentes acclamationem desiderant sequentum, egentque in præliis certantes commilitonum stimulis, quanto vos oportet magis: qui cum inaspectabilibus inimicis bellum inferitis, tanquam delibutos verborum, ut sic dixerim, calcaribus, serio animis procingi, qui luca haud in dieculam, quin per omnem vitam defuncti, paria illustri immortalitatis laurea victoribus, sempiterni pudoris infamiam victi exigatis? Verum ne id patiamur, fratres, neu exspectatione frustemur, sed accuratione contenta, ac pertinaci obnixu, contra diabolium, Deo duce, victoriam cernamus, neque enim nescitis ut carnaliter pugnantēs tolli sint exciti. Quorum aiunt ora mutari, et alios pro aliis apparere, Præ serio furore, animique præsentia, ut tum temporis nec conjugum, nec liberorum, nec parentum, nec fratrum, nec cujusquam alterius meminerint omnino, præsto in bellum mente, ingenio, atque corpore ad eundem modum affecti nos quoque secundum interiorem hominem, terrore hostium nullo teneamur necesse est, quin alacritate acuamur et ardeamus animis, ceu egregii Christiani milites. Eosque conspicati perduelles, cedent oppugnatione; sin formidolosos, ac præfractos cernant, ibi tum arcum tendere, et impuris cogitatis, quasi quibusdam telis mentem lanciare. Quanquam nec sic desperandum est, quin recuperata per pœnitentiam sanitate, iterum pugandum, atque id perpetim, nam pol ejusmodi

⁵⁴ Matth. xix, 30. ⁵⁵ Hebr. x, 24. ⁵⁶ Eccli. xiii, 1. ⁵⁷ I Cor. x, 16, 17. ⁵⁸ II Cor. vi, 14-16. ⁵⁹ Rom. ii, 13.

bellum est invisum quod per orbem pertinet terrarum. Ac si placet, ingenii oculis sublati intuemini, sultis, omne hoc universum quod eis cœlum patet iis cœdibus refertum: neque enim irreligiosos duntaxat, et hæreticos, nec stupris, atque adulteriis deditos, ac qui id genus flagitia designent, sub mucronem adigit draco, sed ab his quoque haud alienos et societatem coeuntes, si hæc vera est oratio: *Qui tangit picem inquinabitur, et qui communicat superbo, similis ei fiet* ⁵⁶. Sane insimulamur in præsentia, qui venditantem se quemdam pro orthodoxo, ac perpetuo cum hæresi consuescentem, veterimus ab orthodoxo in sacra mentione, dia obeunda mystagogia, edi, et offerri, nam si in decessu, minimum, prævertisset per confessionem sacris potiri, liceret quidem certe pro eo oblationem facere orthodoxo, nunc in hæretica consuetudine extinctus, qui potest in orthodoxam communionem inseri? Enimvero hæc Apostoli sententia est: *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? panis, quem frangimus nonne communicatio corporis Christi est? quoniam unus panis, unum corpus multi sumus: nam omnes de uno pane participamus* ⁵⁷. Igitur a pari hæretici communio panis, atque calicis. adversarum partium est, unumque exsors Christi efficit corpus societatem ineuntes, postquam *nec societas luci ad tenebras, nec participatio justitiæ cum injustitia, nec pars fidei cum infidei, nec consensus templo Dei cum idolis* ⁵⁸, ut idem alibi clamat. Ut lugendum sit in iis, ac cum orandum pro adhuc vivis quo diaboli laqueos evadant, tum de nobis gratulandum, quos jam olim Deus ad incoluitatem asciverit, animi sanctimonia fideque præditos vera, qui religione tuenda orthodoxa, vel in præsentem ei confessionem serviremus, qua insonte, et integra defunctos, regno augeat cœlesti per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXX.

De mortis recordatione ac virginitate.

Fratres Patresque, alia aliis præfinita est tempestas (alia est enim sementis, alia messis, alia pacis, alia belli, alia quæstus, alia feriarum), animi salutis nulla non idonea, omnisque commodus dies, si velimus. Ergo irrequieti simus ad honesta, pernices, novitii, dicta in opus educentes: nam *Non auditores, ait, legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur* ⁵⁹. Sane seu bellum agatur, quod aciem fugiat oculorum, fortiter sit pugandum, ac Deo duce coorta diabolica sensa profliganda, ne immorata exigant mortem, seu messis obeatur spiritalis, animosa metendum quasi in horreum quoddam perennis viatica vitæ comportanda, ne perenni fame enecemur. Enimvero juge tempus est precum, lacrymarum, recon-

ciliandorum facinorum, regni rapiendi cœlestis, ut nihil sit cur deinceps cunctemur, diffundamur, et emendationem de die in diem trahamus. Scilicet non mundi præterit figura? non quotidie innumera- biles decedunt? non tumuli patentes genus infe- liz humanum, ut sic dixerim, agunt in triumphum? non cognatum terra excipit corpus? Num perpetes [nos autem sumus mansuri?] non recolimus quot e republica nostra, ut hoc memorem solum, abie- rint? Ubi beati olim patres? ubi fratres spiritua- les ac carnales? ubi conterranei? ubi sodales? ubi concantores? quorum penes nos soli habitus exstant, cassi rerum et inanes. Sed oblitus, ut vide- tur, stipulationum, si qui est in manibus fratris obitus, patriæve, illico ad mentem redimus, stimu- lamur, subrigimur, at simul aliquantillum ablit tempus, ibi tum pactorum ac stimulorum pertinax oblivio est. At non dii itidem sancti, qui vita omni meditatione quadam parata mortis, indies mori, (et mirum) vivere, indies mundo apostolice cruci- figi, iudies ad Deum studio proficisci, vitam degen- tes vere felicem ac amabilem. Non exemplo ter- remini decem virginum? *Ecce, inquit, sponsus venit, exite obviam ei* ⁶⁶. Igitur prudentes cum splendidis lucernis obviam. in thalamum penetrare, seræ ob bonorum operum penuriam stultæ clamare in hæc verba: *Domine, Domine, aperi nobis* ⁶⁷, quibus ille respondens dicere: *Amen, amen dico vobis, nescio vos* ⁶⁸, addens: *Vigilate, quia nescitis diem illum, neque horam* ⁶⁹. Vigilandum est ergo, et animus excitandus, qui arrectus stimuletur, lustretur, fe- bruetur, renidescat, ne ingruente subito morte, excludamur, nemine aperturo, aut adjumento fu- turo. Prævertamus una omnes serio, inquam, parare opera discessu amica Deo, piger evigilato, inobediens obedito, elatus succumbito, durus mol- litor, fœdendi insolens stimulator, confessioni alienus confitetur, ignavus operator, cuncti cuncta exsequun- tor, atque addam, me hercules, mulierosus refre- nator. Quid hoc verbi est? ne cum mulieribus consuescito, ac commorator diutius, unde *flagitii exardescat ignis, ac sacrarum Litterarum audientia sententia: Deligabit aliquis ignem in sinu, nec de- uret vestimenta, aut ambulabit super carbonem ignis, nec plantas comburet* ⁷⁰? Itidem qui ad mulierem se conferat maritam: marita est autem tum virgo quoque, seu monacha, tum quæ viduitatis se obli- gavit, quarum sponsus gloriosus Deus est. Atque hæc quidem oberrones huc illuc, qui ex libidine vivant quærendo sceleri prætextu, parum memores Dominici jussi, eruendum oculum qui te scandali- zet ⁷¹, nedum aliter affectos. Ad vos quidem hoc habeo dicere, debemus nos firmi imbecillitatem ferre infirmorum, et honestatis exemplum objici perversis quod cum estis per divinam gratiam, tum sitis insuper, Dei beneficio, ac sospitemini, per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria

A et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXXI.

De studio, vitæque nostra dia et felice.

Fratres Patresque, alio in prioribus dicendi usu- exordio, nunc percontabundus infio. Ac quæro equi- dem de monastici, quod obeamus, studii certamine, quid arbitramini, fratres? tenemus? quod vestiga- mus, et immortalipotimur ævo, spe affecti sospita, au desumus vero officio? Enimvero; quantum ex ap- parenti, haud vos opinor vel tantillum subdititiis, ut sic dixerim, scitis, atque regulis defuisse, quod salutis caput vestræ est, et incolumes porro, ac sine fraude introrsum conservemini, quo nauci hic ego per vos sentiam beneficium. Sane utrique Deum prædicemus, qui potiori dilecta parte, et tanquam ad Jesu pedes considentes, sermocinantem audia- mus ⁷². Ergo anguntur alii, ac de plurimis labo- rant, conjugibus, liberis, prædii, pecuniis, nostra hæc una procuratio est, qui Domino placeamus, alii terreno cæsari merent, cujus imperiis coguntur, quamlibet ad mortem, inservire, nostra spontanea militia est, regis ter optimi Christi cum omni liber- tate jussa obeuntur, honorario quodam militiæ, regno condicto inconcusso, alii fluxi atque exillis quæstus gratia longum et arduum iter exigunt, nobis in sæde divina concordibus obire, ad dies noctesque amplitudinem Dei usurpare faucibus licet, non aurum hinc caducum lucraturis, sed opes indireptas et æternas, Qua in re ut insit molestia quædam, ac contentio, seu sensilis, seu invisa (nam pol inest), certe ob sermonem divinum, spemque facilima est, qui in angustiis exporrecti, lætemur in ærumnis ea; hæc enim vita deditur quæ vei adver- sis charos ad se alliciat. Quis non deamat et am- plectitur parentes? atque his tamen præ Dei stu- dio relictis, hominum nati huc incumbunt. Quid conjugio devinctus, postquam de Domini sententia duo unum sunt corpus, sectos tamen evangelicus gladius huc ablegat. Sane hic principatum repudiat princeps, divitias flocci æstimat dives, penuriæ obli- viscitur inops, viduitatem amolitur viduus, addam et derepta purpura regem his accenseri. Scilicet par Christiani corporis honor, portusque quidam est publicus salutis. Jam obita morte, non luctus atque planctus agitur, secundum vitæ amantes, quin composita inhumatio defuncti est, quem nec conjux inclamet, nec liberi quiritentur, nec cognati ejulent. hoc et illud revocantes, læteque prodeatur, ac cum spe bona efferatur, sin et lacrymis opus, næ hæc quidem citra fas, ob spiritalem digressi ami- ciiam, postquam et Dominus super Lazaro levit ⁷³, naturam demonstrans. Quæ hac vita in omni me- moria felicior quod præ hoc institutum patefactum est Deo conjungens, ut non abs re Davidice dica- mus: *Illic mandavit Dominus benedictionem, vitam*

⁶⁶ Matth. xiv, 6. ⁶⁷ Ibid. 11. ⁶⁸ Ibid. 12. ⁶⁹ Ibid. 13. ⁷⁰ Prov. vi, 27, 28. ⁷¹ Matth. v, 29. ⁷² Luc. v, 39. ⁷³ Joan. xi, 35.

usque in sæculum⁷⁴. Igitur gaudeamus, fratres, et invicem gratulemur, agendis etiam atque etiam gratias, ac de amando serio clemente Deo, qui nos a tenebris in lucem, ex ignominia in gloriam, e cordibus in splendorem acciverit; nam scitis qua origine quisque et quibus parentibus eat, cum quibus coierit, quorum frater vacetur; quorum contubernio utatur. Ac dico equidem et in exteriora personis. Quæ ingressus quidam, et exordia sunt futurorum promissorum, siquidem absoluto ac contracto quod incumbat certamine et obsequio irrevulso certantes, proferendis obedientiæ fructibus quibusdam, tanquam in paradiso, vel ad ministeria prompti, omni honestate functi, ad indistinctas morigeras leges atque normam, ad extremum consequemur quæ nec vidit oculus, nec audivit auris, nec mortalium cuiquam venire in mentem⁷⁵, sui amantibus parata divinitus, quæ et cuncti nanciscamur Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio. Cui gloria et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXXII.

De obitu fratris Gregorii, atque ad decessum apparari perpetuos oportere.

Fratres Patresque, mortis nuntii increbrescunt, cominus et eminus auditi hac tempestate, maxime spiritualium fratrum patrumque; cuiusvero præter alios et frater Gregorius nos reliquit, cujus tum laudata vita est, tum exitus felix, in periculis pro Christo defuncti. Quid tum vero? scilicet, necesse est omnes omnino hinc urbere, qua parvos qua magnos, qua senes, qua juvenes, una in omnes mortis statuta multa, alio prius, alio posterius obituro. Ut serio sit cogitandum quid animo e corpore segregare patiemur? Nam qui sodes adventum feramus genitorum, nequaquam armis induti lucidis? qui eam viam peragremus, haud comperatis æternæ vitæ viaticis? qui mundi principem evadamus, de quo ait Dominus: *Venit princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam*⁷⁶, minuslibari ab servilibus vitiis? *Beatus*, inquit, *servus ille quem cum venerit dominus ejus, invenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum*⁷⁷. Ecquam optatissimam vocem. Si autem dixerit *malus servus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire, et ceperit percutere conservos suos, manducat autem et bibit cum ebriasis, veniet dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua ignorat, et dividet eum partemque ejus ponet cum hypocritis: illic erit fletus, et stridor dentium*⁷⁸. Non ad eam comparationem pavemus? non ad misas corporibus tabemus? scilicet fabulæ sunt, et oratio cassa? Pol nec significatam veritatem vis assequitur verborum, neque enim fletus ille est ut hic noster, nec dentium stridor huic similis, tantumque interest, quantum inter somnia ac veritatem, postquam illic non exstinguitur ignis,

hic exstinguitur; non moritur vermis, hic moritur. Sed quis solers et exquisitus, quis perspicax et auritus? siquidem potest nec videre videns, nec audire audiens, præ animi stupore mentisque cum vitiis commercio. Quis laudatum a Domino luctum possidens, et indies se ab inquinamentis hinc inde expurgans, neque in crastinum rejiciens? *Sufficit enim, ait, dies malitia sua*⁷⁹. Quis studio studium committens Dei, omnique hinc libidine solutus, qui cum Davide dicat: *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua*⁸⁰? O innocentiam felicem! nos quidem simus necesse est, et eum in modum juvent apparemus sacræ Litteræ, animis ardentes, fide armati, spe alites, ad exitum prociecti. Igitur hortor ac obtestor, ceu quotidie morituri obeamus, pro virili nos argentes, certi violentium quiddam esse virtutem, unæ in acclivitate trahat, uti vitium in proclive, lacrymas contrahamus lustricas, quas contritio cordis animique submissio gignat, amicos sanctos angelos paremus, agitata inascente vita qui sub decessum leniter nos ad herum perducant. Atque hæc dissero, non qui bonum aliquid obierim, quin obire satagam vobiscum, ut damnas loquendi nec sublicendi. Deique vos prosequens amore, quo felices cuncti parannem vitium eroiscamur, per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXXIII.

De salutari confessione, ac quo affectus beneficii quisque est, impertiri ceteris oportere.

Fratres Patresque, cum tacere cupio, tum loqui compellor, illud ne vos contristem, hoc de præcepti mandato: nam, *Loquere, inquit, et ne taceas, propter quod ego sum tecum*⁸¹; etsi id enim Domini est ad Apostolum dictum, omnibus tamen præfecturam sorlitis convenit oratio. Sane estis vos quoque Dei populus ac sacer populus, addam et numerosus, si universa spectanda respublica est. Sed quamobrem vni indolui superioribus diebus, ac dolore nunc me ferendo? nimirum, ut apparet, confessio nulla est, ingens ea et apitulo virtus. Quæ si meliores effici viderem, pol lætarer, ut exsolutos molestantia, postquam non exigui laboris alienos morbos curare est, nunc qui agi diversos e contrario animadvertam repulo causam. Igitur unde hæc in vobis licentia, sodes, ac quæ hinc nascitur indignitas? non qui haud evulgalis, quin tegatia pestifera animi censa? Sclerum quidem certe editus in nobis, et tanquam radix tæda cogitatio est quæ publicata, Dei misericordiam, profigitur tecta paulatim exeat in opus tenebrarum. Hinc animi internecciones, hinc recessus, hinc luci atque ignorantie pretextus. At enim, bone vir, rationis impotes animantes per se sciunt noxias easas refugere, ut nihil dicam hominibus, per sacram tinctionem omni mactum esse boni scientia. Tenus Scipluræ sententiam non au-

⁷⁴ Psal. cxix, 5. ⁷⁵ 1 Cor. ii, 9. ⁷⁶ Joan. xiv, vi, 34. ⁷⁷ Psal. lxxii, 9. ⁷⁸ Act. xviii, 9.

⁷⁹ Matth. xxiv, 46, 47. ⁸⁰ Ibid. 48-51. ⁸¹ Matth.

disse? Originali mundo haud pepercit Deus, sed octavum Noe, justitiæ præconem, custodivit, diluvium mundo impiorum inducens⁸², non hoc tenere? civitates Sodomorum ac Gomorrhæ, in cinerem redactas, eversione damnasse Deum, exemplum eorum qui impie essent acturi ponentem⁸³, denique non clamantem sæpe Apostolum sensisse? *Noli errare; neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque fures, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt*⁸⁴. His tu auditis qui malum nescire prædicat? scilicet verba hæc sunt et prætextus. Sed quid agam talium magistris: qui cum hortari oporteret ac præmunire, suoque discipulum exemplo stabilire, nomenclaturam gerunt inanem, ab re vacui. Enimvero omnis ævi memoriam, resque gestas sanctorum Patrum lustratore, seu, ut propius dicam, in nostra republica quod dixi spectatore. Qualem beatum Gregorium abbas Dorotheus, qualem terfelicem Thaddæum abbas Arsenius, qualem inclytum Jacobum abbas Lucianus, quales cæteros, ne sim prolixus, cæteri fecere? *Habenti, inquit dabitur, et abundabit, ei autem qui non habet et quod videtur habere auferetur*⁸⁵. Non minas timetis? non reformidatis quem reformidant universa? Igitur hortor et obtestor, ut affectus beneficio quisque est, provinciæ satisfacito, cunctaque velut in oculis divinis obeuntor. Ne quis deinceps inconfessus digito, ignavus ac dissolutus, neu cibi et potus impotens, unde libidines gignantur, neu inquietus ac rabula, qui collegium conturbet. Auden' omnino cum laico pugnas conserere verborum et improbis colloquiis certare? Ergo haud monachus es, sed facinorosus; non pacis, sed iræ filius. Atque hæc quinam juvenes, nec vel mutire digni. *Quantquam debemus nos firmi imbecillitatem infirmorum sustinere, et non nobis placere. Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem; et enim Christus non sibi placuit, sed, sicut scriptum est: Improperis improperantium tibi ceciderunt super me*⁸⁶. Quamobrem multemur contumeliis nos quoque una cum Christo, ac pro Christo, omniaque ad instituta ab eo vitæ exemplar agere satagamus, quo Deo placentes cœleste regnum ineamus, per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXXIV.

Obstupendum non esse, qui a præfecto carpamur, regnumque ineundum cœleste per frequentes miseras.

Fratres Patresque, sacræ Scripturæ hæc sententia est: *Ego diligentes me diligo, et qui quærunt me inveniunt me*⁸⁷, ac signum explicat amoris in hæc verba: *Qui autem diligit, serio castigat*⁸⁸. Sane ad

⁸² II Petr. II, 15. ⁸³ Ibid. 6. ⁸⁴ I Cor. VI, 9, 10. ⁸⁵ Matt. XXV, 29. ⁸⁶ Rom. XV, 2, 3. ⁸⁷ Prov. VIII, 17. ⁸⁸ Prov. XIII, 24. ⁸⁹ II Cor. II, 5. ⁹⁰ Hebr. XII, 5, 6. ⁹¹ Ibid. 7, 8. ⁹² Act. XIV, 21. ⁹³ Matth. VII, 14. ⁹⁴ Hebr. XII, 2. ⁹⁵ Psal. XXXII, 1. ⁹⁶ Philipp. IV, 4.

A hoc vobis statutus, equidem non potui quin priore catechesi carperem frequentes, *non ut contristaremini* (adeo id Apostoli dictum usurpare), *sed ut sciretis charitatem quam habeo abundantius in vos*⁸⁹, qui et afflictis condoleam, et lætis congratuler. Nam ad quem alium respectem, aut de quo doleam læterve, nisi de vobis? qui mei fratres, filii, patres, amici, cognati, amor, voluptas, gaudium, carona sitis, ac si quod aliud nomen edereest studii et amoris. Vosque itidem testor non ab parentibus, non fratribus, non genere, non patria, non alia re quapiam conspicua pendere, quin ab Deo duntaxat, ac post Deum ab tenuitate nostra, ut habendæ sint Doo gratiæ, qui tam sinceris animis devinxerit, amantes ac redamatos, amplectentes ac redamplexos, unum corpus unamque mentem, ut in unam spem quoque accitos atque vocatos. Quod superest, lætemur, et inter nos collætemur, fratres, neu stupeamus, qui interdum carpamur, sed profectam ab amore, atque in commune frugi disciplinam leniter feramus. Scriptum est enim: *Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris; quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem ompem filium quem recipit*⁹⁰. Quin ait et Apostolus: *Si disciplinam sustinetis; tanquam filiis vobis offert se Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? sin extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes: ergo adulterini estis, et non filii*⁹¹. Jam opibus ac imperiis, et si quid aliud est quod ambiant mortales, haud citra laborem acquirendis, quin magno cum labore atque studio, Deum, ac divina præmia parare, expeditum quiddam, et facile remur, nec mille plenum ærumnis, ex sudoribus, non id extremæ amentis est indicium? Enimvero audimus: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum*⁹², arctaque et afflictiva via est, quæ in perennem vitam deducit⁹³. Quamobrem, sodes, quod inhætere renuentes hilarari ævo quo frueremur, ac lætitiæ quondam in pomario infantis, ~~videre in calamitosam tristemque vitam maluimus inscite. Neque aliter eo revertamur, quam miseriis exerciti, instar Domini nostri Jesu Christi, qui propositio sibi gaudio, ait, ille, sustinuit crucem confusione contempla⁹⁴. Quantquam quæ secundum Deum incidant, acerba, spe lenita æternorum honorum, ne acerba sunt quidem, præsensque tempus sanctis feriæ quædam credebatur, quod hinc sanctus David testatur, inquiens: *Exsultate, justi, in Domino*⁹⁵. jugi declarando triumpho. Hinc beatus Apostolus, eadem loquens: *Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete*⁹⁶. Quæ etsi luctuosis et lacrymabundis, pugnaque quadam exercitis, ac pro honesto varie multalis dicebantur, tamen secundum Deum tristitia probis occasio ducitur lætitiæ, ut nos etiam fratres, tanquam feriatos~~

quotidie, divinis patiendis miseriis certare tolerantis-
pareat, nequaquam fractos diaboli technis atque pra-
llis, quin si quid interdum dormitemus, citraque car-
ceres quosdam officii vel animo, vel sermone, vel
actione feramur, oculos surgentes, qui in priorem sta-
tum recurramus, et ardentibus studiis Deo servia-
mus, certi bellatorem ac pugnacem militem a rege

A honorarium ferre, non fugacem et imbellem. Quod
nos inaspectabile bellum ad extremum usque spiri-
tum urgentes, eternis præmiis Dei beneficio quæren-
dis, caeleste regnum consequemur, per Christum Je-
sum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium, cum
Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, omnem-
que perpetuitatem. Amen.

EJUSDEM ORATIONES

EX FABRICIO, GRETSERO, ANGELO MAI EXCERPTÆ.

I.

*In diversitate ciborum cavendum, et de temperantia.
Dis Dominica sanctorum Patrum, cap. 10.*

(FABRIC. *Biblioth. græc.* t. XII, p. 303.)

Fratres et Patres mei, quandoquidem os indi-
gnum quotidie coram vobis aperirem, o filii desi-
deratissimi, meumque simul firmamen, non hoc
satis ducerem pro salutis vestræ desiderio sollici-
tudineque quibus indesinenter occupor. In hoc
enim, licet peccator, intentus versor nocte dieque,
hoc spiro, ambio, persequor, hoc est vita mea.
Mortem laudarem propter quam proficiscentibus
fratribus relaxor, oblata vobiscum colloquendi per
litteras occasione.

Quomodo, fratres mei, Pascham sanctificati
degistis? Quomodo sanctos resurrectionis Dei homi-
nis in pietate pertransistis dies? Non me fugit
vos purificatos, illuminatos, exaltatos, sanctificatos
perfectosque esse in gratia Domini mei, concordiam
et charitatem inter vos exercentes, et omni-
bus vigili ardentique studio incumbentes: hoc
enim demonstrant plures vestræ epistolæ, mihi
vestræ fidei vim præcelsasque virtutes significan-
tes. Deus, qui vos ita justificavit, et in omni bono
firmavit, magis ac magis abundantissimo subsidio
servet et custodiat vos mei lucas, faces, oculos,
brachia, et quidquid sanctissimum. Ex præsentibus
videte, filii mei, bonum difficile acquisitu, facile-
que non caventibus perditum, et quo longiori
tempore repertum fuerit, eo citius minima negli-
gentia diffugere. Tempus præsens cavete: ver-

adest, quo corpus ad agitationem sollicitatur; caro
nostra terrena ad actus terrestres tendit.

ἀμελείας διαφεύγειν. Προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος καιροῦ, ὅτι ἑαρινός ἐστι, καὶ τοῦ σώματος
κινητικός. Καὶ ἡ σὰρξ ἡμῶν γῆ οὕσα ζητεῖ γῆίνως ἐνεργεῖν.

Et nunc terra fimo saturata et lætificata germi-
nat, germinat et floret; sic et caro variis cibis po-
tibusque saturata ex necessitate spinas cupidita-
tum diffundit. Illam continete et apostolico modo
castigate, modeste illi providentes et solummodo

B

A'.

Ὅτι: χρὴ προσέχειν ἑαυτοὺς ἐν τοῖς διαφόροις
βρώμασι, καὶ περὶ ἑγκρατείας. Τῇ Κυριακῇ
τῶν ἁγίων Πατέρων, κεφάλ. ε'.

Ἄδελφοί μου καὶ Πατέρες, ἐὰν καθ' ἑκάστην ἡμέ-
ραν τὸ βυπαρὸν ἡμῶν στόμα ἀνοίγωμεν πρὸς ὑμᾶς,
ὡ τέκνα πεποθημένα καὶ σιδάσματα, οὐκ ἀρκετὸν
ἡγούμεθα διὰ τὸν περιόντα ἡμῖν πόθον, καὶ τὴν ἐπὶ
τῷ σώζεσθαι ὑμᾶς ἐπικειμένην ἡμῖν φροντίδα· εἰς
τοῦτο γάρ, κἂν ἁμαρτωλοὶ ἴσμεν, ἀδολεσχοῦμεν νύ-
κτα καὶ ἡμέραν, καὶ περὶ τοῦτου καταγινόμεθα, καὶ
τοῦτο ἀναπνέομεν, καὶ τοῦτου ἐφιέμεθα, καὶ τοῦτο
ἐκζητοῦμεν, καὶ τοῦτο ἡ ζωὴ ἡμῶν, καὶ ὁ ἐπαινετός
θάνατος, διὸ καὶ τὸ νῦν ἐξερχομένων τῶν ἀδελφῶν
ἀνεπνεύσαμεν, εὐρόντες τὸ συλλαλεῖν ὑμῖν ἐν τοῖς
γράμμασι.

Πῶς τοίνυν, ἀδελφοί μου ἡγιασμένοι, ἐπαγατάτε;
καὶ πῶς διέρχεσθε ἐν εὐσθειᾷ τὰς τῆς ἁγίας ἀνα-
στάσεως θεοφωτιστούς ἡμέρας; Οἶδα δὲ ὅτι καθαίρε-
σθε καὶ φωτίζεσθε, καὶ ὑψοῦσθε, καὶ ἁγιάζεσθε, καὶ
τελειοῦσθε ἐν τῇ χάριτι τοῦ Κυρίου μου, ἔχοντες τὸ
εἰς ἀλλήλους ὁμονοητικὸν καὶ ὁμόψυχον, καὶ ἀγαπη-
τικὸν, καὶ διεγηγερμένον ἐν πᾶσι καὶ μεγαλοπρόθυ-
μον. Τοῦτο γὰρ ἐπιδηλοῦσιν αἱ διαφόρως ἐπεισερχό-
μεναι ἐπιστολαὶ ὑμῶν, ἀναγγέλλουσαι ἡμῖν τὸ τῆς
πίστεως κραταῖον ὑμῶν, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ὑψηλό-
τάτον. Καὶ γοῦν Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ οὕτως ὑμῖν
ταῦτα χαρισάμενός, καὶ τοιοῦτοις ὑμᾶς κατορθώμασι
στηριζόμενος πλειόνως καὶ μειζρόνως, καὶ διαρκεστά-
τως διατηρήσοι καὶ διαφυλάξοι ὅλους ὑμᾶς τοὺς ἐμοὺς
φωστῆρας καὶ λαμπτήρας, ὀφθαλμούς τε καὶ βρα-
χίονας, καὶ εἰ τι ἄλλο τῶν ὀσιωτάτων. Βλέπετε τοί-
νυν, τέκνα μου, καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος, δεῖ τὸ καλὸν καὶ
δύσκτητόν ἐστι, καὶ τοῖς μὴ προσέχουσιν εὐάλωτον,
καὶ τὸ πολυχρονίως εὐρεθῆν, ῥαδίως διὰ μικρᾶς

Ἡ τοι νῦν γῆ κοπιζομένη καὶ πιανομένη ἀνα-
φύει καὶ βλαστάνει καὶ ἀνοφορεῖ. Καὶ ἡ σὰρξ τὸ
αὐτὸ τοῖς διαφόροις βρώμασι καὶ πόμασι πιανομένη,
ἀνάγκη τὰς τῶν παθῶν ἀκάνθας ἀναμυρίζειν. Περι-
λάβετε ταύτην, καὶ ὑπωπιάσατε ἀποστολικῶς, καὶ

πρόνοιαν αὐτῆς εἰς ἐπιθυμίαν μὴ ποιείσθε, ἀλλὰ τὰ δέοντα καὶ αὐτάρκη χορηγοῦντες μένετε ζῆν ἐν τῷ πνεύματι. Λοιπὸν μέτρον καὶ ἐπὶ τοῦ ἄρτου, καὶ ἐπὶ τοῦ οἴνου. Καὶ ὁ μὲν οἴνος, εἰ καὶ δίδεται εἰς πόσιν, ἀλλὰ κατὰ μικρὰν παρηγορίαν καὶ ἐν καιροῖς ἑορταστικοῖς, καὶ ἐν τοῖς κοπωδετέροις ἔργοις, ἢ ἐν τοῖς νοσηλενομένοις, ἢ ἐν τοῖς ἀθυμοῦσιν, καὶ ἐν τοῖς πρὸς ὁδὸν ἀπαίρουσι. Ἐπεὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὀφείλει λαμβάνεσθαι μέχρι μιᾶς κρίσεως, ἢ καὶ δύο τὸ πολὺ. Τὸ γὰρ γεροντικὸν τι ἀσφαλίζεται, οἴδατε. Οὐ τοίνυν ἀπείργειν ὑμᾶς βουλόμενος τῶν βρωμάτων, τέκνα μου, ταῦτα λέγω· Καταργείσθω γὰρ τὰ βρώματα, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· ἀλλὰ τὴν ὄντως τροφήν ὑμᾶς ἐπιέμενος ἔχειν, διὰ τοῦτο ἐν ὑπομνήσει τίθημι τοὺς λόγους. Θέλω ὑμᾶς ἐσθίειν καὶ πίνειν, ἀλλ' ἀρμοδίως, καὶ θεοπρεπῶς καὶ σωστικῶς, πρὸς τε δύναμιν τοῦ σώματος, διὰ τὰ πρὸς χρεῖαν κατεπεύγοντα ἔργα. Ἡ οὐκ οἴδατε, ὅτι τῆς ἐγκρατείας ταύτης καὶ ἀποστερησεως τῶν τοῦ κόσμου ἡδέων κρεωφαγιῶν, καὶ οἰνοποσιῶν, καὶ λουτρισμαμάτων, καὶ θερμασμάτων, καὶ καρυκευμάτων, καὶ ζωμευμάτων ἐτοιμάζεται ὑμῖν ὁ θεὸς ἐκεῖνος παράδεισός, ὁ ἔχων τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ὕδωρ τῆς ἀθανασίας, καὶ τὸν γλυκασμὸν τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ ἀμήχανον, καὶ ἀπερινόητον κἄλλος τῆς εὐχροίας τῶν ἀρρήτως ὀρωμένων, καὶ ἀθεάτως θεωρουμένων αἰωνίων ἀγαθῶν ὑμῖν τὸ ἀπολαύειν καὶ τρυφᾶν ἐκεῖσε ταμιεύεται; Ἐκεῖ φθίζοντες, ἐκεῖ μικρὸν ὄσον διὰ θανάτου, φάγεσθε καὶ πιεσθε ἀχορέστως καὶ αἰωνίως.

Καὶ γὰρ ἐνταῦθα, τέκνα μου, ἐὰν ἐπ' αὐτῶν τῶν βασιλευόντων λάδωμεν, οὐ τρυφή, ἀλλὰ τροφή σκωλήκων ἢ ἀπόλαυσις αὐτῶν, οὐδὲ εὐζωία, ἀλλὰ δυσζωία ἢ ἄνεσις αὐτῶν, οὐδὲ χαρὰ, ἀλλὰ λύπη ἢ χαροποίησις αὐτῶν, οὐδὲ κατάσχισις, ἀλλὰ ἀπόσχισις ἢ κληρονομία αὐτῶν, καὶ ὄντως ματαιότης ματαιότητων ἢ εὐδαιμονία αὐτῶν. Οὕτως ὁ μελιζων αὐτῶν βασιλεύσας, καὶ τῶν ἡδέων τοῦ κόσμου ἀπολαύσεων προσέρχε Σολομών. Ἔχετε δὲ ὑμεῖς τὴν φιλίαν ὑμῶν ἐγκρατείαν, τὴν σύζυγον ὑπακοήν, τὰς θυγατέρας τοῦ Κυρίου, τὴν ἀγγελίαν, τὴν παρθενίαν, τὴν ἐλεημοσύνην, τὰς ἱερὰς νεάνιδας, τὴν κατανοήσιν, τὴν ταπεινώσιν. Ἀναβλέψατε εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ ἴτε ποῦ ἡ κατοικία ἡμῶν, καὶ ποῦ ἡ κεφαλὴ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, καὶ ὁ κοινὸς Πατὴρ πάντων, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἡ μήτηρ Παύλου καὶ Πέτρου, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς ἁγίων. Ὄντως ἐὰν ἐπιμένητε, ἐνίκησατε, ἐὰν διαρκέσητε, ἰστεφανώθητε, ἐὰν οὕτω νελειωθῆτε, ἀνοιγῆσονται ὑμῖν αἱ πόλεις τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τότε μου μνημονεύσετε τοῦ τάλανος καὶ ἀσώτου, ὅπως ὀρώντες, μὴ εἰς κρίσιν ἀποπεμπόμενοι, ἀλλὰ δεθήθητε καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ, ὡς τέκνα μου, ἵνα με ὁ θεὸς σὺν ὑμῖν διασώζων διασώσῃ, καὶ δὴ πνεῦμα συνέσεως, καὶ καταρτισμὸν ψυχῆς, εἰς τὸ ἀνὰ μέσον ὑμῶν θεοπρεπῶς ἀναστρέψῃ. Ταῦτα μὲν ἐν τῷ τέως ἐλάλησαμεν, ἔπειτα καὶ ὁ οἰκονόμος, ὃς προέγραψα, ἐξελεύσεται. Ὑμεῖς δὲ εὐρίσκοντές τινας γραμματοφό-

necessarium et sufficiens impendentes, vitamque in spiritu portate. Cæterum in cibo et vino temperate. Vinum quidem, si bibendum præbeatur, solummodo ad parvum levamen, in festivis diebus, aut iis qui graviore opere, morbo, debilitateque laborant, aut tandem iter proficiscentibus; alias vero solummodo accipiendum usque ad unum mistionis haustum, aut ad duos, quod plurimum est. Senes tamen haud nescite illo corroborari. Non quia velim vos a oibis abstertere, talia loquor, o filii; amoveantur cibi, ut dicit Apostolus, sed quia vos necessariam solummodo alimoniam habere concedo, memoriæ vertræ adimonitiones commendo. Volo vos edere et bibere, sed modeste, ut Deo placet, salubriterque, ut vim corpus in necessariis laboribus habeat. Nonne scitis hac temperantia abstinentiaque lætarum quæ sunt in mundo carnis comessationum, vini polionum balneorum, caldiorum, exquisitorum ciborum, condimentorumque parari volis divinum paradysum, in quo signum vitæ, aqua immortalitatis. dulcedo spiritus, et pulcherrimus neque arte neque cogitatione concipiendus color æternorum bonorum quæ, postquam visa contemplataque sint, neque narrari neque pingi possunt; vobisque deliciosam omnium harum divitiarum fruitionem reservari. Sustinentes hic paululum, quantum usque ad mortem. insatiabiliter æternumque manducabitis et bitetis.

Etenim hic, filii mei, si ab ipsis regibus audiamus, eorum non deliciæ sed lumbricorum nutritio voluptas est, non felix sed infelix vita mollities, non lætitia sed luctus gaudium, non occupatio sed expulsio hæreditas, et vere vanitas vanitatum felicitas. Sic iste qui maxima eum gloria regnavit, Salomon, de dulcissimis mundi voluptatibus locutus est. Vos autem retinete vertram temperantiam et fidelem obedientiam, Domini fides, sacrasque virgines puritatem, castitatem elemosynamque, rempunctionem et humilitatem. Sursum spectate ad cælum, et videte ubi nostra habitatio, ubi nostrum caput et Pater omnium Christus, ubi nostra civitas Jersalem cœlestis, mater Petri et Pauli et proximorum illis sanctorum. Si restiteritis, vincetis; si perseveraveritis, coronabimini; si perfecti fueritis, aperietur vobis regni cœlorum portæ. Et tum mei, miseri saluteque indigni, recordamini, accurate providentes ne in iudicium sim mittendus. Percamini pro me o filii, ut Deus vobiscum salvet me, spiritum intelligentiæ animæque instaurationem concedat, et in medium vestri ex illius voluntate redeam. Ista eadem antea dixi; (quæ ferens ad vos), postea œconomus, cui scripta dedi, abibit. Vos autem, si quosdam inveniatis ad litteras mittendas, non abstinete quin mihi nuntietis quomodo se res vestræ habeant. Contendite, filii mei, ad manualia opera,

¹ Galat. iv, 26.

et ad curam pecorum, agrorum et vinearum, omnia ad votum et ordinem facientes. Præfortiter, filii Acacie, et vos omnes fideles fratres mei, operantem ex Deo sequimini, ut bene sit vobis, et lucis filii fiat. Nuper cum Patre Ammonio Patrem Bartholomæum, et visitatorem filium meum necessitatum præsentium causa misi; et jamjam vela daturum est navigium, ea quæ sunt vobis necessaria portans. Scitote a me, dignitatis vices gerente, receptos fuisse fratres, inter quos erat Pater Abraimius, in civitate illustris factus, vir pius et Deum quærens. Precamini ut in Domino perficiantur. Salutant vos dominus pater meus, Pater vester œconomus, œconomi adjutor, protopresbyter Athanasius, studiorum præfectus Barsanuphius et reliqui fratres nostri. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis sit. Amen.

αγορεύει ἡμᾶς ὁ κύριος καὶ πατήρ μου, καὶ πατήρ ἡμῶν ὁ οἰκονόμος, ὁ παροικονόμος, ὁ πρωτοπρεσβύτερος Ἀθανάσιος, ὁ ἐπιστημονάρχης Βαρσανούφιος, ἡ λοιπὴ πᾶσα ἀδελφότης. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ἡμῶν. Ἀμήν.

II.

Oratio sancti Patris nostri Theodori (7), monasterii Studitarum antistitis, in adorationem pretiosæ et vivificæ Crucis media Quadragesima.

Exsultationis et lætitiæ dies ista est, quia lætitiæ signum prostat. Laudis et confessionis chorea instituitur, quia sanctissimum lignum demonstratur. O pretiosissimum donum! Euge, qualis in aspectu splendor! Non præ se fert speciem ex bono et malo commistam, ut lignum illud in Edem, sed totum pulchrum et speciosum est et visu et gustatu. Est enim lignum, vitam non mortem procreans, illuminans non obscurans, introducens in Edem non educens; lignum illud, in quod Christus, velut rex

² I Cor. xiv, 40.

(7) Magni nominis apud Græcos est Theodorus Studites, abbas seu antistes monasterii, quod Studium appellabant. Celebrant Græci festum ejus 11 die Novembris; cum hoc Eucomio in Menologio, τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, Sancti Patris nostri Theodori Studitæ. Vixit sub Iconomachis imperatoribus Copronymo, ejusque filio Leone, et sub Orthodoxis Constantino et Irene, et Nicephoro. Fratrem habuit Josephum archiepiscopum Thessalonicensem. cujus orationem de Exaltatione supra reperies. Præter hanc Homiliam huc usque tenebris sepultam, quod quidem ego sciam, exstat tom. XI Surii Encomium in sanctum Platonem, suum in gubernatione monasterii Studiani antecessorem, et liber dogmaticus de honorandis imaginibus, vel potius fragmentum ex quodam de imaginibus catechesi, ut et aliud ex Epistola quadam de hæresibus, tom. III Biblioth. sanctorum Patrum. Exstant ejusdem in Græcorum Ritualibus libris varii hymni: nam et inter poetas ecclesiasticos et hymnographos ponitur iste Theodorus a Græcis. Proderunt ante aliquot annos catecheses ejusdem Theodori, interprete ex Græco Joanne Livineio. Multa cum suis tulit tum propter imaginum venerationem, cujus invictus propugnator erat, tum propter disensionem cum Tarasio patriarcha, ejusque successore Nicephoro, de qua ipse nonnulla in Vita sancti Platonis, et præterea

αρουσ, μὴ διαλίπητε ἂν τι πέμποντες ἡμᾶς τὰ καθ' ἡμᾶς ὅπως ἔχει, καὶ ἀγωνίσασθε, τέκνα μου, εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ὑμῶν, εἰς ἐπιμέλειαν τῶν κτηνῶν, τῶν χωρῶν, τῶν ἀμπελώνων, πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν ποιούντες. Ἐγὼ καλῶς, τέκνον Ἀκάκιε, ἅπαντες ὑμεῖς, οἱ πιστοὶ ἀδελφοί μου, ἐνθέως ἔπεσθε τῷ προάγοντι, ἵνα εὖ ὑμῖν γένηται πᾶσιν, καὶ ἔσεσθε τέκνα φωτός. Ἄρτι δὲ σὺν τῷ ἀδελφῷ Ἀμμωνίῳ ἀπεστειλάμεν καὶ τὸν ἀδελφὸν Βαρθολομαῖον, καὶ ἐπιτηρητὴν ὡς τέκνον ἡμῶν ἐπὶ ταῖς περισταμέναις χρείαις. Συμφθάξει δὲ μικρὸν τί ποτ' ἐξελεῖν καὶ τὸ σκάφος μετὰ τῶν χειρῶν ὑμῶν. Ἴνα δὲ γινώσκητε ὅτι καὶ ἀδελφοὺς ὑπεδεξάμεθα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ σχῆμα ἔχοντες, ἐξ ὧν εἰς ἔστι καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἀβραάμιος, τῆς πόλεως γεγονὼς ἐπιφανῆς ἄνθρωπος, καὶ ἀνὴρ εὐσεβῆς καὶ ζητῶν τὸν

Θεόν. Εὐξασθε, ἵνα ἐν Κυρίῳ καταρτίζωνται. Προσσεύεσθε, ἵνα ἡμεῖς ὡς τέκνον ἡμῶν ὁ οἰκονόμος, ὁ παροικονόμος, ὁ πρωτοπρεσβύτερος Ἀθανάσιος, ὁ ἐπιστημονάρχης Βαρσανούφιος, ἡ λοιπὴ πᾶσα ἀδελφότης. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ἡμῶν. Ἀμήν.

B'.

Τοῦ ἐν ἀγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου, ἡγουμένου τῶν Στουδίου, λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῦ σταυροῦ, ἐν τῇ Μεσονηστήμῳ.

(GRETSER. t. II, p. 231.)

Ἀγαλλιάσεως! καὶ εὐφροσύνης ἡμέρα, ὅτι τὸ σημεῖον τῆς χαρᾶς πάρεστιν· αἰνέσεως καὶ ἑξομολογήσεως χορεία, ὅτι τὸ πανάγιον ξύλον ἐμφανίζεται. Βαβαὶ τοῦ ὑπερτίμου δώρου! Εὐγε οἶα τῆς ὄψεως ὠραϊότης! οὐ σύμμικτόν τινα καλοῦ τε καὶ κακοῦ ἔμφασιν ἔχονσα, ὡς τὸ πρὶν ἐν Ἐδέμ ξύλον, ἀλλ' ὄλον ὠραῖόν τε καὶ καλὸν καὶ ὀρώμενον, καὶ μεταλαμβανόμενον. Ξύλον γὰρ ἔστι ζωοποιῶν, οὐ θανατοῦν· φωτίζον, οὐκ ἀμαυροῦν· εἰσοικίζον, οὐκ ἀποικίζον τῆς Ἐδέμ· ξύλον ἐκεῖνο, ἐν ᾧ Χριστὸς ἐπιβάς,

Cedrenus et Zonaras. Diversus ab hoc Theodoro est ille, de quo Cedrenus pag. 376: Οὗτος ὁ ὄσιος Ἰωάννης καὶ μελιψδὸς ὀνομάσθη, μετὰ Κοσμᾶ ἐπισκόπου τοῦ Μαΐουμᾶ, καὶ Θεοφάνους ἀδελφοῦ Θεοδώρου τῶν Γραπτῶν. Ubi interpretor: Hic sanctus Joannes una cum Cosma Majumensi episcopo, et Theophane fratre Theodori, Graptorum episcopi. Male. Verendum enim: Cum Theophane fratre Theodori, qui duo cognominati sunt γραπτοί, a notis seu iambis faciei inscriptis, jussu Theophili imperatoris, ut narrat Cedren. fol. 427. Ita eosdem infra fol. 442 vocat ipse Cedren. Ἐπιθροῦντα τοῖς ἐστιάτοσι καὶ Θεοφάνη, καὶ ὁ τοῦτου ὁμαίμων Θεόδωρος, οἱ Γραπτοί. Ubi recte interpretor. Fuere ex convivarum numero Therphanes quoque et ejus frater Theodorus, quos a notis faciei impressis Graptos vocant. Ex quo lecco corrigere poterat Xylander suum illum priorem, errorem. Γραπτοὺς autem vocatos esse a scriptura illa in facie, liquet itidem ex responso Theophanis ad Theodoram, quæ cum Theophanem attentius intueretur, ὑπὲρ ταύτης τῆς γραφῆς ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ ἀδεκάστῳ βήματι διὰ σοφίας σὺν τῷ ἀνδρὶ σου καὶ βασιλεῖ. In Bibliotheca Messanensi in archimandritatu S. Salvatoris exstat homilia Josephi archiepiscopi Thessalonicensis (qui fuit frater Theodori Studitæ) in sanctam crucem in media Quadragesima. POSSEVINUS, in Append. ad Apparatum sacrum.)

Οὕτω μὲν δὴ ταῦτα. Ἦναί δὲ ἐπὶ τὰς ἐτέρας σοι προτάσεις, παρέλκον ἂν εἴη, ἀγαπητέ, διὰ τὸ ἐκδιδόναι τοῦ μέτρου τῆς ἐπιστολῆς, καὶ ἄλλως δτι τοῖς εὐαισθητῶς δεχομένοις τοὺς λόγους εὐαπάντητα εἶναι τὰ λεγόμενα.

MΘ'. — *Ναυκρατίῳ τέκνῳ. [σκε'.]*

Φθέγγη καὶ διήγησαί μοι ἐκάστοτε, τέκνον μου περιπόθητον, οὐδὲν τι περιττὸν καὶ εἰκαιμοῦδες· ἀλλ' εὐκαίρον καὶ πρεπῶδες, καὶ φέρον εἰς δὴνησιν ψυχῆς, ὡσπερ καὶ τὰ νῦν. Ἐγὼ δὲ σου τὸ εὐτονηταῖων, ἀποδέχομαι καὶ τὴν προκόπτουσαν διάλεξιν· ἦν δτι μάλιστα καλυνεῖς, ἐὰν τὰ τῆς γραμματικῆς σχόλια δυνήθῃς ἐπιέναι. Δεῖ γὰρ καὶ τῆς ἐν λόγῳ δυνάμει καὶ πείρας μετέχειν τὸν ἀρθοδοξίας ἀνερχόμενον, καὶ ἀντιφέρειν τοῖς κακοδόξοις βουλούμενον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνοι τῆ ἐντεῦθεν εἰδήσει δοκοῦντες τι μέγα ἔχειν, κατακομπάζουσι τοὺς κνηθόμενος τὰς ἀκοὰς γαργαλίζοντες· κἀλλίστον τοῖς ὀρθόφρονι, μὴδὲ τῆ τοῦ λόγου ἰσχύϊ ἐλλιπῶς ἔχειν, καὶ καταβάλλειν αὐτῶν τὰς εὐθυδόλους ἐλεπόλεις. Οὕτω μοι φίλον δυναμοῦσθαι σε, τέκνον. Οὐ πάντως δὲ ὁ εἰ σοὶ βοδλομαί, καὶ ἐπὶ παντός· διὰ τὸ ἄλλον ἄλλοις ἔχειν κατὰ ἕξιν· καὶ συμφέρειν. Κεκοίμηται δὲ, ἔφησ, ὁ ἀδελφὸς Φίλιππος, καὶ Φίλων. Καὶ εἴη, εὐγε· δτι ἀμφοτέρω· τένει ἀγαθῶ. Οὐχ ὅτι τὰ προτέλεια ψεκτὰ ἢ πῶς γὰρ οἱ ἀπειπάμενοι κόσμῳ [ἢ κόσμον] σάρκα καὶ αἷμα, καὶ εὐαφῆ τὴν τῆς ὑπεταγῆς ζεύγλην ἑαυτοῖς ὑποθέμενοι;], ἀλλ' ὅτι τοῦ ἀκροτάτου μακαρισμοῦ τετυχήκασι διὰ Κύριον διδωγμένοι, θλιβόμενοι, καὶ στενοχωρούμενοι. Καὶ πρὸς ταῦτα οὐδεὶς ὁ ἀντιλέγων, ἢ οἱ τὸ Εὐαγγέλιον ἠθετηκότες δυσώνυμοι Μοιχισταί. Καὶ τῷ μὲν Φίλωνι φίλον μέχρι τοῦδε στήσαι τὸν ἔπαινον· τὰ δὲ τοῦ καλοῦ Φιλίππου, πολλὰ κατορθώματα, ἃ αὐτὸς προκατέλεξας. Ἐγὼ δὲ, πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὸ ἄπλαστον αὐτοῦ καὶ ἀκέραιον θαυμάζω, τό τε ἰόργητον, καὶ ἀμνησικακον, φιλοσύμπαθές τε καὶ φιλάδελφον, εὐχρόν τε καὶ ἀνολίγωρον, καὶ συντόμως εἰπεῖν, ἀπαθές, ἐξ οὗ καὶ τὸ εὐκατάνακτον,

μισόκοσμον τε καὶ φιλόθεον, καὶ ἀπαρρησίαστον. Λέγε σύ, ὡς καὶ προύφηνας, τὸ πολύδακρυ τοῦ ἀνδρός, τὸ φιλοπάτριον καὶ φιλακόλουθον, καὶ τοῖς κινδύνοις τὸ ἀγωνιστικόν, καὶ σπουδαῖον, καὶ ἀγόγυστον καθόλου, καὶ τὸ οἰονεὶ ἀειθαλὲς τῆς τολευανθοῦς αὐτοῦ ψυχῆς τῶν ἀρετῶν. Κελῶς ἔχει καὶ τὰ τοῦ στεφάνου Γαϊανῶ διελθόντος ἐν παντὶ τόπῳ σχαδόν, ἔνθα ἡ διασπορὰ τῶν ἀδελφῶν. Καὶ ὅτι ὑγιαίνουσι, χάρις τῷ Δεσπότη Θεῷ· ὅτι οὐ καταπίπτουσιν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνδρειοῦνται, δόξα τῷ ἐνδυναμοῦντι αὐτοὺς Χριστῷ. Ὅτι ἀπελευθύνονται, μηδὲ σκίπης ἀξιοῦμενοι παρὰ τινων μοναστῶν, μάλιστα πανδημίῶν συμπεφωνηκότων ὁμοῦ ἐν τούτῳ· μὴ θαυμάσης. Γέγραπται· Καὶ ἔχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου, οἱ οἰκειᾶκοὶ αὐτοῦ. Μὴ γὰρ τὸν ταῦτα φήσαντο Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν οὐκ ἄπώσαντο οἱ τάλανες; Καὶ γοῦν φησὶν ὁ τῆς βροντῆς υἱός· Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.

Τί οὖν ἐστὶ τὸ διάφορον, εἰ οἱ μὲν Χριστὸν οὐκ ὑπέδεξαντο τὸν Ἀντρωτῆν τοῦ κόσμου· οἱ δὲ τοὺς ἔνεκεν ἐκείνου καὶ τοῦ αὐτοῦ Εὐαγγελίου, διωγμοὺς καὶ φυλακὰς ὑπομείναντας; Οὐδὲν, ἢ τὸ σταυρῶσαι καὶ θανατῶσαι. Μὴ αὐτοῖς λογισθῆ ὁ σύνδεσμος τῆς ἀνομίας. Ἄλλ', ὡς εἴρηκας, μὴ φέροντες τὰς τῶν ὑποτασσομένων αὐτοῖς προσκρούσεις, καὶ ὡς ἂν μὴ ἀνάψῃ αὐτοῖς φῶς ἀληθείας, ἀλλ' ἐν σκότει ἀγνοίας διαπορεύονται, ἀποπέμπονται τοὰς ἀδελφούς ἡμῶν· μήπως λόγος ὅσιος ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης ἀκουστός αὐτοῖς, ἤγουν ὑπομνηστικὸς γένηται. Οὐκ ἔσται· οὐδὲ μὴ μείνῃ ἡ βουλή αὐτῶν αὐτῆ· ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ὃν πεπατήκασι, λατρηθήσεται καὶ στερωθήσεται εἰς αἰῶνα. Ὁ οὐρανὸς γὰρ, φησὶ, καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανὸς ἀντιφέρεισθαι; εἰ μὴ ὁ τύραννος Σατανᾶς, καὶ οἱ τούτου ὑποφῆται, τὴν μοιχείαν οἰκονομίαν σωτήριον τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ κεκυρωκότες, οἱ ματαιόφρονες ὄντως καὶ ἐχθιάτατοι. Ἐπὶ τὰς ἐρωτήσεις σου τραπεῖον τὸν λόγον. Ἐφῆς ἀνθ' οὗτοῦ ὁ θεῖος Κύριλλος φωνοῖ μὴ ἀποσχίζεσθαι τῶν τῆς Ἐφῆς ἐν διπτύχοις ἀναφερόντων τὸν Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίνος αἰρετικὸν ὄντα. Ἐπ' ἂν ὀρθότατα καὶ καιριώτατα τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα παρ' αὐτοῖς ἐπέσωστο. Οὕτω γὰρ γέγραπται, καὶ ὁ ὑπομνηματίζων ταῦτα, ὃ ἐν ἁγίοις Εὐλόγιος ἀρχιεπίσκοπος Ἀλεξανδρείας ἐν τῷ Περὶ οἰκονομίας αὐτοῦ λόγῳ· οὐ καὶ χρῆσιν ἐνεθέμεθα ἐν τῇ ὑφ' ἡμῶν πονηθείᾳ ἰδίως Περὶ τῆς καθόλου οἰκονομίας πραγματείας. Τὴν λύσιν οὖν αὐτὸς δέδωκεν ὁ καὶ ἱστορήσας. Οὐ γὰρ πῶ ἀλλαχόστε λέλεκται, καὶ ἱκανὸν μὴ ἐπιζητεῖν ἄλλο. Σαφηνείας δὲ ἕνεκεν ἔστω τὰ παρ' ἡμῶν ἐχόμενα τῆς αὐτῆς ἐνοίας· ὅτι τῶν οἰκονομιῶν αἱ μὲν πρὸς καιρὸν γεγόνασι παρὰ τῶν Πατέρων, αἱ δὲ τὸ διηγεῖς ἔχουσιν. Οἷον διηγεῖς μὲν, ὡς ἀντὶ τῶν ὑποστάσεων παραχωρεῖσθαι τὰ πρόσωπα πρὸς τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῦ Ἰταλοῦς. Πρὸς καιρὸν δὲ· οἷον τοῦ Ἀποστόλου ἐπὶ τῆς περιτομῆς·

A minem contemnens, et ut compendio dicam, omni perturbatione vacuus: ex quo et illa facilis compunctio, mundi odium, et amor Dei, et in loquendo parcimonia et verecundia. Dio tu, sicut etiam ante dixisti, lacrymas frequentes viri, et amorem Patris, et sequendi ardorem, et in periculis fortitudinem, et recti studium; quodque nullatenus querulus esset, et quod florentis animæ ipsius virtutes quasi virent perpetuo. Recte se habet et constans Gaianus, qui omnia pene loca percurrit, ubi dispersi sunt fratres. Et quod valent, gratia Domino Deo quod in tribulationibus non cadunt, sed potius corroborantur; gloria ei, qui eos confortat, Christo. Quod expelluntur, ita ut lecto non excipiantur a quibusdam monachis, maxime ab iis, qui in hoc omnes una conspirarunt; ne mireris. Scriptum est: *Et inimici hominis domestici ejus*⁵⁸. Nonne ipsum qui hoc dixit, Christum Deum nostrum expulerant homines miseri? Itaque tonitruum filius ait: *In propria venit, et sui eum non receperunt*⁵⁹.

Quodnam igitur discrimen est, si ipsi quidem Christum non susceperunt Redemptorem mundi; illi vero eos qui propter Christum et ipsius Evangelium persecutiones et vincula sustinerunt? Nul- lum, nisi crucifixisse et occidisse. Ne illis impute- tur colligatio iniquitatis. Sed, sicut dixisti, non fe- rentes subditorum suorum offensiones, et ut ipsis lumen veritatis non accendatur, sed in tenebris ignorantie ambulent, repellunt fratres nostros: ne forte sanctum veritatis et iustitiæ verbum audiant, atque commoneantur. Non sic erit: nequaquam stabit hoc consilium eorum: sed verbum Dei quod proculcarunt, prædicabitur et confirmabitur in sæcula: *Cælum enim, ait, et terra transibunt: verba autem mea non transibunt*⁶⁰. Et quis potest his contradicere? præter tyrannum Satanam, ejus discipulos, qui mœchiam dispensationem salutarem Christi Ecclesiæ prædicant, vanæ revera mentis homines et odiosissimi. Nunc ad interrogationes tuas convertenda est oratio. Quæris cur dispensarit divinus Cyrillus, ut necesse non esset ab iis separari, qui in Oriente Theodorum Mopsuestiæ, cum hæreticus esset, in diptychis commemorabant. Quia rectissima et aptissima pietatis dogmata apud ipsos servata fuere. Sic enim ab eo scriptum est, qui hæc memoriæ prodidit, sancto Eulogio Alexandriæ archiepis- copo in ejus *De dispensatione* libro: *onjus sententiæ usum nos quoque explicuimus in eo opere, quod peculiariter De dispensatione in universum conscripsimus. Solutionem itaque is ipse dedit, qui narravit. Non enim aliorum dictum est, nec aliud quæri necesse est. Quæ autem a nobis in eadem sententiam dicta sunt, declarationis causa dicta sint: Dispensationes a Patribus alias ad tempus factas esse, alias perpetuam vim obtinere. Videlicet perpetua quidem fuit, cum sanctus Athanasius Italiam concessit, ut personas usurparent pro hypo- stasibus. Ad tempus autem, velut quod Apostolus*

⁵⁸ Mich. vii, 6; Matth. x, 36. ⁵⁹ Joan. i, 11. ⁶⁰ Luc. xxi, 33.

fecit in circumcissione; quod magnus Basilius in Spiritu sancto: velut etiam quod nunc divinus Cyrillus. Quæ ad tempus aliquod facta, nihil habent reprehensione dignum, nec absurdum ulla ex parte, aut illicitum: remissum tamen quiddam et non penitus accuratum. Id enim vero dicitur dispensatio ad tempus. Neque enim fieri potest, ut medicus e vestigio morbum ab ægro depellat, neque ut indomitum equum, aut siccum ramum, illum freno obsequentem, hunc rectum statim reddat qui in istis rebus versatus est: nisi paulatim blanditias et assentationes, et molles item attractiones et inflexiones adhibeat.

Eodem modo sancti in dispensationibus: ut et in hac ipsa magnus Cyrillus. Aliquantisper enim sustinuit Orientalium tarditatem, seu vitium animi, ut hæreticum non existimarent eum, qui hæreticus reipsa erat. Quid enim potius ageret, cum orthodoxam illi fidem profiterentur, in hoc etiam ipso eum quem commemorabant, anathematizantes? Omnis siquidem qui orthodoxus est in omnibus, omnem hæreticum, si minus verbo, at virtute anathematizat. Postea vero cum perfecta ipsis mens affulsit, tunc cum illis ex æquo in omnibus sanctus coaluit. Annon et nos idem facere videmur? qui interdum nonnullis eorum qui nobiscum sentiunt, in re aliqua discrepantibus, in qua non magna sit molestia, parumque a summo jute discedat, ipsorum nihilominus communionem admittimus, ne propter exiguum quidpiam, quod paulo post corrigi queat, lotum amittamus: quod quidem imperitorum esset, non autem eorum qui dispensatores sunt mysteriorum Dei. Hoc igitur est ad tempus sermones moresque dispensare in judicio, et veritate, ac lege: non autem in iniquitate ac mendacio in universum. Ne linguas exerant hoc loco Mæchiani; neque viæ ducem putent eum qui præcipitet; nec gubernatorem, qui demergat; nec denique medicum, qui morbos inducat; quales ipsi fuisse videntur, qui cum mæcho mæchati sunt, cum adulterorum copulatore adulteros copulaverunt, cum Dei accusatore Deum accusaverunt, cum Evangelii destructore Evangelium condestruxerunt more canino: sic enim aptius loqui liceat. Dioscorum autem Alexandrium hæreticum ubinam, aut quomodo divinus Cyrillus suscepit, ut Mæchiani dicunt, in media luce cæci, sanctorum criminatores? nec auditum id unquam, nec speciem ullam habet istorum mendacium; cum posterior ille divino Cyrillo fuerit. Quonam igitur modo eum qui post sancti obitum hæreticus innotuit tempore lætrocinialis Ephesinæ synodi, post tertiam sanctam; ille sanctus, jam cæli sedes adeptus, suscepit? Sic nempe mentiuntur, fabulas texentes, ut simplicium animas aucupentur.

Quocirca omni arte ac scientia satagite, ut serpentem et voce serpentina loquentes declinetis, per quos perierunt quam plurimi a generatione in generationem. De aliis vero interrogationibus tuis: Si episcopus Mæchosynodo non interfuerit, vocet-

Α τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οἷος καὶ τὸ νῦν τοῦ θεοῦ Κυρίλλου. Ἄ μὲχρι τινὸς καιροῦ γινόμενα, οὐδὲν ἔχει τὸ μεμπτὸν, οὐδὲ τὸ κατὰ τι ἀπηχῆς καὶ ἔκνομον· ὑφαιμένον δ' οὖν ὄντως καὶ οὐκ ἄγαν ἁκριβῆς. Τοῦτο γὰρ ἡ οἰκονομία ἡ πρὸς καιρὸν. Μὴ δὲ γὰρ δυνατὸν ἱατρὸν τὸν ἡβρωστηκότα θᾶπτον ἀπαλλάξει τῆς νόσου, μήτ' αὖ ἵππον ἀκρατῆ, ἢ ξηρὸν πρόρθον, τὸν μὲν εὐχάλινον, τὸν δὲ εὐθύτομον ἐξαιτῆς καταστήσασθαι, εἰ μὴ τοῖς κατὰ μικρὸν πομπυρμοῖς τε καὶ κολακούμεσι, μαλακαῖς τε καὶ ἐπικλήσει χρώμενον, τὸν τῶν τοιοούτων ἐμπερότατον.

Οὕτω καὶ τοῖς ἁγίοις ἐν ταῖς οἰκονομίαις· ὡς καὶ Κυρίλλῳ τῷ μεγάλῳ ἐν τῷδε. Μικρὸν γὰρ πάντας ἀνέμενε τῶν Ἀνατολικῶν τὸ βραδύνουον, ἢ προσκαθῆς, πρὸς τὸ αἰρετικὸν μὴ ὑπολαμβάνειν τὸν ὄντως αἰρετικόν. Τί γὰρ ἦν ἄλλο τὸ μεσολαβοῦν, ἐπ' ἂν ὀρθοδόξως ἐκήρυττον τὸν πίστιν, καὶ τούτῳ αὐτὸν τὸν μνημονεύμενον αὐτοῖς ἀναθεματίζοντες; Ἐπιπέη πᾶς ὀρθοδόξων κατὰ πάντα, πάντα αἰρετικὸν δονίμει, καὶ οὐ ῥήματι, ἀναθεματίζει. Ἐπειτα δτε αὐτοῖς ἀνῆψεν ὁ τέλειος νοῦς, τότε αὐτοῖς συναφθέντος κατὰ πάντα τοῦ ἁγίου ἰσῶς. Ἡ οὐχὶ καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ ποιοῦντες φαινόμεθα; Ἔσθ' ὅτε τινῶν ὁμογενῶν ἡμῖν κατὰ τι διαφερομένων· ἐνθα οὐ πολὺ τὸ λυποῦν, ἢ ἐξιστῶν τῆς ἀκριβείας· καὶ ὁμοῦ καταδεχόμεθα τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν· ἴνα μὴ διὰ μικρὸν τι μικρὸν ὑστερον δυνάμενον κατορθωθῆκει, ἀπολέσωμεν τὸ πᾶν· τοῦτο δὲ ἀπέχων, καὶ οὐ μυστηρίων θεοῦ οἰκονόμων. Τοιοῦτον μὲν τὸ πρὸς καιρὸν οἰκονομεῖν τοὺς λόγους καὶ τοὺς τρόπους ἐν κρίσει καὶ ἀληθείᾳ καὶ νόμῳ· ἀλλ' οὐκ ἐν παρανομίᾳ καὶ ψεύδει τὸ καθόλου. Μὴ προβαλλέσθωσαν τὰς γλώσσας οἱ Μοιχειανοὶ ἐνταῦθα· μὴ δὲ τὸν χειραγωγὸν, κρημνιστὴν οἰέσθωσαν· μὴ δὲ τὸν κυβερνήτην, καταποντιστὴν. Μὴ δ' ἂν τὸν ἱατρὸν, νοσοποιόν· ὅπερ αὐτοῖς ὁμοιώθησαν, τῷ μοιχῷ συμμοιχέσαντες, τῷ μοιχευτικῇ συζεύξαντες, τῷ θεοκατηγόρῳ συνθεοκατηγόρησαντες, τῷ εὐαγγελιολύτῳ συνευαγγελιολυτήσαντες· κυνικῶς· οὕτω γὰρ φράσαι οἰκειότερον. Διόσκορον δὲ ποῦ, ἢ πῶς, τὸν Ἀλεξανδρείας αἰρετικὸν Κύριλλοσ ὁ θεῖος ἐδέξατο, ὡς φασιν οἱ Μοιχειανοὶ, οἱ περὶ τὸ φῶς σκοτεινοί, οἱ κατήγοροι τῶν ἁγίων; Ὅσα ἠκούσθη, οὔτε φῶσιν ἔχει τὸ ψεῦδος αὐτῶν· διὰ μεταγενέστερός ἐστι τοῦ θεοῦ Κυρίλλου. Πῶς ὦν τὸν μετὰ κοίμησιν τοῦ ἁγίου γνωρισθέντα αἰρετικὸν ἐν καιρῷ τῆς ληστρικῆς συνόδου ἐν Ἐφέσῳ, μετὰ τὴν τρίτην καὶ ἁγίαν, αὐτὸς ὁ ἅγιος ἐδέξατο τὰ ὑπερκύσματα λαχών; Οὕτω ψευδοποῦσι μυθαρευόμενοι, ὅπως θηρεύσωσι ψυχὰς ἀφελότῃτι πορευόμενας.

Διὰ τοῦτο τεχνουῦσθε καὶ γνωρίζεσθε κατὰ πάντα· ἴνα τὸν ὄφιν καὶ τοὺς ὀφιοφώνους φεύγοιτε, ἐφ' οἷς ὠλέκοντο, ὅτι μάλιστα πλείστοι ἀπὸ γενεῶν εἰς γενεάς. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων πείσμων· εἰ ὁ ἐπίσκοπος οὐχ εὔρηται εἰς τὴν μοιχοσύνοδον, καλοῖη δὲ αὐτὴν

ψευδοσύλλογον · μνημονεύει δὲ τὸν ἐν αὐτῇ εὐρεθέντα A μητροπολίτην αὐτοῦ · ἐκ τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ ἐπισκόπου ὀρθοδοξοῦντος εἰ χρῆ κοινωνεῖν · ἀπεκρίθη καὶ δι' ἐτέρων τῶν πρὸς Εὐόδιον γραμμάτων, ὅτι Ναὶ, οἰκονομίας χάριν · μόνον μὴ συλλειτουργοῦντος αὐτοῦ αἱρετικοῖς. Εἰς οὐδὲν γὰρ ἔστι, μνημονευομένου τοῦ ἀπισκόπου ὀρθοδόξου ὄντος, κἄν ἐκείνου φόβῳ αἱρετικὸν ἀναφέροντος τὸν οἰκειὸν μητροπολίτην. Τοῦ τοιοῦτου πρεσβυτέρου καὶ εἰς παννυχίδα προσκαλουμένου, ἴτεον · καὶ Ἐκκλησίαν παρ' αὐτοῦ δεδομένην ληπτέον · καὶ εἰς αὐτὴν ἐρχομένου αὐτοῦ λειτουργῆσαι, παραχωρητέον · ἢ καὶ μνημονεύσαι νεκρὸν, ὀρθόδοξον μέντοι, συγχωρητέον · καὶ ἐν αὐτῇ λειτουργεῖν τὸν λαβόντα, οὐδὲν κωλυτέον. Εἰ δὲ αἱρετικὸν ἀναφέρει ὄντα ἐπίσκοπον, κἄν μακαρίζη, κἄν ὀρθοδόξῃ, τῆς μὲν θείας κοινωνίας ἀφεκτέον, τῆς δὲ κοινῆς τραπέζης, ἐπ' ἂν ἐκεῖ δύοι μνημονεύειν. Ἔδε δεκτέον τάχα καὶ εὐλογοῦντα αὐτὸν καὶ συμψάλλοντα · ἐάνπερ μήτε αἱρετικῷ, ἢ τῷ οἰκειῷ ἐπισκόπῳ, εἴτε τινὶ ἄλλῳ, συνιερουργῆ · ἢ ἐν γνώσει μεταδίδοι. Εἰ ἐσθίει τις μετὰ τοῦ μοιχοζεύκτου, ἢ μεθ' ἐτέρου αἱρετικοῦ ἀδιαφόρως, φυλακτέον μὴ συνεστῆσθαι τοῖς τοιοῦτοις, κἄν ὑποκρίνωνται ὀρθοδόξεϊν. Οὐ γὰρ φυλάσσοις τὸ πρόσταγμα τοῦ Ἀποστόλου, τοῖς τοιοῦτοις, λέγοντος, μὴ δὲ συνεσθίειν. Πλέον, οὐκ ἐξερευνητέον ἢ μετὰ τοῦ συνεστιαθέντος τῷ αἱρετικῷ · ὅσδε συνεστῆθη ζητεῖν, καὶ μετὰ τοῦδε ἕτερος · κἀντεῦθεν ἀνασειράζειν τὸν λόγον, καὶ ἀφίστασθαι πάντων. Ἐθελόγνωνμον τὸ χρῆμα, καὶ οὐ τῶν ἁγίων. Μὲχρι γὰρ τοῦ οὗτου, φησί, στήθι, καὶ οὐχ ὑπερβήση. Μὴ γὰρ οὐκ ἤδεισαν ταῦτα ἐξερευνητῶν καὶ διαγγέλλεσθαι ἡμῖν; ἀλλ' οὐδαμῶς. C Διὸ οὐκ ἐσθλὸν μεταβαίνειν ὄρια ἃ ἔθεντο οἱ Πατέρες ἡμῶν. Μεθ' οὐ δὲ οὐκ ἐσθίομεν, οὐδὲ δῶρον τοῦτου δεκτέον · εἴπερ διδάχθεις, ἅπαξ καὶ δις ἀδιαφορή. καὶ οὐ πείθεται ἡμῖν. Οὐκ οἶδα εἰ μὴ παρὰ τῶν φυλάκων τὰς οὐχ ὡς εὐλογίας, ἀλλ' ὡς χρείας λαμβάνειν · ἢ οἰκονομίας ἔνεκεν, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἄλλων φευγόντων μέντοι τὸ συνεστῆσθαι αἱρετικοῖς ἀδιαφόρως · οὐκ οἶδα εἰ μὴ τύχη κατὰ περίστασιν καὶ δέξασθαι καὶ συνεστῆσθαι καὶ τοῖσδε. Δοῦναι δὲ τοῖς τοιοῦτοις καὶ σοῖς φύλαξι βρῶμα καὶ πόμα οὐ διακριτέον · ἔτι καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ μεταδοτέον. Εἰς δὲ τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Κυρίου Γρηγοῦ τοῦ νέκνου ἡμῶν οὐ τολμῶ εἰπεῖν λειτουργῆσαι πρεσβύτερον ἡμῶν · διὰ τὸ μετὰ τὴν μοιχοσύνην ἐνθρονιασθῆναι, καὶ ὑπὸ τοῦ συλλειτουργοῦντος καὶ συλλειτουργήσαντος D τῷ μοιχοζεύκτῃ, διὰ τοῦ πρωτομοιχεϊανοῦ καθιερωθῆναι.

N. — Τῷ αὐτῷ. [σκη'.]

L. — *Eidem.*

De Digamis.

Θερμὸς εἶ, τέκνον ἡγαπημένον, περὶ τοῦ ἔρωτῶν καὶ μινθάνειν τὰ χρῆσιμα · καὶ τὸ μὲν χρῆμα ἐπαίμετόν · οὐχ ἱκανὸς δὲ ἐγὼ λύειν τὰς ἀπορίας σου ·

que illam falsum conventiculum : commemoret autem metropolitanum qui in ea inventus est, utrum a presbytero episcopi orthodoxi accipere communionem oporteat ? per alias ad Evodium litteras respondi, communicandum esse dispensationis gratia, dummodo ipsis cum hæreticis non sacrificet. Cum enim episcopus qui commemoratur sit orthodoxus, pro nihilo est quod illius metu, hæreticam commemoret metropolitanum suum. Hujusmodi presbytero et ad pervigilium vocante, eundem est; et Ecclesiam præbente, accipienda est; et ad illam ut sacrificet veniente, permittendum est. Quinetiam ut mortuum commemoret dummodo orthodoxum, concedendum est : et in ea sacrificare qui accepit, minime prohibendum. Si vero hæreticum commemoret episcopum, quamvis beatum prædicet, quamvis recte sentiat : a divina communione utique abstinendum est, imo et a mensa communi, si illic quoque commemorandus sit. Ita recipiendus ille fortasse ad benedictionem et ad psalmodiam, si cum hæretico episcopo, sive suo, sive altero, non sacrificet, nec illi sciens distribuat. Si quis cibum capiat cum adulteri copulatore, aut cum alio quovis hæretico indifferenter : cavendum est ne cum talibus comedatur, licet recte sentire se fingant. Non enim observant præceptum Apostoli : *Cum hujusmodi nec cibum sumere* ⁶¹ monentis. Cæterum, non amplius investigare oportet, aut exquirere, utrum is comederit cum eo qui cum hæretico cibum sumpserit, et cum illo alter : atque ita alium ex alio sermonem nectere, et ab omnibus abstinere. Propriæ hoc voluntatis est, et non sanctorum : *Usque huc, inquit, venies, et non procedes amplius* ⁶². Utrum enim hæc illi investigare nescierunt et nobis denuntiare ? Nequaquam. Quare præstat terminos non transgredi quos posuerunt Patres nostri ⁶³. Cum quo non edimus, nec munus ejus accipiendum est; si semel iterumque admonitus contemnat, neque nobis obtemperet. Nisi forte a custodibus, non velut eulogias, sed velut necessarios usus, accipere : aut dispensationis gratia, etiam ab aliis, sed qui cum hæreticis promiscue convivari refugiant : nisi forte contingat ex necessaria circumstantia et suscipere et convivari cum hisce. Dare autem et talibus, et custodibus cibum ac potum sine discrimine licet : quandoquidem omni homini impertiendum est. In Ecclesia porro domini Gregoræ filii nostri ut sacrificet presbyter noster dicere non audeo : eo quod post mœchosynodum dedicata est ab eo qui sacrificavit cum adulteri copulatore, per protomœchianum consecrata.

⁶¹ I Cor. v, 11. ⁶² Job xxxviii, 11. ⁶³ Prov. xxii, 28.

sum; communis tamen quæstus studio conferenda etiamnum quæ possumus. Quæstio tua de Digamis fuit; quod de eorum conjunctione dubitatum fuerit, coronarine sicut monagami debeant, annon? et quonam pacto, si quidem hoc fiat, jungantur, sacerdote illos minime copulante: famam esse, ab impii Constantini temporibus obtinuisse consuetudinem digamos coronandi, ex triplici ejus conjugio natam; cum superior ante illum memoria non fuerit. Ego vero, quin verisimilis ea fama sit, non repugno. Cæterum debent veritatis studiosi non ex temere vulgata fama, neque ex humana consuetudine, rerum fidem accipere; sed ex ipsis sacris Litteris et paterna atque canonica traditione. Digamia ergo permissa haud dubie fuit a sancto Apostolo, et per ipsum a Christo. Verum hæc lex non est, ut Gregorius Theologus ait, sed indulgentia: indulgentia autem nequaquam in eo cernitur quod reprehensione et culpa careat: qui enim et quam ob causam? sed ubi succumbitur, noxæque affine est, quod agitur. Hoc enim ipsum divinus Apostolus insinuat, cum diceret: *Si se non continent, nubant* ⁶⁵. Incontinentia quippe quæ fortitudinis robur amisit victæ prostratæque est naturæ. His permoti divini Patres digamos pœnis subjecerunt, in Laodicensi quidem synodi indefinite ⁶⁵, cum dicunt: Ut parvo tempore exacto vacent orationibus et jejuniis: et secundum indulgentiam communionem reddi eis decrevimus: magus vero Basilius definite ⁶⁶. Sic enim ait: De trigamis et polygamis eundem canonem definierunt Patres, nimirum quem in digamis, proportione: annum enim in digamis: in aliis vero duos annos. Patet igitur ex iis quæ dicta sunt, digamiæ tanquam obnoxiiæ impositam pœnam fuisse. Propterea enim et sancti Patres synodi Neocæsariensis ⁶⁷ presbytero interdixerunt, ne in digami nuptiis epuletur.

Cum enim, inquit, pœnitentia digamus egeat, quis erit presbyter qui per convivium consensum præbeat talibus nuptiis? Quid ergo ex his aliud necessario conficitur, quam primas quidem nuptias, ut quæ proprie lex sint, merito coronari a sacerdote velut intactas et immaculatas, tanquam a libidinis nota immunes: atque ob hanc causam ceu peccati victrices coronari? Ex quo sequitur et sacerorum participatio, ejusque qui coronavit, et cujuscunque alterius sacerdotis, in talibus nuptiis comessatio. Quemadmodum in Cana Galilææ Dominus et Deus noster prandere dignatus est, per suum illud convivium nuptialia prandia omnia benedicens. Quin et coronariæ impositionis benedictionem anticipans, ea primum parentem nostrum Adam impertiit. Quomodo? *Et creavit Deus hominem: ad imaginem Dei creavit illum, masculum et feminam creavit eos: benedixitque illis Deus, et ait: Crescite, et multiplicamini, et replete terram, et*

ὅμως διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον εἰσενεκτέον καὶ νῦν τὰ κατὰ δύναμιν. Ἡ ἐρώτησίς σου περὶ τῶν διγάμων· ὅτι ἀμφισβητούμενόν ἐστι περὶ τῆς συναφείας αὐτῶν, ἄρα στεφανοῦσθαι αὐτοὺς, ὡς ἐπὶ τῶν μονογάμων, ἢ μή; καὶ πῶς, ἐὰν τοῦτο γινήσεται, εἴη συνάφεια, μὴ ὑπὸ τοῦ ἱερέως ζευγνυμένων αὐτῶν; ὅτι φέρεται λόγος ἀπὸ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἀσθενοῦς Κωνσταντίνου κρατῆσαι τὴν συνήθειαν τοῦ διγαμικοῦ στεφανώματος, ἐκ τοῦ κατ' αὐτὸν τριγαμήματος· ἐπεὶ μὴ εἶναι ἐν τοῖς πρὸ αὐτοῦ χρόνοις. Ἐγὼ δὲ ἔχειν μὲν τὸν λόγον τὸ πιστὸν ἐντεῦθεν οὐκ ἀποδοκιμάζω. Δεῖ δὲ ὅμως τοῖς ἀληθείας ἐρασταῖς, μὴ ἐκ φοβᾶς, ὡς ἔτυχε, λόγου, ἢ συνηθείας ἀνθρωπίνης πιστοῦσθαι τὰ πράγματα· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, καὶ τῆς Πατρικῆς καὶ κανονικῆς ἐκδόσεως. Ἡ μὲν οὖν διγαμία παρακχωρήται δηλονότι ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου, καὶ δι' αὐτοῦ παρὰ Χριστοῦ· οὐ μὴν νόμος. ὡς περὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ἀλλὰ συγχωρησις· συγχωρησις δὲ εὐκ ἐπὶ ἀμέμπτου καὶ ἀπταιστοῦ γένει· ἂν· πῶς γὰρ, καὶ διατι; ἀλλ' ἐπὶ ἡττητῆς τινός καὶ ἀλωσίμου δράματος. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο ὁ θεὸς Ἀπόστολος ἠνίκατο εἰπὼν· Εἰ οὐκ ἐγνῶτε ὑόνταί, γαμησάτωσαν. Ἡ δὲ ἀκρασία τὸ κράτος τῆς ἀνδρείας ἀπολέσασα, ἤττητος ἐστὶ καὶ ἀποπτύσεως ἔχονον. Ἐντεῦθεν ὀρμηθέντες οἱ θεῖοι Πατέρες, ἐπιτιμῶν ὑπέβαλον τοὺς διγάμους, οἱ μὲν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἀορίστως, διὰ τὸ εἰπεῖν· Ὀλίγον χρόνον παρελθόντος καὶ σχολιάσεως ἐν ταῖς προσευχαῖς καὶ νηστειαῖς, κατὰ συγγῆμην ἀποδίδοσθαι αὐτοῖς τὴν κοινωνίαν ὠρίσασαν· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ὠρίσμένως. Φησὶ γὰρ· Περὶ τριγάμων καὶ πολυγάμων τὸν αὐτὸν ὠρίσαν κανόνα οἱ Πατέρες, δηλονότι ὅν καὶ ἐπὶ τῶν διγάμων, ἀναλόγως· ἐνιαυτὸν μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν διγάμων· ἄλλοι δὲ δύο ἔτη. Δείδειται τοίνυν ἐκ τῶν βηθέντων, ὡς ὑπὸ τὸ πταιστὸν γενοῦσα ἡ διγαμία εἰλήφει τὸ ἐπιτιμιον. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οἱ τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου ἄγιοι Πατέρες ἀπεῖρξαν καὶ τοῦ ἐστιαθῆναι πρεσβύτερον εἰς διγαμοῦντος γάμον.

Λέγοντες, Ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγαμοῦντος, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος ὁ διὰ τῆς ἐστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις; Τί οὖν τὸ συμπερινομένον ἐξ ἀναγκαίου; Ὅτι ὁ μὲν πρῶτος γάμος, ὡς καρίως ὦν νόμος, εἰκότως ἐστεφάνωται ὑπὸ τῆς ἱερωσύνης, ὡς ἀνέπαφος, ὡς ἀβύρπος, ὡς ἀνάλωτος πορνικῶ πάθει, καὶ δια τοῦτο ὡς νικητῆς τῆς ἀμαρτίας κατεστημένος. Ἐφ' ᾧ ἔπαται ἡ τῶν ἀγισμάτων μετάληψις, καὶ ἡ τοῦ στεφανώσαντος, καὶ παντὸς ἄλλου ἱερατικοῦ, ἐν τῇ τοιοῦτῃ γάμψ ἐστίασις. Καθὰ καὶ ὁ Μύριος καὶ θεὸς ἡμῶν ἐν Κανῆ τῆς Γαλιλαίας ἠξίωσεν ἀριστῆσαι, διὰ τῆς ἐκείσε ἐστιάσεως πάντα [f. πάν τὸ] γαμικὸν ἄριστον κατευλογήσας. Ἀλλὰ καὶ τῆς στεφανικῆς ἀρμογῆς αὐτὸς προλαβὼν τὴν τὴν εὐλογίαν ἔθετο ἐπὶ τοῦ ἀρχιεπίσκοπος ἡμῶν Ἀδάμ· πῶς; Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἀνθρώπον· κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν, ἔρρεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ εὐλόγησεν αὐτούς ὁ θεὸς, λέγων· Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ

⁶⁵ I Cor. vii, 9. ⁶⁶ Laod. can. 1. ⁶⁷ In Epist. ad Amphilooh. cán. 4. ⁶⁸ Can. 7.

πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐ-
 τῆς. Αὕτη οὖν ἡ εὐλογία τῆς γαμικῆς συναφείας, ἀφ'
 ἧς πᾶσα εὐλογίατὰ μονογαμικῆς συζεύξεως· ἐπεὶ καὶ
 μονόγαμος Ἀδάμ. Ἐπιτηρητέον δὲ ὅτι καὶ ἡ στε-
 φανικὴ ἐπίκλησις ἐκεῖθεν ὠρμηται· τὴν τοῦ πρώτου
 ἀνθρώπου διάπλασιν, καὶ πρὸς τὴν ἐκ πλεωρᾶς
 αὐτοῦ γυναῖκα σύζευξιν ὑπομνηματίζουσα. Ὁ δὲ
 δευτέρος γάμος, εἰ καὶ συγκεχώρηται, ἀλλ' ἐπιτε-
 τίμηται. Πῶς γὰρ ἂν καὶ ἐστεφανώσεως ἕξιος,
 ἡττηθεὶς, ἀλλ' οὐ νικήσας; τίς δὲ καὶ ὁ στεφανώ-
 σων τοῦτον πρεσβύτερος, ὃς καὶ τοῦ ἀπλῶς ἐστιαθῆναι
 ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ἀρίστῳ Πατρικῶς κεκώλυται;
 πῶς δὲ καὶ, μεθέξει τῆς θείας κοινωνίας, ὃ δι' αὐτὸ
 τοῦτο εἰργμένος χρόνῳ ἐνὶ καὶ δυοῖ τῶν ἀγισμά-
 των; τίνας δὲ ἡ οἴας τῆς εὐλογοῦστικῆς προσευχῆς
 γινωσκόμενης ἐπὶ τῆς συναφείας αὐτοῦ, μὴ οὔσης ἄλλης
 παρὰ τὴν μίαν τῆς μονογαμικῆς καὶ πρώτης; Συν-
 ἤχεται οὖν ἐκ πάντων Γραφικῶς τε καὶ Πατρικῶς,
 ἀμέτοχον εἶναι στεφανώματος τὴν δευτερογαμίαν·
 διὰ τοῦτο οὐδὲ ὑπὸ τοῦ ἱερέως ζευγυμένην· ἀλλὰ
 μὴ οὐδὲ παραδεδομένην· τότε δὲ προσδεχομένην,
 ὁπνίκα εἶη πλήρωσις τοῦ ὀπισσοῦν κατὰ τὴν ἱερατι-
 κὴν δοκιμασίαν δοθέντος ἐπιτιμίου· μεθ' ἣν ἕξει
 [ἢ ἕξει] καὶ τῶν θείων δώρων τὴν μετέλῃσιν ἐν-
 τεῦθεν εὐλογοῦμένου αὐτοῦ, οἷονεὶ ὡς ἐπὶ στεφα-
 νόματος· κατὰ δεύτερον λόγον, μετὰ συγχώρησιν.
 Εὐλογία γὰρ τὸ δῶρον, τῆνικαῦτα καὶ συναφείας
 παρὰ τοῦ ἱερέως δεῖγμα· ἕκτοτε μὴ κεκωλυμένου
 αὐαῶ συνεστιᾶσθαι τοῖς διγαμύσασιν· ὡς ἐπὶ τῶν
 μονογάμων. Καὶ οὕτω νόμῳ ὁρμάται συγχωρητικῶ
 ἡ διγαμία, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· γινώσκουσα τὰ
 δευτερεῖα ἔχειν τῆς μονογαμίας· καὶ μὴ ἀλόγως
 τῆς πρώτης ἐπιζητοῦσα τὰ δικαίωματα, ἅπερ προ-
 ἀπήλαυκε.

Φιλίης δ' ἂν· Καὶ πῶς ἔλθουσιν ἐπὶ τὴν συνάφειαν;
 Τοῖς ἀνθρωπίνους καθήκουσιν ὡσπερ καὶ οἱ τρίγα-
 μοι καὶ πολύγαμοι· οὕτω γὰρ κέκληται ἡ μετὰ τὴν
 τρίτην πρὸς τῶν Πατέρων. Ἡ στεφανούσθησαν κά-
 κηνοὶ, Ἀλλ' ὄντως ἡ ἄγαν διάλυσις τῶν κανόνων,
 μᾶλλον δὲ τοῦ Εὐαγγελίου, οὐ διγάμους νῦν καὶ
 τριγάμους, ἀλλὰ καὶ μοιχοὺς στεφανούσθαι ὑπὸ
 τῶν ἱερέων πεποίηκεν· ὡς καὶ τοὺς τῆ ἀντοχῆ
 τοῦ θεοῦ νόμου μὴ ἐν τούτῳ συναιρουμένους
 διώκουσα, καὶ ἀναθεματίζουσα, ὡς ἄλλοτρίους Χρισ-
 τοῦ, τοὺς ὑπὲρ ἐντολῆς καὶ ἀληθείας αὐτοῦ ἐνισ-
 ταμένους. Ἐκστηθι, οὐρανὲ, ἐπὶ τούτῳ. τὰ ἄνω
 κάτω, ἡ δικαιοσύνη ἀνομία, τὸ φῶς σκότος, ἐξ
 ὧν οἱ Μοιχεῖνοι λέγουσι καὶ πράττουσι, δείκνυνται.
 Τοῦτο τοῖς τυφοῖς καὶ κωφοῖς κατὰ ψυχὴν, καὶ
 ἐντεῦθεν τοῦ Ἀντιχρίστου τὰ πρόλαβα φέρουσι. Τά-
 χα δ' ἂν κάκεῖνα εἴποις. Εἰ τὸ ἐν μέρος εἶη παρ-
 θένον, πῶς λέγουσιν τινες, ὡς τὸ μὲν στεφανοῦται
 ἐν τῇ κεφαλῇ, τὸ δὲ ἀπὸ γάμου, ἐν νῦ ὤμφ, γενο-
 μένης τῆς ατεφανικῆς εὐχῆς; Καὶ μοι πρὸς τῆ ἀτο-
 πία· ἔτι καὶ γελοῖον φαίνεται. Διδόσθω γὰρ τριγα-
 μεῖν· καὶ ποῦ θεοῦ ὁ στέφανος; ἐν τῇ χειρὶ, ἢ εἰς
 τὸ γόνυ; εἴγε καὶ ἡ γημαμένη εἶεν ἀπὸ χηρείας, ἐν
 τῷ ὤμφ τὸν στέφανον δέξεται. Ἀτοπα ταῦτα.

⁶⁸ Gen. 1, 27.

A dominamini ejus ⁶⁸. Hæc igitur benedictio copulæ
 nuptialis, ex qua benedictio omnis monogamicæ
 conjunctionis; monogamus siquidem Adam. Obser-
 vandum vero est inde quoque ortam esse corona-
 riam invocationem, quæ primi hominis creatio-
 nem, ejusdemque cum muliere ex illius costa pro-
 ducta conjunctionem repræsentat. At secundæ
 nuptiæ tametsi permittuntur, pœna castigantur.
 Quomodo enim coronatione dignæ sunt, quæ non
 vincunt, sed vincuntur. Quis porro presbyter eas
 coronet, cum vel in earum prandiis epulari a Pa-
 tribus prohibeatur? Qui vero divinæ communionis
 particeps sit, qui hoc nomine uno atque altero anno
 a sacris arcetur? Aut quænam qualisve benedictio-
 nis precatio in earum conjunctione usurpetur cum
 alia nulla sit præter eam quæ in primis et in
 monogamicis adhibetur? Ostensus ergo prorsus
 est ex sacrarum Litterarum Patrumque auctoritate,
 expertes coronæ secundas nuptias esse, et propterea
 ne a sacerdote quidem copulari. Quinetiam
 neque extraditas illas fuisse, sed tum demum ad-
 missas, cum expleta fuerit sacerdotum arbitrio
 injuncta pœnitentia: postquam et divinorum mu-
 nerum participationem obtinent, indeque benedi-
 cuntur velut in coronatione, inferiore quodam modo,
 post indulgentiam. Benedictio enim est munus,
 tum etiam et specimen conjunctionis per sacerdo-
 tem, quod ex eo tempore non prohibentur cum iis,
 qui ad secundas nuptias convolant, convesci, non
 secus atque cum monogamis. Atque hoc modo di-
 gamia lege utitur indulgentiæ, juxta Apostolum:
 agnoscens secundas se a monogamia partes tenere;
 nec immerito quærens primarum jura, quæ jam
 ante percepit.

Quæres forsitan quomodo ergo conjungantur.
 Humanis officiis sicut et trigami et polygami: sic
 enim Patres vocant eos qui ultra tertias procedunt.
 Aut certe coronentur etiam isti. Enimvero cano-
 num immodica subversio, vel potius Evangelii, non
 digamos nunc et trigamos, sed et mœchos caronari
 fecit a sacerdotibus: quæ et illos persequitur, qui
 pro lege divinæ pugnantes, consentire in eo nolunt;
 et anathemate, velut a Christo alienos, damnat eos
 qui pro ejus mandato ac veritate insurgunt. Obstu-
 pesces super hoc, cœlum: supera deosum justitia
 iniquitas, lux tenebræ, ex iis quæ Mœchiani dicunt
 et agunt, esse comprobantur. Hæc cæcis et mente
 captis, atque ideo Antichristi primordia gerentibus.
 Forsan et hoc dices: Si quidem pars altera virgo
 sit, coronatur, ut nonnulli dicunt, hæc quidem in
 capite; altera vero quæ nuptiis jam perfuncta est,
 in humero, dum coronaria precatio peragitur. Mihi
 vero non solum absurdum, sed ridiculum etiam
 hoc videtur. Etenim tertium nubenti ubinam pon-
 netur corona? in manu, an ad genu? cum ea quæ
 vidua nubit, in humero coronetur. Absurda sunt
 ista prorsus.

ἀθλητικῶς διηγωνισμένοι, καὶ ἔτι ἐναγωνιζόμενοι. Ἀ
 Ἐπὶ δὲ τὸν κολοφῶνα τοῦ λόγου μέτειμι. Τίς οὕτω
 ἀκήκοε σχεδὸν παράνομα καὶ ἔκτοπα Χριστιανός, ἃ
 ὑπὸ τῶν δυσωνύμων Μοιχειανῶν γεγένηται, λεγομέ-
 νων μὲν ἱεραρχῶν, ὄντων δὲ ἀνιέρων ὑπὸ πάσης
 ἀποστολικῆς καὶ Πατρικῆς φωνῆς, καὶ ἄνευ τῆς αἰ-
 ρέσεως; Τύπτων οὕτω τίς τέτυφεν ἀνθρώπων, οὐ
 λέγω Χριστιανικῆ χειρὶ, ἀλλὰ βαρβαρικῆ· δις ἑκατον-
 τάσι πρὸς ἐξήκοντα καὶ ἐξ μαστίγων, εἶτα μετ' οὐ
 πολλῷ, δις ὄνο ἑκατοντάσι βαινεύρων ἔρ: τῶν νύτων·
 ὡς ὁ γενναῖός γε ἀρχιεπίσκοπος, μᾶλλον δὲ ἀλλοτρι-
 ο-επίσκοπος Θεσσαλονίκης, καὶ οὐ τῶν ἀγελαίων τι-
 νᾶ, ἀλλὰ μονάζοντα, καὶ τοῦτον ἡγούμενον, καὶ μάλα
 τὸν εὐλαδέστατον, τοῦνομα Εὐθύμιον, τὸν τῆς εὐθυ-
 μίας ὄντως φερώνυμον; Ἐξέστη ἐπὶ τούτῳ ὁ οὐρα-
 νός· καὶ ἔφριξα ἐγὼ ὁ τάλας· οἶμαι δὲ καὶ πᾶς τις
 τῶν ἀνθρώπων τὴν φυσικὴν ἡμερότητα τε καὶ ἔλεγ-
 μοσύνην ἔχων, καὶ ἀκούων. Ὅς εἰς τύπον Χριστοῦ
 ὀφείλων κείσθαι, καὶ τυπτόμενος μὴ ἀντίτυπτειν,
 καὶ τῶν θηρίων ὠμότερος γέγονεν, οὐ τί που ἕνος
 Χριστιανικὸν φέρων. πολλοῦ γε εἰπεῖν ἱεραρχικόν.

Καὶ ὑπὲρ τίνος ὁ δαρμός; ἵνα τὸτ τοῦ Χριστοῦ ἀθλη-
 τὴν πείσῃ συνθέσθαι ἀναφέρειν αὐτὸν ὡς ἱεράρχην.
 Ἄλλ' ὦ τῆς γενναιότητος καὶ κραταιότητος τοῦ μακά-
 ρος! Οὕτω γὰρ δίκαιον εἰπεῖν· ὅτι καὶ μετὰ τσαύ-
 τας πληγὰς καὶ αἵματος ἁγίου ῥύσιν, ὡς φοιήσεσθαι
 τὰ πέλιματα τῶν πυδῶν τῶν ἐκεῖσε παρόντων, καὶ
 οἰοεῖται πηλοποιεῖσθαι τὸ πορφύρεον κονίαμα εἰς οἰ-
 κοδομὴν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας· κείμενος ἤδη
 βραχὺ ἄπνους καὶ ἄρωνος, καὶ ἐρωτηθεὶς παρὰ τῶν
 κολαστῶν μνημονεύειν τὸν τύραννόν φημι, ἀλλ' οὐκ
 ἀρχιεπίσκοπον· Οὐ, φησὶν ὁ μακάριος· οὕτω μέχρι
 θανάτου σχεδὸν οὐ παρατρέψας τὸν νοῦν· οὐ παρεκ-
 κλίνας τι τῶν ὀρθοδόξως ἐγνωσμένων αὐτῷ. Μικροῦ
 δὲ παρέδραμέ με ἀναγκαῖόν τι· ὅτι καὶ ὁ νόος τοῦ
 Θεοῦ πραιτώριον γέγονε Πιλατικόν. Ἐκεῖσε γὰρ
 ἔφης, ἥτοι εἰς τὸν λεγόμενον τοῦ Ἀρχαγγέλου ἱερὸν
 δόμον τετύφθαι τὸν μάρτυρα· ὃν οἱ μὲν ἀτίθαστοι
 τιμωροὶ εἶσαν ἡμιθανῆ· τίς δὲ Χριστομίμητος λαβῶν
 ἐπὶ τὸν ἴδιον οἶκον· καὶ ταῖς ἀμοβραγίαις καὶ ξε-
 σμοσαρκίαις προσπλάσας κώδιον ἀρνοῦ ἀρτισφαγοῦς
 ἐζωοπύρῃσε τὸν ἄνδρα· μικρὸν δὲ καὶ κατὰ βραχὺ
 ἀναβρώσας, ἐξαπέστειλε λάθρα διὰ τὴν καλοῦσαν
 ἐντολήν· πεφευγὸς τοῦ θανάτου ἤδη καὶ παρα-
 δόξως ἐξεγερθέντος εἰς στήλην ὀρθοδόξιας καὶ θρίαμ-
 βον τῶν κακοδόξων. Τί τούτων ἀσεβίστερον; τίς δὲ
 παρὰ ὀρθοδόξων εἰς αἰρετικὸν τοιαῦτα πέπραχεν;
 Ἄλλ' ἵνα φανῆ κἀντεῦθεν αὐτῶν ἡλίκη ἢ ἀσέβεια τῶν
 Μοιχειανίζόντων, καὶ τίς τίνος μαθητῆς, Χριστοῦ μὲν
 ὁ τυπτόμενος κατ' αὐτὸν καὶ φέρων, διαδόλου δὲ ὁ
 τύπτων. Οὕτω ἱεράρχης καὶ ἔνθεν ἐκφοβεῖν βουλόμε-
 νος, καὶ ἐκδικῶν τὰ κατ' αὐτόν. Οὐ ῥυσθεῖημεν τῆς
 μερίδος, ἀδελφε, τοῦ δὲ πρώτου εἴημεν σὺν πᾶσιν
 εὐσεβεῖσι. Καὶ ἴδε, Κύριε, Κύριε, τὴν κάκωσιν ταύ-
 την, καὶ φεῖσαι τοῦ λαοῦ σου· πρυτανεύων εἰρήνην
 ὀρθοδόξιας τῇ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίᾳ. Οὐδὲν γὰρ ἡμῖν
 λέγειν ἄλλο πρὸς τὰ παρόντα· μετὰ τοῦ καὶ πάντα
 φέρειν ῥάως ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

A nunc quoque decertant. Sed venio ad sermonis
 colophonem. Quis unquam adeo iniqua et absurda
 Christianus audivit, ac gesta sunt a nefariis Mœ-
 chianis, nomine episcopis, re autem sacrilegis ex
 omni apostolorum et Patrum testimonio, etiamsi
 hæresim excipias? Hominem verberans quis un-
 quam sic cecidit: non Christiana dico manus, sed
 etiam barbarica; bis centum sexaginta sex verbe-
 rum, ac non multo post, bis ducentis boiarum
 ictibus in humeros inflictis? ut generosus archiepi-
 scopus, seu potius allotriepiscopos Thessaloniciæ,
 non gregarium quempiam, sed monachum, eumque
 præpositum, et quidem religiosissimum, Euthy-
 mium, securi rectique animi, revera nomini respon-
 dentem? Expavit cælum hoc spectaculo: et ego
 miser audiens inhorruï; et mecum, opinor, omnes
 quibus aliquis sensus est humanitatis et miseri-
 cordiæ. Quem ad Christi exemplum componi oport-
 tebat, et percussum non repercutere; is immanior
 feris exstitit: nullum Christiani vestigium retinens,
 nedum episcopi.

Et quamobrem hæc dilaniatio? Ut Christi athele-
 tam eo impellat, ut ipsum commemoret tanquam
 episcopum, sed, o fortem atque invictum animum
 beati! sic enim loqui æquum est: quia post tot
 plagas tantamque profusi sacri sanguinis copiam,
 ut tingerentur astantium vestigia, et in limum
 quodammodo concreveret purpureus ille pulvis ad
 ædificationem Ecclesiæ Dei; cum sic jaceret pene
 exanimis et elinguis, instarentque tortores ut com-
 memoraret tyrannum dixerim, non archiepis-
 copum; minime, ait beatus: eo modo prope usque ad
 mortem perseverans immobili animo fixoque in iis
 quæ recte semel decreverat. Pene omiseram quod
 in primis observandum: templum ipsum Dei præ-
 torium foctum fuisse Pilaticum: ibi enim, hoc est,
 in sacra quam vocant Archangeli æde, verberatum
 martyrem fuisse ais, quem implacabiles quidem
 carnifices semimortuum reliquerunt: Christi vero
 imitator quidem in domum suam eum recepit: ad-
 motaque ad defluentis cruoris laceræque carnis
 plagas recens jugulati agni pellicula, virum reco-
 cillavit; viribusque paulatim confirmatis clam emi-
 sit, evocante mandato. Ita evasit qui jam mortuus
 erat, et mirabiliter revixit ad orthodoxæ fidei
 præsidium triumphumque de hæreticis. Quid his
 impium magis esse possit? Quis orthodoxus in
 hæreticum talia unquam exercuit? Sed ut hinc ap-
 pareret quanta sit Mœchianorum impietas, et quis
 ejus sit discipulus: Christi nimirum is qui ver-
 bera, ut Christus, pertulit, diaboli autem is qui
 verberavit. Sic episcopus inde etiam exterrere vult,
 æque ipsum ulcisci. Ejus partes fugiamus, frater,
 priori cum omnibus piis adherentes. Et vide,
 Domine, Domine vexationem istam, et parce po-
 pulo tuo: rectæ fidei pacem in Ecclesia quæ apud
 nos est pro tua potestate confirmans. Nihil enim
 aliud dicere possumus circa ea quæ impendent, nisi
 quod omnia libenter pro ejus nomine perferemus.

Tu vero, fili, charissime, tametsi alibi custodiris, ut indicas, gaude: quia plures tibi coronæ texuntur. Et quanquam Leontius discipulus olim⁷⁰, nunc negator, illis præsit locis, in quibus inclusus teneris; nihil mirere: hoc enim tempus est longanimitatis Dei, ut cognoscantur electi, et regnet filius Tabeel in Bethleem⁷¹. De eo autem qui confessus est et pœnam postulavit, recte irrogata est: tibi que assentior, qui dixeris ei, si nolit ob interfectos hostes pœnam subire, nec ab occidendo absteat: et nos quidem extra iudicium sumus. Si vero Ecclesiæ canonibus subdi malit, duorum alterum ipsi eligendum est; ut aut laude efficiatur quod interfecerit, aut sine pœna non maneat. Neque tamen idcirco prius repudiandum est, laudibus enim digni sunt, ut ait divinus Pater; sed subeunda est etiam illis pœna: quandoquidem et Dei spectator olim Moses revertentem a bello Madianitarum cum victoria populum Israel septem diebus castris exclusit, a Deo haud dubie permotus, sic loquens: *Omnis qui occiderit hominem, vel occisum teligerit, lustrabitur die tertio et septimo, vos et præda vestra*⁷². Unde exoitatus mea quidem sententia magnus Basilius⁷³, vel potius a Deo afflatus, triennii pœnam irrogat, et docet quemadmodum is qui irrogat dispenset. Contingens quippe et non necessaria, pro rei subjectæ modo, talium irrogatio est. Vale in Domino, fili mi desiderabilis, pro me peccatore deprecans, et pro eo qui te una salutatur dilecto filio meo, fratre autem tuo, Gregorio.

LII. — Philippo diacono.

De voto puellæ, quæ sponso ægrotante voverat se nupturam Christo, etiamsi ægrotus convalesceret, postea, ut convalescit, consilium mutavit.

Noli existimare, vir sancte, me ostium pœnitentiæ claudere; Novatianorum enim id proprium est; sed nolle peccati ostium aperire volentibus. Annon enim ejusmodi est quod prioribus litteris tuis indicasti? puellam quæ votum voverat, se, quamvis sponsus convalesceret, Christo nupturam: deinde postquam e morbo ille est recreatus, cum eo, ad posterioris sponsi contemptum, copulari velle, et remedium ad id quærere. Rectissime igitur respondimus tibi; nec aliter responderi potest ab eo, qui ea quæ ad Deum spectant, hominibus anteponat. Quis enim ei pœnam irroget, qui nondum, nisi voluntate, peccavit? Aut quis medicus ante morbum curationem adhibeat; ac non potius a morbo arceat eum qui eo ruere videbatur⁷⁴? Medicinæ siquidem munus est, aut præsentem conservare sanitatem, aut absentem revocare. Absurdum vero est, ignosce, morbum qui non sit, sed animo fingatur, tanquam si revera esset, curare: nec medici id opus, sed cadaverarii, in morbum ipsum id quod morbo intactum adhuc est impellere molientis. Tale prorsus puellæ negotium existimes. Necdum dico,

⁷⁰ Vide supra, epist. 43 et infra, lib. II, epist. 31. Amphiloeh., can. 8, 11, 13. ⁷⁴ Con. Neoc. can. 4.

Α Σὺ δὲ, ὦ τέκνον μου ἠγαπημένον, εἰ καὶ μετατροπῆς ἐτέρωθι, καθὰ ἐστῆμανας, χαίρει· ὅτι οἱ στίφηνοί σου πλείους πλέκονται. Καὶ εἰ καὶ Λεόντιος ὁ ποτὲ μαθητῆς, νῦν δὲ ἀρνητῆς, ἠγουμενεύσει τῶν ἐν οἷς εἴ κεκλεισμένοις, μὴ θαυμάσης· καιρὸς ὁ παρῶν μακροθυμίας Θεοῦ, καὶ ὅπως οἱ δόκιμοι φανώσι, καὶ ἵνα ἄρξῃ ὁ υἱὸς Ταβεὴλ τῆς Βηθλεέμ. Περὶ τοῦ ἐξαγορευσάντος καὶ ἀτήσαμένου τὸ ἐπιτίμιον, καλῶς δέδοται· σύμφημι δὲ σοι εἰπόντι αὐτῷ, εἰ μὴ βούλοιο ἐπιτιμιάζεσθαι ἐν τῷ κτείνειν ἐχθρούς, μηδὲ ἀφ'στάθω τοῦ κτείνειν· καὶ ἡμεῖς γε ἔξω κριματος. Εἰ δὲ ἔλοιτο ὑποπίπτειν τοῖς τῆς Ἐκκλησίας κανόσιν, ἐν τοῖν δυοῖν αἰρετῶν αὐτῷ· ἢ κτενόντι ἐπιτιμᾶσθαι, ἢ μὴ μένιν ἀνεπιτίμητον. Καὶ οὐ διὰ τοῦτο τὸ πρῶτον διαβλητέον· ἐπαίνων γὰρ ἄξιοι· ὡς ὁ θεὸς φησι Πατὴρ· ἀλλὰ ληπτέον αὐτοῖς καὶ τὸ ἐπιτίμιον· ἐπεὶ καὶ πάλαι Μωσῆς ὁ θεόπτης ὑποστρίψαντα τὸν Ἰσραὴλ ἐκ τοῦ κατὰ τῶν Μαδιανιτῶν πολέμου μετὰ νίκης, ἀφορίζει ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἐπὶ τῆς ἡμέρας, ἐκ Θεοῦ δηλονότι κινούμενος, λέγων οὕτως· Πᾶς ὁ ἀνελὼν ψυχὴν, καὶ ἀπτόμενος τοῦ τετραμένου, ἀγνισθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἐβδόμῃ. Ὑμεῖς καὶ εἰ αἰχμαλωσία ὑμῶν. Ὅθεν μοι δοκεῖ ὁ μέγας Βασιλεὺς ἀφορμηθεῖς, μᾶλλον δὲ θεοπνευθεῖς, δίδωσι τὴν τριετίαν ἐπιτίμιον, καὶ ὡς ἂν οἰκονομήσῃ ὁ δίδως. Ἐνδεχομένη γὰρ καὶ οὐκ ἀναγκαίως κατὰ τὸ κείμενον πάντως ἢ τῶν τοιοῦτων δόσις. Ἐβῶσω ἐν Κυρίῳ, ὡς μοι ποθητῆ, εὐχόμενος περὶ ἐμοῦ τοῦ ἀμαρτωλοῦ καὶ τοῦ συμπροσαγορευμέντου σε ἀγαπητοῦ τέκνον μου, σοῦ δὲ ἀδελφοῦ, Γρηγορίου.

Г NB. — Φιλίππῳ Διακόνῳ. [σν'.]

Μὴ οἶόν με, ὦ ἱερὲ ἀνερ, κλείειν τὴν πύλτην τῆς μετάνοίας· Ναυκτιανῶν γὰρ τὸ ἔργον· ἀλλὰ μὴ βούλεσθαι ἀνοίγειν θύραν τῆς ἀμαρτίας τοῖς βουλεμένοις. Ἡ γὰρ οὐχὶ τοιοῦτον ὕπερ διὰ τῶν προτέρων σου γραμμῶν δεδύλωκας; τὸ τὴν νεάνη εὐξαμένην εὐχῆν, εἰ καὶ ἀναβῶσθειν ὁ μνηστὴρ νομφεοθῆναι Χριστῷ· εἶτα ἐπειδὴ ἀνέσφηλεν ἐκείνος, ἐθέλουσαν αὐτῷ συναβῶσθαι, ἐπ' ἀθετησεί τοῦ δευτέρου, ζητεῖν πρὸς τοῦτο ἴαμα. Κάλλιστα τοῖσιν ἀπειρηθῆμέν σοι· καὶ οὐχ οἷόν τε ἄλλως ἀποδιδοῖν λόγον, τὸν ἀνθρώπων τὰ Θεοῦ προκρίνοντα. Τίς γὰρ ἂν καὶ δοίη ἐπιτίμιον τῷ μήπω ἠμαρτηκότι, πλην τοῦ βούλεσθαι; Ἡ τίς ἱατρὸς πρὸ νόσου μοτοῖ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον εἴργει μὴ νοσηλεῦσαι τὸν ἐπὶ τοῦτο βέποντα; Καὶ γε ἱατρείας ὄρος, ἢ τὴν ὑπάρχουσαν ὑγίειαν περιφυλάξει, ἢ τὴν ἀποῦσαν ἀνακαλέσασθαι. Ἄλογον δὲ, σύγγνωθι, τὸ μὴ ἤδη προῦσταν, ἀλλὰ μελετωμένην, ἱατρῶν ὡς οὔσαν· οὐ γὰρ ἱατροῦ, ἀλλὰ πτωματιστοῦ τὸ δρᾶμα, ὑφελκομένου προσεμπαρῆναι εἰς πάθος αὐτὸ τὸ εἶτι ἀπαθείς. Τοιοῦτον οἶόν καὶ τὸ τῆς παιδός. Καὶ οὐπω λέγω, ὅτι καὶ τὸ ἀγαθὸν τι ἐθυμηθῆναι τινα, μὴ τοῦτο εἰς πεί-

⁷¹ Isa. vii, 6. ⁷² Num. xxxi, 15. ⁷³ In Epist. ad

ρας ἀγανα, ὑφίξιν κρέμα, καθὰ δ' θεῖος Βασιλεὺς Α
διωρίσαστο.

Ἐνταῦθα δὲ οἶονε! καὶ ἔργιν προὔθηκα τὸ βου-
λευθὲν δια τῆς αἰτήσεως καὶ θείας συντάξεως. Φαίδοι-
σθε οὖν, ὡ φιλοῦμενοι, τα τοιαῦτα παίζετε· ἀκού-
ουτες τοῦ λέγοντος· Ἄγαθὸν μὴ εὐξασθαι, ἢ εὐ-
ξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι. — Οὐχὶ μένονέ μενέ
σοι, φησί; Τί δ' ἐτί ἐψεύσω τῶ Πνεύματι τῶ ἁγίῳ;
Καὶ το ἐξῆς πάρειμι διὰ τὸ δύσπρημον. Καὶ οὐχ ὅτι
κατ' ἀφρονητικῶς ἔχω τῆς παιδός· φειδομαι γὰρ αὐ-
τῆς, ὡς τῆς κόρης μου τοῦ ὀφθαλμοῦ· καὶ δι' ἐαυ-
τὴν ἐφιμένην ἐκ τῆς εὐτέλειας μου θεραπεύεσθαι·
καὶ διὰ τὴν κυρίαν τὴν μητέρα, ἣν εἶδον καὶ πε-
ρίπου, ὡς τὴν ἐμὴν ὁσίαν μητέρα· ἀλλὰ τὸ κρέμα
δειδοικῶς, ὃ παρασταίη ἐν ἡμέρα κρίσεως ἐκείτῃ
τῶ τε ἐρωτῶντι καὶ τῶ ἀποκρινομένῳ· ὡς εκ-
φρακτέον μέχρι καὶ ἀργοῦ τοῦ τυχόντος ρήματος,
μὴ δώσειν ἡμᾶς λόγον τῆ ἀδικία τῆ κριτῆ. Εἰ μὲν
οὖν μήπω ἔξευκται ἡ νεῖνις, ἡ αὐτὸς ἡμῖν λόγος,
καὶ οὐκ ἄλλος ἐναυτίον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· ὃν καὶ
ὡμᾶς εὐλαθεῖσθαι χραιών. Εἰ δὲ συνέξευκται, φεῦ
τῆς ἐμῆς ταλαιπωρίας! δηλωτέον, καὶ τότε δώσο-
μεν τὸ ἐπιτίμιον· οὐδὲν γὰρ ἀβράκευτον τοῖς ἰα-
θῆναι βουλομένοις.

ΝΓ'. — Στεφάνῳ ἀναγνώστῃ, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ.
[σθ']

Cur a Tarasio communione abstinerit. (Baron. an. 809, n. 43.)

Τράμματα ἐδεξάμην τῆς θεοζήλου ἀγάπης σου· C
τῇ μὲν ἐπιγραφῇ ἐξ ἐνός, τῇ δὲ ἐξνάμει ἐκ διαφό-
ρων προσώπων ἐπισταλμένα. Εἶτα γοῦν ἐξ ἐνός,
εἶτα ἐκ πλειόνων, ὀφειλέτης εἰμι ἐρωτηθείς, καθ'
ἴσον οἶόν τε τῇ σμαθία μου, ἀξιόλογον τὴν ἀπίκρι-
σιν ἀποδοῦναι. Ἐκείνο δὲ μοι πρῶτον, ὅτι ὡν κατ-
επαδόμην παρὰ τῆς πολυμνήτου γλώττης σου,
ξένος ἐγὼ ἐπαίνων ἀμάρτυλός ὑπαρχων, καὶ ἀκτι-
όρωτον τὸν βίον κακτημένος. Εἰ δὲ τι γέγονε, Θεοῦ
τὸ δῶρον, διὰ μὲν τῆς τοῦ γεννηθέντος με πνεύ-
ματος Πατρὸς κεχαρισμένου, δι' ὡμῶν δὲ τῶν τῆς
εὐσεβείας ἐρασιῶν ἰκετηρίας πρὸς τὸ ἐξῆς φυλα-
χθυσόμενον ἀπήμαντον. Δεύτερον οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν
ἐξηγορίαν ποιήσομαι· μὴ εὐκρινῶς προσχθείσης τῆς
πέσειως. Ὅλως τὸ ζητούμενον εἰς Ταράσιον τὸν
πατριάρχσαντα περισταθεῖ ὑπολελόγησαι. Ἐγὼ
μὲν οὖν καὶ ἐκπλαίω περὶ τοῦ προταθέντος οὐκ
ἀνευθῶς ἔσχω, πολλὰ συστραφεῖς ἐν ἐμαυτῷ, καὶ
ἀναθεωρήσας τῶν πραγμάτων τὰς ἐκβάσεις. Καὶ
μῖντοι καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ ἐνισταμένους, καὶ
πολλοῖς χρόνοις ἐληπαθῆσαντας, ἐν ἐπαίνῳ καὶ ἀποδο-
χῆς λόγῳ ἔχω· οὐ μὴν παντάπασιν, ὡς δηλώσω ἐρχο-
μαι, καὶ τὸ κτῆσασθαι ὁμογνώμονας ἐπίμεται. Πῶς γὰρ
οὐ, ἐπαικίους ἀνδρικούς ἐπ' εὐσεβεία, δεδειγμέ-
νους;

Ἄλλὰ μετὰ τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου, καὶ τῆς ἐν-
δεχομένης καὶ προσηκούσης δυνάμεως. Ταίγαρόν
ὡδε φαίημι· Τί τὸ τὴν διαφορὰν πρὸς Ταράσιον

etiam eum, qui boni aliquid cogitarit, si ad effe-
ctum non perducatur, iudicio pœnas subiturum,
quemadmodum a divino Basilio non deficitum.

Hic vero etiam opus quodammodo processit,
deliberatum per postulationem divinamque spon-
sionem. Parcite igitur, dilectissimi, in rebus hu-
jusmodi ludere: audientes illum qui dicit: *Melius
est non vovete, quam post votum promissa non red-
dere* 75. — *Nonne manens tibi manserat*, inquit?
quare mentitus es Spiritui sancto 76? Et quod sequi-
tur, horroris causa prætermitto. Neque hæc dico,
quod puellam asperner; parco enim illi, ut pupillæ
oculi mei: tum ipsius causa, cum a mediocritate
mea exoptet remedium, tum Dominæ matris quam
veneror et colo tanquam sanctam matrem meam:
sed iudicium reformidans, quod in die iudicii pa-
ratum est unicuique et interroganti et respondenti;
quod nec subterfugere licet, quominus usque ad
quodlibet verbum otiosum rationem incorrupto
iudicio reddamus 77. Quare, si puella nondum ma-
trimonio est conjuncta, hoc ipsum dicimus et non
aliud coram Deo et hominibus, quod est vos æqui
bonique consulere oportet. Sin autem jam con-
iuncta est, o infelicitatem meam! significandum
est, et tunc pœnam injungamus: nihil enim in-
sanabile est illis qui sanari volunt.

I.III. — *Stephano lectori, et iis cui cum illo.*

Accepi litteras Deum æmulantis charitatis tuæ:
inscriptione quidem tanquam ab uno; sententia
vero tanquam a diversis missas. Sive igitur ab uno,
sive a pluribus, debeo interrogatus, quoad imperi-
tia mea potest, congruentissimum responsum
dare. Primum ergo quibus me celeberrima lingua
tua laudibus exornavit, ab iis ego longe remotus
sum, cum peccator sim, et vitam agam minime
laudabilem. Si quid autem in me est, hoc Dei do-
num est, ejus qui me spiritu genuit Patris preci-
bus tributum, quod et vestris qui pietatem colitis
supplicationibus integrum deinceps conservandum.
Deinde quo pacto respondeam nescio, interro-
gatione haud satis aperte explicata. Omnino que-
stionem ad Tarasium olim patriarcham pertinere
conjeci. Equidem hæc de re proposita jamdudum
non sine cura sui, multa mecum animo versans,
et qui futurus esset rerum eventus considerans,
Nam eos certe, qui pro recto doctæ fuerunt, et diu
gravia perpessi sunt, magnopere laudo et comple-
ctor: non tamen usquequaque, ut mox dicam,
consentientes eos habere velim. Quidni autem? cum
adeo strenuos se pro pietate præbuerint.

Sed tamen cum veritatis verbo, et quatenus fieri
licet et convenit. Ut ergo ad rem veniam, quænam
causa fuit cur a Tarasio discesserimus? Fides? At-

75 Eccl. v. 4. 76 Act. v, 3, 4. 77 Matth. xii, 36.

qui palam quidem orthodoxus erat, sacras synodos sequebatur, et cum aliis patriarchis consentiebat, et maximum antea pro fide certamen sustinuerat.... Eorumne qui ab hæresi revertebantur susceptio? At non ab illo hæc primum instituta: cum a sanctis Patribus triplici modo suscepti fuerint, vel repetito baptismo, ut Pepuzeni; vel pro olei unctionem, ut Ariani; vel per propriæ sententiæ detestationem, ut Nestoriani.

An ordinatio per pecuniam, quæ in depositionem necessario incurrit? Næ id prorsus verum est: tunc enim pastores visi sunt lupi rapaces, altaria effossa sunt, divinæ reliquiæ dedecore affectæ, sacri libri exusti. Quid plura? ipsa Christi imago, præter alias sanctissimas, contumeliose habita et conculcata. Et quis brevi oratione complecti queat, quæ longam narrationem requirunt? Quid quod porro sequens patriarcha ex sæculari ad episcopalem dignitatem repente proventus, idoneus non fuit qui pro spiritu quantum satis erat decertaret? Inde scandala: inde illa quæ jam nos conturbant, eriginem sumpserunt. Vos itaque quo sitis erga illum animo, novistis. Nos vero, ut sigillatim eos qui pecunia ordinati fuerant, audiebamus ab illo non admitti ad communionem, quanquam non ita existimabatur, conveniens esse duximus pacis studio concordiam cum eo retinere: siquidem ad hanc, quoad licet, propendendum est, ut et Theologus ait⁷⁸; ac ubi offensionis suscipio est, melius est assentiri quam pertinacem esse. Neque vero ipsi vos de conscientia vestra depellimus. Vosque vicissim id a nobis in re haud penitus manifesta ne evigile: quandoquidem et persona, et tempus, et experientia conciliare solet eos, qui de hisdem rebus non eadem sentiebant.

Sed quorsum ista ad divinum Germanum regressio? ut inde prorsus ordinatio repetatur. Quid enim, de ibribus qui interjecti fuerunt hæreticis? nullusne est, qui ab illis ordinatus non fuerit, aut ab iis quos illi ordinarant, transmissa porro usque ad Tarasium ordinatione? Quam multi ex oriente et occidente et aquilone et mari venerunt illo temporis spatio, susceptoque sacerdotio Ecclesiæ nostræ per communionem conjuncti fuerunt? Et quam multi sine pecunia ordinati tum fuerunt, ordinaruntque, quamvis forent hæretici? Dei unius est hæc omnia nosse, non autem hominis affirmare: omnesque propterea depositos arbitrari. Sed quoniam homines sumus, hominum more, quæso, res inspicimus: eo quod homo vultum. Deus vero cor intuetur⁷⁹: ac solummodo exigatur oris confessio, quando eam mentiri non liquet: secundum quam et Tarasius ordinationem suscepit: ob quam et viri diligentes ac religiosi qui tum erant, et Tarasius se conjunxerunt et cum eo consenserunt: et repente post synodum discessionem

Α ποιοῦν ἡμῖν [col. Reg. ὑμῖν]; Πίστις; Καὶ δεῦν ἐκ τῶν προφανῶν, ὀρθόδοξος, ταῖς τε ἀγίαις συνόδοις ἠκολούθησας, καὶ ὁμοφρονήσας τοῖς ἄλλοις πατριάρχαις· ἀγωνιστήν· μάλιστα ὑπὲρ πίστεως τὸ πρότερον. Ἡ τῶν ἐξ αἰρέσεως ὑποστρεφάντων παραδοχῆ; Καὶ οὐχ ὑπ' αὐτοῦ καινοτομηθεῖσα· πρὸς γὰρ τῶν ἁγίων Πατέρων· τριχῶς παρεδοχομένων· ἢ διὰ ἀναθεματισμοῦ, ὡς ἡ τῶν Παπουζηνῶν· ἢ διὰ χριστικῶς μύστη, ὡς ἡ τῶν Ἀρειανῶν· ἢ διὰ ἀναθεματισμοῦ τῆς οἰκειᾶς δόξης, ὡς ἡ τῶν Nestorianῶν.

Ἡ ἐν χρήμασι χειροτονία, τις ὑποκίπτε κατὰ τὸ ἀναγκάσιον καθαρῶσαι; Ναί, πανάληθες· καὶ γὰρ τρινηκὰς ποιεῖν λόκοι βαρεῖς ὤφθησαν· κατεκάρθη θυσαστῆρα· ἠτιμώθη θεῖα λείψανα· βίβλοι ἱεραὶ ἐνεπρήσθησαν. Τί πλείον; αὐτῆ ἡ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ πρὸς ἄλλαις σιανοτάταις ἐνύδριστα καὶ κατεπεκίτητο. Καὶ τίς ἂν ἐν ὀλίγῳ διεξέλλοι τὰ μακρᾶς ἱστορίας δειόμενα; Ἀλλὰ νί δε; ὁ μετέπειτα πρόεδρος ἐκ τῆς κοσμητικῆς ὕλης θάπτον εἰς τὸ τῆς ἱεραρχίας ἀξίωμα προβάς, οὐχ οἷός τε γέγονεν ὑπερμαχῆσαι ἱκανῶς τοῦ πνεύματος; Ἐντεῦθεν τὴ σκάνδαλα· ἐκεῖθεν καὶ τὰ ἄλλα ταράττοντα τὴν εἰρηνίαν ἐβλήθη. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ὅπως τὰ πρὸς αὐτὸν ἔγρατε, ἔστε. Ἡμεῖς δὲ, ἐπειδὴ ἐν τῷ μέρει τῶν ἐν χρήμασι χειροτονηθένων ἠκούομεν παρ' αὐτοῦ μὴ προσίαθα· αὐτοὺς εἰς κοινωνίαν, κἂν οὐχ οὕτως ὑπενοεῖτο, συμφῆρον ἠγγασάμεθα διὰ τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμόνοιαν· ἐπεὶ περ φησὶ καὶ ὁ Θεολόγος· Ἔως ἐξόν, ἀποκλιτίον πρὸς ταύτην. Καὶ οὐ τὸ λαποῦν ὑπόνοια, βέλτιον τῆς αὐθαδείας ἢ συγκατέθεσις. Καὶ οὕτε ἡμεῖς καθήλομεν ὑμᾶς τῆς συνδησεως· μηδ' αὐτοὶ ἀπαίτοῖτε ἡμᾶς τῆς οὐ προφανοῦς ἡμῖν διαγνώσεως· ἐπειδὴ καὶ πρόσωπον καὶ χρόνος καὶ πείρα διαλλάττειν ποιεῖ τοὺς μὴ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὡπαύτως φθάσαντας.

Ἄλλον δὲ χωρισμὸν οὐκ ἐπιδέχεται ὁ λόγος τῆς ἀληθείας. Πρῶτον μὲν, ὅτι ἡ σύμβασις τοῦ ἁγίου Πνεύματος διασπᾶται ἢ καθομολογηθεῖσα ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐπὶ τῇ μοναχικῇ τελειώσει · οὐ τί ἂν εἴη θλιωτότερον ; Καὶ γε ἀρμόζει κἀνταῦθα ὁ λόγος τοῦ Κυρίου · Οὐκ ὁ Θεὸς ἐξευξεν, ἀνθρώπος μὴ χωριζέτω. Εἰ γὰρ ἐκεῖ, καίτοι ἐπὶ σαρκικῇ ζεύξει, ἀπηγόρευται ὁ χωρισμὸς · πόσῳ γε μᾶλλον ἐπὶ πνευματικῇ συναφείᾳ ; εἰ μὴ τι ἄρα παίζονται τὰ θεῖα · ἀλλ' ἀπαγε ! πιστὸς ὁ λόγος τοῦ μυστηρίου, ἐπὶ τε ἀφίσει τῶν ἡμαρτημένων, ἐπὶ τε δεσμῶ ἀλύτῳ τῆς συναφείας. Ἐπειτα πῶς οἰκοδομηθήσεται ἡ ἀδελφότης ἐξ ἧς ἀπορρήγνυται, εἴπερ ἀσύμυτος ἢ ἡ ἀπολελυμένη παρὰ τῆς καθηγουμένης ; καὶ οὐχὶ μᾶλλον ὑπαχθήσεται εἰς διάστασιν τῷ ὁμοίῳ ζῆλῳ τενομένη, νῦν μὲν αὕτη, πρὸς δὲ τὸ ἐξῆς ἑτέρα, καὶ μετ' οὐ πολὺ ἄλλη (καὶ οὕτω τὸ ἄριον σῶμα τοῦ Χριστοῦ οἰχθήσεται καὶ διαφραθήσεται πάμπαν), ἐκ τῆς πρώτης βαλβίδος ἀφορηθεῖσα ; καὶ τοῦ οὐαί κληρονόμος, ὡς βοᾷ ὁ ἅγιος Βασίλειος, ἡ τοῦτο ὄλον τὸ κακὸν ἀπεργαζομένη. Οὐτε γὰρ στάσιν, οὔτε βᾶσιν ἐξεῖ, οὔτε ἡ σὴ μονή, οὔτε ἑτέρα, ἢ οὕτως πράττουσα. Ὡστε ὁ ἀπειθῶν, ἀπειθεῖτω · καὶ ὁ ἁμαρτωῶν ἁνομιεῖτω, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Σὺ δὲ σώζουσε σῶζε τὴν ἑαυτῆς ψυχὴν, μὴ προιεμένη τοὺς νόμους τοῦ Θεοῦ · ἀλλ' ἐρηραιομένη ἐν ταῖς διδασκαλίαις τῶν ἁγίων · ὡν πρῶτος ἐν τούτοις ὁ μέγας Βασίλειος · καὶ μετὰ δυνὸν ἢ τριῶν παρθένων φθάσης σύζη · Ὅπου γὰρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς ἐν τῷ ὀνόματι μου, φησὶν ὁ Κύριος, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν · οὐ μὴν μετὰ παρανομούντων, καὶ μυρία ὄσων.

РЪЗ' (91). — Δωροθέῳ τέκνῳ. [ψ'βγ'.]

Ἐγνων, τέκνον ἡγαπημένον, καὶ ἐκ τῆς ἀριῶς γραφείας σου ἀποστολῆς, ἐπὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς πιστὸν τε καὶ ἀγαπητὸν σου · ὅπερ ὅτι γνήσιον σμα ἀληθινῆς ὑποταγῆς · εἰ καὶ ἡμεῖς ἁμαρτωνοὶ καὶ οὐδαμνοί. Ἐφ' ᾧ καὶ συντηρηθείης πρὸς τὴν ἐξῆς, εὐαρτεσθῶν Κυρίῳ, καὶ διαλάμπων τῇ ἀρετῇ ἐν τῇ ἀδελφοτητί σου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς. Φύσιν γὰρ οὐκ ἔχει κρύπτεσθαι τὸ ἀγαθόν · ἀλλὰ καὶ μᾶλλον λαυβάνειν δοκοῦν, εὐδῆλον τὸν ἡγάταν ἀποκαθίστησιν · ὡς πόλιν Θεοῦ χρηματίσω, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἄλλὰ τοῦτο μὲν ἐπὶ τοσοῦτου. Περὶ δὲ ἧς ἐσήμανας ὑποθέσεως, ἤγουν τοῦ κοινῆς μνήμης τοῦ δεινός, ὀφείλεις ἐξ ἑαυτοῦ συνορῆν, ὅτι εἰ μὲν ἐν τῷ θανάτῳ προκοινωνῶν ἐν τῇ αἰρίσει διὰ φόβον ἀνθρώπων ἔστι ἐξαγορεύων, καὶ οἰσὶν ἐπιτι-

⁴⁶ Galat. vi, 2. ⁴⁷ Matth. xix, 6. ⁴⁸ Apoc. xxii, 11. ⁴⁹ Matth. xviii, 20. ⁵⁰ Psal. xlvii, 9.

NOTE.

(91) In cod. Reg. σ'.

πρὸς τινας, εἴθ' οὕτως τῆς ὀρθοδόξου κοι-
 νικαύτη συναπέτη· ἔχει φύσιν ἐν μνη-
 τάττεσθαι ὀρθοδόξων· τοῦ ἀγαθοῦ ἡμῶν
 ἐ πολλῶν φιλευθροπικῶν, ἐκ' αὐτῆς τῆς τε-
 ῶρας δεχομένου τὸν μεταμειλούμενον, καὶ
 ν κρίνοντος. Ὡστε εἰ οὕτως ἐγένετο, ποιη-
 ουργίας ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς Θεὸν οὐ παραιτη-
 δε οὐδὲν τούτων γέγονεν, ἀλλὰ κοινωνῶν ἦν
 ει, καὶ οὐκ ἔφθασε μετασχεῖν τοῦ σώματος
 τος τοῦ Κυρίου· αἰρετικὸς γὰρ ὁ ἄρτος
 αι οὐ σῶμα Χριστοῦ (Οὐ τολμητέον εἰπεῖν
 τερὶ αὐτοῦ ποιεῖν)· οὐδὲ γὰρ κατὰ τὰ
 ἦν μὴ ἀκούσῃ ὁ αἰτῶν περὶ τοῦ τοιούτου·
 και οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖ-
 ο τι λέγειν οὐκ ἔχω, ὅσον τὸ κατ' ἐμὴ γνώση-
 ηθίς. Οὐδὲ μὴ γὰρ κοινωνία φῶτι πρὸς
 οὔτε ἐν τῷ μέρει τῶν ὀρθοδόξων τετάξεται ὁ
 νῶν τῆ ὀρθοδοξία, καὶ ἐν τῆ ἰσχάτῃ ὥρα.
 εἰρηθῆ, ἐκεῖ καὶ κριθήσεται· καὶ οἷον ἐφῶ-
 ε πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν, τούτω καὶ συναρι-
 η. Τὸ λοιπὸν εὔχου ὑπὲρ ἐμοῦ. Ἀσπάσεται
 ρς ὁ ἀρχιεπίσκοπος, καὶ οἱ ἀδελφοί σου.
 σου ἀδελφοῦ ὡς τέκνα μου προσαγορεύω·
 ἦν κυρίαν Θεῖαν ὡς θυγατέρα ἐν Χρι-

A quopiam castigatus, atque ita orthodoxæ commu-
 nionis particeps factus est, in eaque defunctus con-
 sentaneum est ut in orthodoxorum commemoratio-
 nibus locum habeat, bono Deo nostro per summam
 clementiam in ultima illa hora pœnitentem susci-
 piente, ibique eum judicante. Quare si ita se res
 habuit, non recusandum est quominus publicæ
 preces pro illo fiant ad Deum. Sin autem horum
 nihil factum est, sed qui hæresi communicabat,
 non ante particeps fuit corporis et sanguinis Domini
 (hæreticus enim panis ille et non corpus Christi),
 non audendum est dicere, ut pro illo synaxis fiat.
 Neque enim ludicra sunt divina, ut non audiat qui
 pro illo petit: *Petitis, et non accipitis, eo quod male
 petatis*³¹. Aliud quod dicam non habeo, quoad pos-
 sim id quod verum est cognoscere. *Nulla enim est
 societas luci ad tenebras*³²; neque in orthodoxorum
 parte collocabitur, qui orthodoxiæ vel in ultima
 hora non communicat. Ubi enim fuerit deprehen-
 sus, ibi judicabitur; et quale viaticum sumpserit
 ad vitam æternam, ex eo connumerabitur (93).
 Quod reliquum est, ora pro me. Salutatur te domini
 archiepiscopus, et fratres tui. Fratres qui
 tecum sunt, ut filios saluto: tum et dominam
 Theclam ut filiam in Christo.

— Ἀβολίῳ καὶ Ἰωάννῃ μονάφουσιν.

CXCVIII. — *Abolio et Joanni monachis.*

De sancta imagine.

ορίαν ἡμῶν τῶν ἁγίων κομισάμενος παρὰ
 οὐ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου καὶ πνευματι-
 ῶς, οὐ μόνον ἐξεδιδάχθητι τὴν ἡ ὁσία καὶ
 ἡμῶν δυάς· ἀλλὰ γὰρ καὶ προστράπην
 ἡμῖν τήνδε τὴν οἰκτρὰν συλλαβὴν. Ἡμεῖς
 μὲν καὶ ἁμαρτωλοὶ, ὅμως φιλοῦντες ἡμᾶς
 ἡγάπη, ἧς οὐδὲν προτιμότερον. Ἄλλως
 ἀκοῆν πληροῦντες, ἐπεδῶκαμεν ἑαυτοὺς τῷ
 Καὶ δὴ εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ, ὅτι καὶ
 τῷ σεισπῶ τῆς Εἰκονομαχικῆς αἰρέσεως
 ἐμείνατε, ἅγιοι Πατέρες, μὴ ἀλόντες τῆ
 ψυχροφθῶρα κοινωνία· ἀλλὰ τῆ φυγῆ τὸν τοῦ
 ῥισμακάριστον [cod. Reg. θεομακάριστον]
 κομισάμενοι, ἀεὶον ὄντως τῆς ἀρετῆς καὶ
 τῶν προδιηγουμένων ἡμῖν ἀσκητικῶν
 Διότι ἐκ τῶν ἠδὴ φθασάντων ἀπόδειξιν
 τὴν τοῦ προτέρου βίου, εὐ τε καὶ ὡς ἐτέ-
 δι πᾶν ὁσιότητα ἀμπεχόμενοι ἐνεδύσασθε
 ἡμολογίαν Χριστοῦ, ἀμφοκαλλεῖς γενόμενοι.
 γὰρ Χριστοῦ, Πατέρες, ἡ τῆς ἁγίας αὐ-
 ρς ὑπερμάχησις· ὡς καὶ ἐμπαλιν ἁθῶν
 τὸν ὁ ταύτην ἐξαγορεύμενος· διότι, φησὶν ὁ
 ἰλιος, ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτό-
 ζαίνει [cod. Reg. ἀναδαίνει]· καὶ ἐν ἑκατέ-
 ν καὶ ὁρώμεν ἔστι καὶ προσκυνούμενον·
 ὁ θηριώνυμος, καὶ τοῦ Σατανᾶ ὑπερότης,

Cum salutationis officium vestro nomine, viri
 sancti, accepi ab Isaia episcopo Dei amantissimo,
 ac spirituali patre, non modo intellexi, quam san-
 ctum par Patrum eitit vos duo; sed et impulsus sum
 ad hanc miserabilem epistolam exarandam. Nos
 vero, humiles licet ac peccatores, vos tamen opta-
 mus ad charitatem incendere, qua nihil præstabili-
 us est. Alioqui et morem vobis gerentes, animum
 ad scribendum adjecimus. Et sane gratias Deo agi-
 mus, quod et vos in procella hæreseos Iconoma-
 chiæ perstitistis immoti, Patres sancti, minime ir-
 reliti pestifera illius communionis: sed arrepta
 fuga ter felicem persecutionis coronam adepti estis,
 vere virtutis præmium, ac certaminum quæ prius
 in vita monasticâ sustinulistis, illustre documentum.
 Quare ex his quæ jam cōtūgere, specimen quilibet
 prioris vitæ colligat, dum et dispari modo se gerit.
 Sanctimonia vitæ ornati, Christi quoque cōfessio-
 nem induistis, utraque jam laude conspicui. Con-
 fessio enim Christi est, Patres, sanctæ ipsius ima-
 ginis propugnatio: ut et vice versa Christum des-
 picit, quisquis hanc negat: « Quoniam, inquit ma-
 gnus Basilius, imaginis honor transit ad prototy-
 pum: et alterum in altero cernitur et adoratur; »
 quantumlibet Leo, cui congruum a fera cogno-
 men, Satanæ administer, Constantini, qui pridem

iv, 3. ³¹ II Cor. vi, 14.

NOTÆ.

cod. Reg. ριβ'.

hac sententia, quæ tanquam ex Scriptura citatur a Patribus, videsis quæ notavit Cotelerius
 tm. *Eccl. Græcæ*, pag. 821.

exstitit, impietatis æmulatione ferociter adversus Christum insaniat, adversus Deiparam, sanctumve quemlibet : cujus memoria periit cum sonitu ⁵⁵ anathematis sempiterni. Vos vero utinam servemini, Ecclesiæ Dei columnæ ac firmamenta, nobis autem humilibus, apud optimum Deum defensores ac patroni : ut fidem habentes quæ per charitatem operatur ⁵⁶, a maligno servemur. Quandoquidem vero litteras ad vos misimus, charitatis officium explentes : vicissim et a vobis scripta reddatur epistola ; ut magis invicem agnoscamus, et mutuo veluti perfruamur aspectu, commercio litterarum, in Christo Jesu Domino nostro : cujus imago incorrupta, mundi salus, idolorum errori opposita.

CXCIX. — *Michaeli et Theophilo impp.*

De fide orthodoxa, et de sanctis imaginibus. (Baron. an. 823, n. 14.)

Regibus piissimis et religiosissimis a Deo Augustis et imperatoribus, apologia et allocutio eorum qui hic atque illic dispersi sunt.

Perspectum est iis qui ratione præditi sunt, Deum regem universorum, terreni imperii rem nomenque propterea naturæ humanæ concessisse, ut terra, imitatione cœli, pacem atque tranquillitatem obtinens, parili eum laude et adoratione prosequatur. Cujus nunc habenas divino sortitum suffragio vestrum Christi æmulum imperium, jure nos minimos advocavit, ut cum iis sermonem conferamus, qui circa fidei doctrinam a nobis dissentiant : ut hinc nimirum cognoscatis ultra pars verum proferat, et huic palmam tribuatis, ut non sint inter nos schismata, sed idem omnes orthodoxe sentiamus. In quo quidem vestrum laudavimus perdiscendæ fidei studium ; ac magis etiam pacis componendæ consilium laudavimus ; quo subditorum utilitati ac saluti consulitis. Et vobis quidem hinc præmium erit, in claritate claritas ineffabilis, et in regno regnum sempiternum. Verum, o domini optimi et Deo amantissimi, non potest magnum hoc et exoptandum facinus tam facili negotio et sine labore confici : quoniam magnarum rerum semper sunt difficultates. Quid hoc sibi vult ? Primum quidem, quoniam adversarii nostri longo tempore, et per synodicos conventus in opinionibus suis obfirmati sunt ; nos vero, apostolorum Patrumque sanctionibus prohibemur sermonem de fide cum iis conferre, qui sic sunt errore occupati. Deinde, quoniam hujusce rei judicium non ad alios pertinet, quam ad eos, qui soli hanc a Domino potestatem per Spiritum acceperunt, consentientibus et comprobantibus etiam vobis, qui ad hoc ipsum a Deo præcipue vocati estis. Sincera autem

⁵⁵ Psal. ix, 7, 8. ⁵⁶ Galat. v, 6.

ἄλλη τῆς τοῦ παλαιῦ Κωνσταντινου δυσσεβείας μωκεῖ ἰμάνη κατὰ Χριστοῦ, τῆς τε ἁγίας Μητρὸς αὐτοῦ, καὶ παντὸς ἁγίου · οὐ τὸ μνημόσυνον δλοιο ματ' ἔχους ἀναθήματος αἰωνίου. Ὑμεῖς δὲ φυλαχθεῖτε τῆ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ στύλοι καὶ ἰδρανώματα, ἐμὲ τε τοῖς ταπεινοῖς πρὸς Θεὸν τὸν ἀγαθὸν προσκισταὶ τε καὶ παρακλήτορες · ὡς ἂν τὴν πίστιν ἐνεργουμένην δι' ἀγάπης ἔχοντες, σωθῆμεν ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ἐπειδὴ δὲ ἐπιστεῖλαμεν τὸ τῆς ἀγάπης ἔργον πληροῦντες · καὶ ἀντιδεξοίμεθα λόγον ἐγγράμματον · ἵνα μᾶλλον καὶ γνωρίσωμεν ἀλλήλους, καὶ ὡς ὀρώμεν ὀρώμενοι τῆ γραμματικῆ προσφωνήσῃ διαμανοῦμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν · οὐ ἢ ἀχραντος εἰκὼν σωτηρία κόσμου, τῆς εἰδωλικῆς πλάνης ἀντίθετος.

B Ρ'θ' (93). — *Μιχαὴλ καὶ Θεοφίλῳ βασιλεύσιν.*
[ψζε']

Βασιλεῦσι θεοφιλεστάτοις καὶ εὐσεβεστάτοις ἐκ Θεοῦ Ἀγίουστοις καὶ αὐτοκράτορσιν, ἀπολογία καὶ προσφώνησις, παρὰ τῶν ὧδε τε καὶ ἐκεῖσε δισσαρμένων.

Ἐγνωσμένον ἐστὶ τοῖς λόγου μετέχουσιν, ὅτι ἡ παμβασιλεὺς τῶν ἀπάντων Θεὸς, τὸ τῆς ἐπιγίαιου βασιλείας χρῆμα τὸ καὶ ὄνομα τούτου χάριν ἐδώρησατο τῆ ἀνθρωπείᾳ φύσει, ἵνα μιμηθεῖται τῶν οὐρανίων καὶ τὰ ἐπίγεια τὸ εἰρηναῖον καὶ ἀστασιαστικὸν κεκτημένα, σύμφωνον ἀγοίεν τὴν εἰς αὐτὸν δοξαλογίαν τε καὶ προσκύνησιν. Ἦς τὰς ἡνίας λαχούσα θεοκρίτως ἡ ὑμετέρα Χριστομίμητος βασιλεία, ἐκὼτως προσέκλιθεν ἡμᾶς τοὺς ἐλαχίστους, ὡς λόγου ἐλθεῖν μετὰ τῶν ἀντιδιατεθειμένων ἡμῖν τῆς πίστεως λόγῳ · ὡς ἂν ἐντεῦθεν γνοίη πότερον μέρος τὸ ἀληθὲς πρᾶσθῆναι, καὶ ταύτη δοίη τὰ νειτήρια · εἰς τὸ μὴ εἶναι σχίσματα ἐν ἡμῖν, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ φρονεῖν ὀρθοδόξως ἀπαντας. Ἐφ' ᾧ ἠνέσαμεν μὲν ὑμῶν τὸ φιλομαθὲς τῆς πίστεως, ὑπερῆνεσαμεν δὲ τὸ εἰρηνοθελεῖς τῆς προαιρέσεως · τὸ οὕτως ἐφιμένους ἐπ' ὠφελείᾳ καὶ σωτηρίᾳ ὑπήκοον καταστήσασθαι. Εἴη γὰρ ὑμῶν ἐντεῦθεν ἀμειψίς, ἐπὶ λαμπρότητι λαμπρότης ἀβρότης, καὶ ἐπὶ βασιλείᾳ βασιλείᾳ ἀτελεύτητος. Ἄλλ', ὡ δεσπότηαι κράτιστοι καὶ φιλοθεώτατοι, οὐχ οἷόν τί ἐστι τοῦτο τὸ μέγα καὶ πάλαιθεν κατὸρθωμα ἀπλῶς οὕτως καὶ ἀκαρπῆς γενέσθαι · διότι τῶν μεγίστων πραγμάτων μέγιστα συναναφαινόνται καὶ αἰ τληπαθήσεις. Τί τοῦτο ; Πρῶτον μὲν, τὸ τοὺς ἐναντιούμενους ἡμῖν, χρονίως τε καὶ συνοδικῶς πεπαγίσθαι ταῖς οἰκείαις δοξασίαις · ἐμὲ δὲ ἀποστολικῶς τε καὶ Πατρικῶς κεκωλύσθαι συναίμαι μετὰ τῶν οὕτω κεκρατημένων τὸν περὶ πίστιν λόγον. Ἐπειτα, ὅτι καὶ ἡ περὶ αὐτοῦ κρίσις οὐχ ἄλλοις ἀνήκει, ἢ μόνοις τοῖς ὑπὸ τοῦ Κυρίου τὴν ἐξουσίαν διὰ τοῦ Πνεύματος εὐληφῶσι, συναϊρομένων τε καὶ συνεπισπραγγομένων ὑμῶν

NOTÆ.

(93) In Cod. Reg. σα'.

ι τούτω ὑπὸ Θεοῦ προηγουμένως κακῆ- A
Τὸ δὲ ὑγιὲς καὶ ἀμώμητον τῆς Χριστια-
ῆς ἡμῶν θρησκείας φρόνημα ὅποιόν ἐστιν,
ον ἐκθέσθαι.

ύομεν εἰς ἓνα Θεόν, τὸν ἐν Πατρὶ τε, καὶ
ἐν Πνεύματι ἁγίῳ προσκυνουμένον τε καὶ
ζόμενον· τὴν πολυύμνητον, παντουργὸν καὶ
Τριάδα, κατὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἁγίων τριακοσίων
κι ὀκτώ Πατέρων παραδοθὲν ἡμῖν θεόπνευ-
ύμβολον· δι' οὗ πᾶσα αἵρεσις ἐκκέκρουσται,
ι' οὗ πᾶσα ἁγία σύνοδος ἤρτηται, οἷάπερ
ῆς κλάδοι, καὶ πηγῆς ποταμοί. Ἐντεῦθεν
δευτέρα τὴν κυρίαν φωνὴν τοῦ Πνεύματος
εν. Εἶτα ἡ τρίτη τὴν ἁγίαν Μαρίαν Θεοτό-
αυτὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀποκυ-
ἐκάρυξεν. Ἐπειτα ἡ τετάρτη ἐκ δύο καὶ ἐν B
ῖσει καθ' ὑπόστασιν ἐνικῆν τὸν Κύριον ἡμῶν
Χριστὸν ἰδογματίσεν. Εἶτα ἡ πέμπτη τὴν
τῆς ἐπισφραγίσασα, Ὁριγῆνην τε καὶ τοὺς
ὑτὸν Προῦπαρκτίαις ἀνεθεματίσεν. Ἐπειτα
ἀκολούθως ταῖς δυοὶ φύσει, δύο θελήματά
ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ ἐνός Χριστοῦ ἐξεδίδαξεν.
ἵπερον ἡ ἑβδόμη, ἐπομένως ταῖς πρὸ αὐτῆς,
λα πάντα τὰ ἐπὶ τοῦ ἐνός Χριστοῦ φυσικά
α, τὸν αὐτὸν ἀπερίγραπτον κατὰ τὸ ἄρατον,
ριγραπτὸν κατὰ τὸ ὁρώμενον ἀνεκάρυξε·
τρόποις ἐρηρειαμένως τὸ ἀληθὲς ἔχουσα·
ρυσικὸν δόγματος, παρὰ τε Πατρικῶν χρῆ-
ικ τε συνοδικῶν ἐκφωνήσεων, καὶ παρὰ ἁρ-
θεσμοθεσίας. Κατὰ μὲν οὖν φυσικὴν ἀκολου-
ῖερε εἰπεῖν, ὁ εὐαγγελιστῆς Ἰωάννης ὑποδεί- C
ῖτων· Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ
ῖσεν ἐν ἡμῖν. Εἰ τοίνυν ὁ Λόγος σὰρξ ἐγέν-
ῖλον ὅτι ὡς μὲν Λόγος, ἀπερίγραπτος· ὡς δὲ
τριγραφόμενος. Καὶ ἐσχῆνωσεν ἐν ἡμῖν·
τὸ σκηνοῦν, καὶ ἕτερον ἢ σκηνή· καθ' ἕτερον
ιγράφοιτο· καθ' ἕτερον δὲ περιγραφῆς ἀνώτερος.
τοῖς σημείοις ἀνθρώπου γεγονέναι ἐπιγνω-
μ, εἰ μὴ τὸ τῆς ἐξεικόνιστος ἰδίωμα, ὅπερ
ῶτον ἐν μεμορφωμένῳ ἀνθρώπῳ, φυσικῶς
ι· οὗ· τῆ ἀναιρέσει, φροῦδος ὁ ἀνθρώπος;
ῖν ἀνθρώπος ἀληθῶς· οὐκοῦν καὶ ὡς ἀνθρω-
ριγραφόμενος, ὁ ὡς Θεὸς ὢν ἀπερίγραπτος
τερ λόγῳ μεσίτης. Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐχρη-
, ὡς τὰ ἀμφοτέρα ἄκρα πρὸς ἑαυτὸν συν-
καὶ ἀμφοτέρα ὑπάρχων, καὶ τὰ τῶν ἀμφο-
ῖξ ὢν συνετέθη, φύσεων ἰδίωματα ἐν μιᾷ D
τει ἀνελλιπῶς κεκτημένος· ἐκ τε Πατρὸς, σὺν
αὶ τὸ ἀπερίγραπτον· ἐπεὶπερ εἶρηκε· Πάντα
: σὰ ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά· ἐκ τε Μητρὸς,
ᾶσι, καὶ τὸ περιγραπτὸν· ἐπεὶπερ γίγρα-
ύ γὰρ δὴπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται,
σπέρματος Ἀβραάμ ἐπιλαμβάνεται.
φειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. Ἐν
' ἑκατέραν φύσιν ἀναιρούμενον ἰδίωμα, συναν-
an. i, 14. ⁵⁶ Joan. xvii, 10. ⁵⁷ Hebr. ii, 16.

et incorrupta Christianissimæ religionis nostræ
sententia qualis sit, necesse arbitror exponi.

Credimus in unum Deum, qui in Patre, et Filio,
et Spiritu sancto adoratur et conglorificatur : lau-
datissimam omnium effectricem et principem Tri-
nitatem, juxta nobis traditum a trecentis octodecim
sanctis Patribus symbolum divinitus inspiratum :
per quod omnis hæresis explosa est, et a quo omnis
sancta synodus pendet, tanquam rami a radice, et
a fonte fluvii. Hinc enim secunda propriam Spiritus
vocem declaravit. Dein tertia sanctam Mariam
Deiparam, ut quæ ipsum unigenitum Dei Filium
enixa esset, pronuntiavit. Tum quarta ex duabus et
in duabus naturis singularem secundum hyposta-
sim Dominum nostrum Jesum Christum asseruit.
Postmodum quinta, eam quæ præcesserat consi-
gnans, Origenem, et asseclas ipsius Prohyparctitas
(93^o) anathemate damnavit. Tum sexta, conse-
quenter ad duas naturas, duas quoque voluntates
et operationes in uno Christo esse docuit. Demum
septima, superiores sequens, uti duplices omnes in
uno Christo naturales proprietates, ita eundem in-
circumscriptionem juxta id quod non cernitur, cir-
cumscriptionem vero juxta id quod cernitur, esse
sanxit : quaternis modis fundatam tenens verita-
tem : ex naturali nimirum doctrina, ex Patrum
auctoritatibus, ex synodicis decretis, et ex antiqua
consuetudine. Secundum naturalem ergo conse-
quentiam, verbigratia, evangelista Joannes demon-
strat, cum ait : *Et Verbum caro factum est, et habi-
tavit in nobis* ⁵⁶. Etenim si Verbum caro factum
esset, perspicuum utique, quod, ut Verbum, incir-
cumscriptionem ; ut caro, circumscriptionem. *Et habita-
vit in nobis* : cum aliud sit quod inhabitat, et aliud
ipsum habitaculum ; secundum alterum circumscri-
betur ; secundum alterum autem omnem circumscri-
ptionem excedit. Et vero quibusnam signis ho-
mæ esse cognoscetur, nisi assimilationis propieta-
tem, quæ in efformato homine prima est, naturaliter
obtimeat : qua sublata, vanus et nullus est homo ?
Atqui homo vere est : ergo, ut homo, circumscri-
ptus ; et ut Deus, incircumscriptionem. Qua quidem
ratione mediator Dei et hominum factus est, ut
qui extrema ambo in seipso conjunxit, et utrumque
existit, et utriusque, qua constat, naturæ proprie-
tates in una hypostasi plene et sine defectu habet :
ex Patre, cum aliis omnibus, incircumscriptionem ;
quippe qui dixit : *Omnia mea tua sunt, et tua mea
sunt* ⁵⁶ ; et ex matre, cum reliquis omnibus, etiam
circumscriptionem : quia scriptum est : *Non enim
angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehen-
dit* ⁵⁷. Unde per omnia fratribus assimilari debebat.
Vel unica igitur in alterutra natura proprietas si

NOTÆ.

) Animarum præexistentiæ assertores.

tollatur, omnes ejusdem ordinis aliæ simul tollan- A tur necesse est. Sublatis autem proprietatibus, una utique tolluntur et earum naturæ.

Testis horum sacer martyr Justinus, ejus in quodam libro hæc sunt verba. « Nihil enim in rebus id quod est permanet, si unum, vel solum ex his, quæ naturaliter ei insunt, deficiat. » Atque hinc cassa et vana per novam hypothèsim fiunt fidei nostræ mysteria. Congruenter autem evangelistæ Apostolus hæc ait : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo ; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*⁵⁵.

Igitur si, in forma Dei cum esset, formam servi accepit, sine controversia, quatenus quidem in forma Dei est, imagine non exprimitur ; quandoquidem Deus supra comprehensionem est : quatenus B vero formam servi accepit, exprimitur, quoniam comprehensioni, quæ tactui et coloris subest, servilis forma subjicitur. Quomodo enim in similitudine hominifaculus credetur, nisi hominum more aptus sit qui per imaginem exprimitur ? Quomodo rursus et habitu inventus ut homo dicetur, nisi humano habitu pictus cernatur ? Videtis, o serenissimi, quo pacto, qui per omnia fratribus assimilari debuit, quibuscum ex æquo carnem ac sanguinem habuit, ex æquo pariter exprimi, sicut illi, necessario debeat. Sin minus, similis factus non est : mentitusque est qui dixit : Et natura immutata est. Et tamen Deus ipse ac Verbum alicubi dixit : *Quid me queritis interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a Deo*⁵⁶ ? Nunquam autem, qui non exprimitur, hominem se ipsum fecit : nec, qui occidi queat, non idem etiam natura exprimi possit ; alterum enim alterum interficit confirmat. Hic est *mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu*⁵⁷, sicut beatus Petrus dixit. Quid autem hoc aliud nisi, quam dicere, exprimi secundum carnem, qui exprimitur spiritu ? Hic est, qui dixit : *Qui manducat me, et ipse vivet propter me*⁵⁸. Minime autem qui circumscriptus non esset, manducari se diceret, nisi forte phantasma quoddam foret. Quod quidem si admisserimus, in Manichæorum opinionem prolaberemur, magnum pietatis mysterium destruentes.

Ille siquidem in aspectabili et non aspectabili Filium propriam substantiam in monte manifestasse dicit, non duas habentem naturas, sed unicam. Quare ii pariter, qui non circumscribi Christum affirmant, tanquam naturam unam prædicantes, in ejus sententiam devolvi convincuntur. Quod enim incircumscriptum, idem incorporeum. Neque vero, eo quod circumscribitur, idcirco in duas personas unica Christi persona, ut quidam putant, dividitur. Quoniam neque natura imaginis ac prototypi secundum hypostasin dividitur ; sed ex substantiæ ratione differentiam sortitur. Ait enim sapientissimus Dionysius : « Utcumque in utroque

αἰρεῖν πρῶτον ἐξ αναγκαίου πάντα τὰ αὐταυτοῦ. Ἄναγκασμένοι δὲ τῶν ἰδιωμάτων, ἴσως συναναίρουται καὶ αἱ τούτων φύσεις.

Καὶ μαρτυρῶ τῷ λόγῳ ὁ ἁγῶς Ἰουστίνος ὡδὲ που λέγων. « Οὐδὲν γὰρ διακινεῖ τῶν ἔντων, ὅτι ἐστὶν, ἑνὸς καὶ μονοῦ τῶν προσόντων αὐτῷ φυσικῶς ἀλλοιωτότος. » Καὶ τοῦτον φροῦδα τὰ τῆς πίστεως ἡμῶν ἐκ τῆς κακῆς ὑποθέσεως καθίσταται. Ἐποικίως δ' οὖν τῷ εὐαγγελιστῇ καὶ ὁ Ἀποστόλος ταῦτα φησὶν. Ὅτι ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπαρχῶν, οὐκ ἀρπαγῶν ἠγάσθη το εἶναι ἴσα Θεῷ. ἀλλ' αὐτὸν ἐκένωσε μορφῇ δούλου λαβὼν. Τοῦτον εἶπερ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπαρχῶν αἰετῶν δούλου ἐγένετο. ἀναντηρήτως ἢ μὲν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχει, οὐκ ἐκένωσεν. ὅτι περὶ το Θεοῦ ὑπερ καταπέψεν. ὁ δὲ μορφῆ δούλου ἔλαβεν, ἐξοικονίζεται, ὅτι ὑπερ καταπέψεν τῆς ἐν αὐτῷ καὶ χραιᾷ ἡ δούλικῆ μορφῇ περιορίζεται. Πῶς γὰρ ἂν ἐν ὁμοιωματι ἀνθρώπων γεγονέναι πιστευθῆσεται, εἰ μὴ ὁμοίως τῶ ἀνθρώποις ἐξοικονισθῆσεται πικρῶς ; πῶς δὲ καὶ σχηματοῦ εὐρεθῆναι ὡς ἄνθρωπος λαχθῆσεται, εἰ μὴ τῷ ἀνθρώπινῳ σχήματι ὑγραμμῶν ὑποστατοῦ ; Ὁσά τε, ὡ γαλιλουθατοῦ, πῶς ὁμοιωματικῶς κατὰ πάντα τοῖς ἀνθρώποις ὁμοιοῦμενος, οἷς καὶ πανσπερμῶς μετετετακται σαρξὸς καὶ αἵματος, ἐξ αναγκαίου ἔχει τὸ ἐπίστας τοῖς τοῖς ἐξοικονισθῆσεται. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ὁμοιωταί, καὶ διεψεύσεται ὁ ἀποστολῆματος. Καὶ ἡ εὐαγγελιστῆ παραθήλαται. Καὶ μὲν αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Ἄγγελος ὡδὲ που, περὶ. Τε με ζητεῖτε ἀποκτείνεαι, ἄνθρωπον, ὅς τὴν ἀλήθειαν ὑμῶν λέγειται. ἢ ἤκουσα παρὰ τοῦ Θεοῦ ; Οὐκ ἐκένωσεν ἐξοικονισμένος ἄνθρωπον αὐτὸν εἰποιεῖται. οὐδ' ἂν περικῶς ἀποκτείνεσθαι, μὴ οὐχὶ πικρῶς ἐκ τοῦ ἐξοικονισθῆσθαι. ἕτερον γὰρ θεῶν εἶπερ, ἄλλο καὶ ὁμοιωταί. Οὗτος ἴσως ὁ θανατωθῆσ θὰς ἐν σαρκί, ζωοποιηθεῖς ἰσως ἰσως ἰσως ὁ μακάριος Πέτρος λέγει. Τί δ' ἄλλο εἶπε τοῦτο, ε τὸ πικρῶς, ἐξοικονισθῆσθαι σαρκικῶς, ἐξοικονισθῆσθαι πικρῶς ; Ὁὗτος ἐστὶν ὁ εἰρηκῶς. Καὶ ὁ τραγικῶς με, πικρῶς ζητεῖται δὲ ἐμῆ. οὐκ ἐκένωσεν ἡ περιγραφόμενος εἶποιον ἰσθῆσθαι, εἰ μὴ τὸ γὰρ ἀρπαγέντασμα εἶναι. Ὅτι εἰ καταδειξομεθα, ἐμπροσθεν εἰς τὸ τῶν Μανιχαίων φρονημα, ἀποσκευαζομεθα πικρῶς τῆς εὐσεβείας μυστηρίων.

Καὶ γὰρ ἰσθῆσθαι ἐν τῷ ὁρατῷ καὶ ἀορατῷ τῶν τῶ τῶν ἰδίαν οὐσίαν ἐν τῷ ὁρατῷ περὶ ἀποκτείνεσθαι [αὐτῶν Reg. περὶ ἀποκτείνεσθαι] φησὶν οὐ δύο ἔχοντα οὐσίαν ἀλλὰ μίαν. Ὅστε καὶ εἰ μὴ περιγραφῆσθαι Χριστὸν δισχυρίζομενοι, ὡς ἑλάν φύσιν προσθευοντες, ἐπίστας τῷ φρονήματι συνειπίπτειν ἀπιδέχονταί. Ὁ γὰρ ἀπιδέχοντα, τοῦτο καὶ ἀσώματος. Οὐδ' ἂν ἐν τῷ περιγραφῆσθαι, εἰς θύαδα προσώπων τὸ ἐν Χριστῷ πρόσωπον, ὡς ἀκρί τισι, διατίμνεται. Ὅτι μετὰ οὐσίαις εἰκόνας τὸ καὶ πρῶτον οὐκ ὑποστατικῶς ; οὐδὲ τίμνεται. ἀλλὰ τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τῶν διακρίσεων κεκτηταί. Φησὶ γὰρ ὁ πάνσοφος Διονύσιος. Ὁ ἁγῶς τῶν ἐν ἐκείνῳ παρὰ τὸ τῆς οὐσίας ὑποστατικῶς

⁵⁵ Philipp. ii, 6. ⁵⁶ Joan. vii, 20 ; viii, 40. ⁵⁷ I Petr. iii, 18. ⁵⁸ Joan. vi, 28.

καὶ ἐπὶ τοῦ ζωοποιῦ σταυροῦ, οὐκ ἔν τις ἐν σταυροειδῇ εἰκόνα ἄλλο τι παρὰ τὸ ταύ-
 ωτότυπον, ἢ μόνον τῷ φυσικῷ λόγῳ διαφο-
 ρον· καὶ τὸ παράδειγμα ἐγγύθεν, καὶ ἡ ἀλή-
 ιαμφίλεκτος. Οὗτος οὖν ὁ πρῶτος τρόπος τῶν
 ὡν. Τίς ὁ δεύτερος; Αἱ τῶν ἁγίων φωναί, οὐ
 στικῶς, ἀλλὰ γυμνῶς, ἐξεικονίζεσθαι τὸν
 ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διαγορεύουσαι· ἃς εἰ
 ἐνταῦθα βουληθεῖμεν ἐντάξει, ἐκβησόμεθα
 τοῦ τῆς προσφωνήσεως. Ἐκ πολλῶν δὲ δύο
 ; καὶ ταύτας προὔργιαί τερας ἀναλεξάμενοι,
 δε καὶ τὰς λοιπὰς πιστωσόμεθα· πληρουμέ-
 ταῦθα τοῦ γεγραμμένου· Ἐπὶ στόματος δύο
 ὡν μαρτύρων σταθῆσεται πᾶν ῥήμα.
 οὐ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου ἐν ἱστορίᾳ
 μαρτύρου Παγκρατίου ὑπομνηματιζομένη·
 ἔγχοι τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-
 στοῦ ἐντύπωσον αὐτὴν ἐν τῷ πυργίσκῳ· ἵνα
 οἱ λαοί, ποῖαν μορφήν ἔλαβεν ὁ Υἱὸς τοῦ
 Θεοῦ ἰδόντες ἐπὶ πλείον πιστεύσωσιν, ὁρῶντες
 ἵπνον τῆς μορφῆς, καὶ ὑπόμνησιν λαμβάνωσι
 εἰς αὐτοὺς παρ' ἡμῶν κηρυχθέντων. « Ὡς
 ; ὁ λόγος οὗτος! Μονονοῦχι καὶ ἐπιδοῶντος·
 κων τὴν εἰκόνα τοῦ τῆ ἀρετῆ τοῦ οὐρανοῦ
 ντος, καὶ ἐντύπωσον οἶον ἐν τῷ μετεώρῳ
 ρτύριον ἔμφανές· ἵνα ἴδωσιν οἱ λαοὶ ποῖαν
 ἔλαβεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· οὐκ ἀγγέλου, οὐδὲ
 γέλου, οὐδὲ τινος ἄλλης δυνάμεως· ἀλλὰ τὴν
 αἰσθητικὴν μορφήν· ἵνα ἰδόντες, ἐπὶ πλείον
 τωσιν· ὡς οὐκ ἀρκούσης τῆς διὰ λόγου ἱστορίας,
 εομένης καὶ τῆς δι' ὄψεως ἐνεργείας εἰς πλείο-
 τωσιν· ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Υἱὸς ἀνθρώπου
 καὶ ὑπόμνησιν λαμβάνωσι τῶν παρ' ἡμῶν
 τοῦ κηρυχθέντων· ὅμοιον τοῦ εἰπεῖν· Τοῦτο
 κηρύσσον εἰς γενεὰς γενεῶν.

σημαίνει δὲ ἡ ἱστορία, ὅτι καὶ οἱ λοιποὶ ἀπό-
 τὸ αὐτὸ ἐποίουν ἐν τε πόλεσι καὶ κώμαις·
 ἡ ἱστορίαν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου
 Ἰησοῦ Χριστοῦ διακοσμοῦντες ἀπ' ἀρχῆς, ὅτι ὁ
 τὸ, Καίρει, μέγαρε τῆ Παρθένου, μέχρις ὅτου
 ἠέφθη. Ἄς, φησί, καὶ φόβῳ παρήνουν τιμᾶ-
 ὄρατε, ὡ φιλικωτρόποι [cod. Reg. φιλο-
 οι], ὅτι ὁμοῦ τῆ ἀναστηλώσει τῶν ἱερῶν εἰκό-
 αι τὸ προσκυνεῖσθαι αὐτὰς φόβῳ, ὑπὸ τῶν ἀπο-
 ἀπ' ἀρχῆς παραδέδοται; Τὸ γὰρ τοι τιμᾶ-
 ἰσάροπον δηλονότι τοῦ προσκυνεῖσθαι ὡμολό-
 Φωνῆ Ἀθανασίου τοῦ πολυάθλου, ἐκ τῆς ἐν
 ᾧ προσφωνήσεως· « Ἄρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς
 ας ὑμῶν, καὶ ἴδετε τὸ καινὸν θέαμα τοῦτο. »
 μεθ' ἕτερα· « Τότε τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου
 Ἰησοῦ Χριστοῦ οἱ Ἰουδαῖοι κατενόησαν
 ν, ὅτι καθὼς οἱ πατέρες ἡμῶν ἐπέτυσαν
 ποτε, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐμπτύσωμεν αὐτῷ.
 ἤρξαντο ἐμπτύειν εἰς τὸ πρόσωπον τῆς εἰκόνης
 Κυρίου, καὶ ἐβλάστησαν αὐτὴν κατὰ πρόσωπον
 συνελθόντων ἐνθεν κάκειθεν, ἤγουν τὴν εἰκόνα
 deut. xix, 15. ⁶³ Apud Bollandum, 3 die mensis Aprilis, pag. 237. ⁶⁴ In libello *De passione ima-*
Domini nostri Jesu Christi, t. II, pag. 627.

A præter substantiæ differentiam. » Quandoquidem
 etiam in vivifica cruce, nemo cruciformem imagi-
 nem aliud ab ejus prototypo esse dixerit, sed natu-
 rali tantum ratione discrepare : et exemplum de
 propinquo est, et veritas extra controversiam. Hic
 igitur primus est modus ex iis quos diximus. Quis-
 nam est secundus? Sanctorum voces, quæ non
 syllogistice, sed nude et aperte, exprimi per effigiem
 Dominum nostrum Jesum Christum enuntiant :
 quas si omnes digerere hic velimus, egrediemur
 terminos moderatæ allocutionis. Ex multis autem
 duas tresve, et ad rem magis aptas seligentes, ex
 illis fidem de cæteris faciemus. Ita ut hic etiam
 locum habeat quod scriptum est : *In ore duorum
 vel trium testium stabit omne verbum* ⁶³. Vox cory-
 phæi apostolorum Petri in historia sacri martyris
 Pancratii, memoriæ prodita ⁶⁴ : « Affer imagi-
 nem Domini nostri Jesu Christi eamque exprime
 in turricula, ut videant populi qualem formam
 accipit Filius Dei, et videntes amplius credant,
 figuram formæ intuentes, et recordentur eorum
 quæ per nos illis prædicata sunt. » Quam formi-
 danda hæc oratio ! quasi tantum non exclamaret :
 Profer imaginem ejus, qui cælos virtute operit :
 et efforma, tanquam in sublimi, ad conspicuum
 testimonium : ut videant populi qualem Filius Dei
 formam sumpserit, non angeli, neque archangeli,
 alteriusve cujuscumque potestatis, sed servilem se-
 cundum nos formam : ut videntes amplius credant ;
 quasi non sufficiat verborum narratio, sed neces-
 saria etiam sit ad pleniorum faciendam fidem, sub
 oculos et aspectum cadens efficax demonstratio :
 quod Filius Dei, Filius hominis factus sit : et re-
 cordentur eorum quæ per nos ipsis prædicata sunt :
 quasi diceret : Hoc vobis est monumentum in gene-
 rationibus generationum.

Indicat autem historia, solitos idem facere cæ-
 teros apostolos in urbibus et vicis, universam In-
 carnationis Domini nostri Jesu Christi seriem de-
 scribendo ab initio ipsis, quando angelus Virginem
 salutavit, quousque assumptus est. « Quas, inquit,
 imagines cum timore honorandas monebant. » Vi-
 detis, o benignissimi, una cum sacrarum imaginum
 erectione, illarum etiam cum timore adorationem
 ab apostolis in exordio ipso traditam fuisse? Hono-
 rare siquidem, vim eandem habere atque adorare,
 utique in confesso est. Vox strenui athletæ Atha-
 nasii ex allocutione in Beryto habita ⁶⁴ : « Levate
 oculos intellectus vestri, et novum hoc spectaculum
 contemplamini. » Et post alia : « Tum imaginem
 Domini nostri Jesu Christi proferentes Judæi dixe-
 runt : Quemadmodum patres nostri illuserunt ei
 quondam, ita et nos illudamus nunc ei. Tunc cœ-
 perunt exspuere in faciem imaginis Domini, cola-
 phisque hinc illinc cædentes dixerunt : Quæcumque
 designarunt patres nostri in illum, ea et nos quo-
 que faciamus in illius imaginem. Et dicunt : Illu-

serunt ei, et nos idem faciamus. Mox infinita con- A
 vicia evomuerunt in imaginem. Domini, quæ nec
 efferre quisquam ausit. Addunt deinde : Audivimus
 patres nostros, pedes manusque illius clavis fixisse :
 quid obest quominus idem tentemus? Confestimque
 imaginis Domini pedes manusque clavis foraverunt.
 Rursum insano ore clamant : Audivimus quod
 aceto et felle imbuta spongia illum potaverunt ;
 faciamus et nos similiter. Acceptaque spongia
 aceto plena, ad os imaginis applicuerunt. Rursum
 aiunt : Notum nobis est, quod arundine caput illius
 Patres nostri percusserunt : fiat idipsum etiam a
 nobis. Sumpta itaque arundine, caput Domini cæ-
 dere cœperunt. Tandem aiunt : Clarum nobis est,
 quod et lancea latus ejus pupugerunt, nihil omit-
 tamus : addamus et hoc ipsum. Itaque lanceam
 quidam suorum porrigentes, jusserunt ut latus
 imaginis dominicæ transfigeret : ex eo autem con-
 festim sanguinis et aquæ rivuli emanare cœpe-
 runt. » Fidelis sermo, o sapientissimi, partim qui-
 dem, quia signa incredulis dantur, non autem
 credentibus ; partim vero ut et nos intelligamus,
 per imaginis contumeliam probro affici prototy-
 pum ; ut contra per imaginis honorem honore
 afficitur.

πιστεύουσι · τὸ δὲ, ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς γνοίημεν, ὅτι
 ἔμπικτον, τῆ τῆς εἰκόνος τιμῆ ἀποτετίμαται.

Vox Basilii magni ex laudatione in Barlaam
 martyrem ⁶⁵ : « Exprimatur in tabula et certami- C
 num præses atque auctor Christus. Hic etiam,
 serenissimi, certissima lex imaginis erigendæ.
 Neque enim, ut frustra garriunt quidam, mentis
 tabulæ imprimi Christum jussit vir divinus. Non
 enim depictum in nobis, sed inhabitantem Christum
 per fidem in cordibus nostris habemus, sicut vo-
 ciferatur Apostolus ⁶⁶. Deinde, conjunctionem et
 inserens, præcedentia utique designavit, quæ sic
 habent : Exsurgite nunc, o præclari athleticorum
 gestorū pictores : mutilam ducis imaginem vestro
 illustrate artificio ; et obscuriam a me depictam, co-
 ronatum athletam, vestræ industriæ coloribus con-
 spicuum reddite. Abeant, certaminum ac victoria-
 rum martyris a vobis posita imagine victus : gau-
 deam tali hodie per vestram dexteritatem victoria
 superatus. Videam manus hujus luctam cum igne
 exactius a vobis depictam. Videam alacriorem pu-
 gilem per vestram depictam imaginem. Plorent
 dæmones etiam, martyris in nobis percussi victori-
 is : ardens iterum illis ac victrix manus
 ostentetur. »

Hæc ille haudquaquam in nobis pingi diceret : et,
 si hoc etiam daretur, non prius servum, ac deinde
 dominum pingi juberet. Sed et initio cum ait :
 Exsurgite nunc, o præclari athleticorum certami-
 num pictores : imaginum procul dubio, et non ora-

⁶⁵ Tom. I, hom. 18, pag. 515 ⁶⁶ Eph e s. III, 17.

Α τοῦ Κυρίου, λέγοντες · Ὅσα ἐποίησαν αὐτῷ οἱ πα-
 τῆρες ἡμῶν, πάντα ποιήσωμεν τῇ εἰκόνι αὐτοῦ ·
 καὶ λέγουσιν, ὅτι Ἐνέπαιξαν αὐτῷ· καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ
 ποιήσωμεν. Ἐμπαιγμοὶς οὐκ ἀπειροὶς ἐνέπαιξαν τὴν
 εἰκόνα τοῦ Κυρίου, ἀπερ οὐδὲ λέγειν ἡμῖν τετόλημα-
 ται. Ἐἶτα λέγουσιν · Ἐκούσαμεν ὅτι ἤλωσαν αὐτοῦ
 τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας · τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιή-
 σωμεν αὐτῷ · τότε τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας τῆς
 τοῦ Κυρίου εἰκόνος ἐπήξαν τοῖς ἡλοῖς. Πάλιν λέγουσι
 μεμνηότες · Ἐκούσαμεν ὅτι ὄξος καὶ χολὴν ἐπότισαν
 αὐτὸν μετὰ σπόγγου · ποιήσωμεν αὐτῷ καὶ ἡμεῖς.
 Καὶ ἐποίησαν, προσθέντες τῷ στόματι τῆς εἰκόνος
 τοῦ Κυρίου, τὸν σπόγγον τοῦ ὄξου· πεπληρωμένον.
 Πάλιν λέγουσι · Μεμαθήκαμεν ὅτι καλὰ μὲν τὴν κε-
 φαλήν αὐτοῦ ἐτυψαν οἱ πατέρες ἡμῶν · τὸ αὐτὸ καὶ
 ἡμεῖς ποιήσωμεν. Καὶ λαβόντες καλά μόνον, ἐτυκτω
 εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ Δεσπότου. Τέλος λέγουσιν · Ὡς
 ἀκριβῶς μαθητόμενοι, ὅτι λόγχῃ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ
 ἐτυξαν · μηδὲν παραλειψόμενοι · ἀλλὰ προσθήμα
 καὶ τοῦτο. Καὶ ποιήσαντες ἐνεχθῆναι λόγχην, ἐπ-
 ἔτρεψάν τινι αὐτῶν ἄραι τὴν λόγχην, καὶ κρούσαν
 κατὰ τῆς πλευρᾶς τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου · καὶ τοῦ-
 του γινομένου εὐθέως ἀνέβλυσαν ἀπ' αὐτῆς πλῆθος
 αἵματος καὶ ὕδατος. » Πιστὸς ὁ λόγος, ὡ σφωτάται·
 τὸ μὲν, ὅτι τὰ σημεῖα τοῖς ἀπίστοις, οὐ τοῖς
 τῆ τῆς εἰκόνος ὑβρεὶ ἐφύβρισταί τὸ πρωτότυπον · ὡς

Φωνὴ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐκ τοῦ ἐγκυμίου τοῦ
 εἰς τὸν μάρτυρα Βαρλαάμ · « Ἐγγραφεῖσθε τῷ πί- C
 νάκι καὶ ὁ τῶν παλαισμάτων ἀγνωσθῆται Χριστός ·
 Κάνταῦθα, ὡ γαληνότατοι, ἀσφαλῆς ὁ ἔρος τῆς εἰ-
 κονικῆς ἀναστηλώσεως. Οὐ γὰρ, ὡς τρεῖς εἰκαιο-
 γούσι, τῷ πίνακι τῆς ψυχῆς ἐγγεγραφεῖσθε Χριστὸν
 εἶρηται τῷ θεοφόρῳ. Οὐδὲ γὰρ ἐγγεγραμῆσθε ἐν
 ἡμῖν, ἀλλὰ κατοικοῦντα τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως
 ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἔχομεν, ὡς ὁ Ἀπόστολος βεβῆ.
 Ἐπειτα, ὅτι καὶ τῇ ἐπιφορᾷ τοῦ, καὶ συνδίσκου τῆ
 προηγούμενα ὑπεσημῆνατο, ἀτινά ἐστι ταῦτα · Ἀνά-
 στατέ μοι νῦν, λαμπροὶ τῶν ἀθλητικῶν κατορθωμά-
 των ζωγραφοί, τὴν τοῦ στρατηγοῦ κολοβωθεῖσαν
 εἰκόνα ταῖς ὑπετέραις μεγαλύνετε τέχνηαι · ἐπι-
 ρότερον παρ' ἐμοῦ τὸν στεφανίτην γραφθεῖσα, τῆ
 τῆς ὑμετέρας σοφίας περιλάμψατε χροῖματι·
 D Ἀπέλθω τῆ τῶν ἀριστευμάτων τοῦ μάρτυρος ἐπ'
 ἡμῶν νενικημένος γραφῆ. Χαίρω τῆ τοιαύτῃ
 ὑμετέρας ἰσχύος σήμερον νίκη ἠττώμενος. Ἴδω
 χεῖρός πρὸς τὸ πῦρ ἀκριβέστερον παρ' ἡμῶν ἐγγε-
 φομένην τὴν πάλιν. Ἴδω φαιδρότερον ἐπὶ τῆς ἐπ-
 τέρας τὸν παλαιστὴν γεγραμμένον εἰκόνα. Κλασθε
 τωσαν δαίμονες καὶ νῦν, ταῖς τοῦ μάρτυρος ἐν ἡμῖν
 ἀριστεταῖς πληττόμενοι · φλεγόμενη πάλιν αὐτῆς
 χεῖρ καὶ νικῶσα δεικνύσθω. »

Ταῦτα οὐ δῆπου ἐγγεγράφαι φαίνεται ἐν ἡμῖν · εἰ
 καὶ τοῦτο δοθεῖν, οὐκ ἂν πρότερον τὸν δούλον,
 οὕτως τὸν δεσπότην παραγγυάτο. Ἄλλως τε καὶ
 εὐθὺς ἐν τῇ ἀπαρχῇ λέγειν · Ἀνάστατέ μοι νῦν,
 λαμπροὶ τῶν ἀθλητικῶν κατορθωμάτων ζωγράφοι

ἢ τοὺς εἰκονοργούς, οὐ τοὺς λογογράφους ἐσθ- καθὼς καὶ ἐν τῷ ἐγκωμίῳ τῶν τεσσαράκοντα ρων, ὁ αὐτὸς τάδε φησὶν ᾿α Ἐπεὶ καὶ πολέμων γαθήματα, καὶ λογογράφοι πολλάκις, καὶ ζω- ι διαστημαίνουσιν, οἱ μὲν τῷ λόγῳ κοσμοῦντες, τοῖς πίναξιν ἐγχαράττοντες. » Ἐπεὶ γοῦν καὶ ὁ ιος τρόπος πέρας εἴληφε, τίς ὁ τρίτος; Φωνὴ μετὰ τὴν ἕκτην συνεδρευσάντων Πατέρων ἐν αυτινοπολεϊ. Ἐν τισὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἰς ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενος ἀττεται, ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος ᾿ληθινὸν ἡμῖν διὰ νόμου προῦποραίνων ἀμνὸν ὄν τὸν Θεὸν ἡμῶν. Τούς οὖν παλαιούς τύπους ἀς σκιάς, ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολά τε καὶ ῥαγάματα, τῆ Ἐκκλησίᾳ παραδεδόμενους κατ- ὶμονοι, τὴν χάριν προτιμῶμεν καὶ τὴν ἀλή- Ὡς πληρωμα νόμου ταύτην ὑποδείξαμενοι. Ὡς ὦν τὸ τέλειον κἂν ταῖς χρωματουργίαις ἐν ταῖς ὦν ὄψεσιν ὑπογράφηται τὸν τοῦ αἵροντος τὴν ἰαν τοῦ κόσμου ἀμνοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τὸν ἀνθρώπινον χαρακτήρα, καὶ ἐν ταῖς εἰκό- τῶ τοῦ νῦν ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ, ἀναστη- κει ὀρίζομεν δι᾿ αὐτοῦ τὸ τῆς ταπεινώσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου κατανοοῦντες, καὶ πρὸς μνή- τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας, τοῦ τε πάθους αὐτοῦ, οὗ σωτηρίου θανάτου χειραγωγούμενοι, καὶ τῆς ἐν γινόμενης τῷ κόσμῳ ἀπολυτρώσεως. Ἐν- ὁμοῦ τῆ Χριστοῦ εἰκόνι, καὶ τῶν ἀπάντων εἰκόνων λόγος πρόσεστι. Πρῶτον μὲν, ὅτι, ὡς προεξεκονισμένοι καὶ λείποντος τοῦ καὶ ἀντὶ παλαιοῦ ἀμνοῦ, αὐτὸν ἀναστηλοῦσθαι ἢ διαγῶ- ῖ. Ἐπειτα ὅτι οὐ μόνον ἀσπαστὴ ἢ τοῦδε εἰκῶν, τὰ ἐν νόμῳ σύμβολά τε καὶ προχαράγματα γὰ κελῆσθαι ἄλλὰ καὶ προσκυνητὴ αὐτοῦ τε κτὸς οὐτινοσοῦν ἄγλου. ὡν γὰρ ὅτι τὸ σεπτὸν, καὶ προσκυνητὸν ἂν τις γῆσειεν. Ἐτι τε ὅτι πᾶσα ἡ εἰκὼν ὁμωνύμως ἐπῆς πρωτοτύπῳ κέλῃται, διὰ τοῦ εἰπεῖν ᾿ινὸς δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενος ἐγχα- ται. » Ὡς καὶ ὁ Νυσσακιὸς θεὸς Γρηγόριος τοῦ φησὶ ᾿α Ἐρῶκεται ὁ Ἰσαὰκ τῷ Πατρὶ, παρ᾿ ᾿α Ἐθυσιαστηρίῳ. » Φωνὴ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ρασσάντων Πατέρων ᾿α Οὐχ ὡς ἕτερον τῆ μορ- ἰλλ᾿ ὡς αὐτὸν ἕνα Κύριον ἐν μιᾷ μορφῇ ὄντα ὄν καὶ χαρακτήρ εἰς πεφυκὸς τῆς τοῦ Πατρὸς ᾿άσεως, καὶ πρὸ σαρκὸς ἀσώματος, εἰς τε ἦν, ὦν σαρκὶ εἰς ἐστι, καὶ ἐν εἰκόνι ὁ αὐτὸς εἰς D χει, μὴ διαιρούμενος εἰς δύο χαρακτήρας ᾿ μήτε εἰζόμενος εἰς δύο χαρακτήρας ᾿ μήτε δε σχιζό- εἰς δύο δόξας ᾿ ἀλλ᾿ εἰς μίαν συναγόμενος. » μεθ᾿ ἕτερα. ᾿α Ἄλλ᾿ ὡσπερ αὐτὸς εἰς ἐστὶν ἐκ τῶν ἐναντίων, καὶ εἰς ἐν συναγεται πρόσωπον ᾿ καὶ ἡ εἰκὼν αὐτοῦ μία τε ἐστι, καὶ τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ. Καὶ οὐχ ἕτερον χαρακτήρα ἐροῦμεν κατὰ σάρκα ἐπιφανέντα ἡμῖν, καὶ ἕτερον τὸν εἰκόνα σχηματιζόμενον χαρακτήρα ἐν εἴδει μορ- κτύτου ᾿ ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἕνα, ἐπεὶ μήτε καθὸ σῶμα S. Basil. t. I, hom. 20, pag. 526. 68 Concil. 908-

PAGOL. GR. XCIX.

tionum artifices designat; quemadmodum et in quadraginta martyrum encomio, cum hæc dicit⁶⁷: « Nam magnifica in bellis gesta, et oratores sæpenu- mero, et pictores palcherrime demonstrat, hi ora- tione, illi tabulis describeutes atque oruantes. » Quoniam igitur secundus quoque modus ad finem perductus est, quis est tertius? Vox Patrum, qui post sextam synodum Constantinopoli conven- runt⁶⁸: In quibusdam colendarum imaginum pictur- is agnus exprimitur, quem Præcursor digito demonstrat, qui in typum assumptus est gratiæ. Refert enim nobis verum illum agnum, quem lex significa- bat, nempe Christum Deum nostrum. Has igitur veteres figuras atque umbras, ut veritatis notas et signa Ecclesiæ tradita complectentes, gratiam et veritatem anteponimus, quam ut plenitudinem legis accepimus. Itaque ut id quod perfectum est, in picturis etiam omnium oculis subjiciamus, agnum illum, qui mundi peccatum tollit, Christum Deum nostrum, loco veteris agni, humana posthac forma exprimendum decrevimus: ut per humilitatem cogitemus Dei Verbi celsitudinem, et in memoriam conversationis ejus in carne, et cruciatum, ac salutiferæ mortis ejus, ex quo mundo redemptio parta est, reducamur. Hor loco simul cum Christi ima- gine de omnium etiam sanctorum imaginibus ser- mo est. Primum quidem, quod, tanquam antea pingeretur, et jam desineret, veteris agni loco ex- primi eum jubent. Deinde, quod non solum ample- ctenda sit ejus imago, ad eum modum quo legis notæ et signa amplectenda dicuntur, sed etiam adoranda, tum ipsius, tum uniuscujusque sanc- torum.

Manifestum enim est concessurum quemvis, ven- erandum quod dicatur, idem dici adorandum: itemque quod omnis imago homonyme cum proto- typo suo nuncupetur; cum dicitur: « Agnus ex- primitur, quem Præcursor digito demonstrat. » Quomodo et divinus Gregorius Nyssenus quodam in loco ait⁶⁹: « Procurabit Isaac coram patre ad aram. » Vox Patrum, qui Antiochiæ convenerunt: « Non tanquam alterum forma, sed tanquam unum ipsum Dominum in una forma existentem: quomodo et character unus existens subsistentiæ Patris, atque ante Incarnationem incorporeus, unus erat: et in carne unus est, et in imagine idem unus existit, non divisus in duos characteres, neque dissectus in glorias duas, sed in unam collectus. » Et post alia: « Sed quemadmodum ipse unus est ex duobus contrariis, et in unam coalescit personam: sic et imago ejus et una est, et ejusdem unius Christi. Neque alterum characterem dicamus eum qui se- cundum carnem nobis apparuit, alterum autem characterem qui secundum imaginem exprimitur in figura forma illius, sed unum et eundem: si- Quinisext., can. 82. ⁶⁹ Orat. in Abraham, t. II,

51

quidem neque ratione corporis ille character dicitur, A sed ut est incorporeus. Hoc vero magis per divinum Chrysostomum declarabitur, qui characterem cœlestem vocat, quoniam in cœlo, non quatenus corpus, sed quatenus corporis expers, unigenitus Deus descendens de cœlis incarnatus est, et apparuit corpore nostro indutus. » Et post pauca : « Igitur, quoniam secundum relationem ostendit illum eundem characterem : ipsum Christum adoramus, et non materiam artificiosè figuratam in imagine. » En apertior dogmatica declaratio : primum quidem unam esse formam in ambobus, Christo scilicet et imagine : deinde, characterem ipsum subsistentiæ Patris, in imagine, figura formæ ipsius, conspici simul et adorari gloria indivisa. Reliquus est quartus modus. antiquæ consuetudinis et instituti. Attolle in orbem oculos tuos, vir humanissime, et vide terram universam, ex ipsa apostolica prædicatione, ubique gentium, in sacris templis, vasisque divinis, et sanctis donariis, expressum Christum gestantem, et factis ipsis vocem edentem quod Christus regnavit super eos qui in terra sunt, sicut cecinit Cavid : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ*⁷⁰ : et : *Quia nihil est idolum in mundo*⁷¹, juxta dictum Apostoli : et quod omnia beato lumine repleta sint, veniente eo qui dixit : *Ego lux in mundum veni*⁷². Qualia enim sunt quæ cernuntur ? Hic quidem in spelunca natus, et ab angelis glorificatus : hic vero in ulnis a matre gestatus, et a magis adoratus. Deinde puer, quando in medio doctorum sedens visus est. Tum baptizatus a Præcursore : tum miracula cum apostolis faciens : in crucem ascendens, exspirans, sepultus, resurgens, in cœlos revertens. In hæc igitur omnia per imaginem intenti, sicut tunc per contuitum ipsum apostoli, jure et nos dixerimus : *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis*⁷³. Hæc igitur est ab ævo annuntiatæ fides : hanc complexæ sunt synodi sanctæ : et huic suffragantur omnes ubique locorum Ecclesiæ, in Oriente et Occidente⁷⁴, in Septentrione et mari : quam et nos minimi amplectentes, oramus, jureque supplicamus pro vestro, quod Deus charum habet, imperio. ψηροι τυγχάνουσι πάσαι αι πανταχού κατά τόπον και θαλάσση · ἦν και ἡμεῖς οἱ ἐλάχιστοι ἀσπαζόμενοι, φιλοῦς ὑμῶν βασιλείας.

CC. — Petro Nicææ.

De morte metropolitæ Synadorum

Audiverunt prorsus sacræ aures tuæ id quod accidit beato et communi Patri nostro metropolitæ Synadorum ; planxitque sancta anima tua illius causa, prout par fuit : necdum videlicet gemitus cessavit nec sedatus est dolor, qui tanquam ex dissectione quadam natus est. Verum huc ades, et a nobis, vir desideratissime, clarius edisce : ut et

⁷⁰ Psal. II, 8. ⁷¹ I Cor. VIII, 4. ⁷² Joan. XII, 46. ⁷³ Joan. I, 14. ⁷⁴ Psal. CVI, 3.

NOTÆ.

(94) In cod. Rog. σβ'.

ὁ χαρακτήρ ἄρηται, ἀλλὰ καθὼ ἀσώματων. Καὶ τοῦτο μᾶλλον διὰ τοῦ θείου Χρυσοστόμου διευκρινηθήσεται, τὸν χαρακτήρα οὐράνιον λέγοντος, ἐκείνου καὶ ἐξ οὐρανοῦ, οὐ καθὼ σῶμα, ἀλλὰ καθὼ ἀσώματων ὁ μονογενὴς Θεὸς κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἰσαρκώθη, καὶ ἐπέφανε σῶμα περιθίμενος τὸ ἡμέτερον. » Καὶ μετ' ὀλίγα · α Οὐκοῦν ἐπεὶ κατὰ ἀναφαίραν αὐτὸν δεικνύσει τὸν χαρακτήρα αὐτὸν Χριστὸν προσκυνούμεν, καὶ οὐ τὴν ὕλην τεχνικῶς σχηματισμένην ἐν τῇ εἰκόνι. » Δεῦρο τρανοτέρα ἢ δογματικῆ διασαφῆσις · πρῶτον μὲν, ὅτι μία μορφή ἐπ' ἀφοῦν, τοῦ τε Χριστοῦ καὶ τῆς εἰκόνος · ἔπειτα, ὅτι αὐτὸς ὁ χαρακτήρ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως, ἢ εἰκόνι τῷ εἶδει τῆς μορφῆς αὐτοῦ, ἐκφαινόμενός τί ἐστιν ὁμοῦ καὶ προσκυνούμενος ἀσχιστῶ δόξῃ. Αὐτόνομός ἐστιν ὁ τέταρτος τρόπος τῆς ἀρχαίας θεοθεσίας [cod. Reg. νομοθεσίας]. Ἄρον κύκλω τοῦς ὀφθαλμούς σου, ὦ φιλανθρωπότατε, καὶ ἴδε τὴν ὑπ' οὐρανῶν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος, πανταχοῦ γῆς τε καὶ θαλάσσης, δι' ἱερῶν ναῶν, θείων τε σκευῶν, καὶ σιπτῶν ἀναθημάτων, τὸν Χριστὸν ἐξεικονισμένον φέρουσαν, καὶ αὐτοῖς ἔργοις φωνῆν ἀρμείσαν, ὅτι Χριστὸς βεβασιλευσε τῶν ἐπιγῆς, κατὰ τὸ ἀδόμητον Δαδτικῶς · Αἰτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσιν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς· καὶ Ὅτι οὐδὲν εἶδωλον ἐν κόσμῳ· κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστολοῦ εἰρημένον. Καὶ ὅτι πάντα ὀλβίου φωτὸς πληρώται, ἐληλυθὸς τοῦ εἰπόντος · Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα. Οἷα γὰρ τὰ ὀρώμενα ; ἠδὲ μὲν ἐν σπηλαίῳ τικτόμενος, καὶ ὑπ' ἀγγέλω δεζόμενος · δεῦρο δὲ ἐπ' ὀλέων ὑπὸ τῆς Μαρτῆς βασταζόμενος, καὶ ὑπὸ μάγων προσκυνούμενος. Ἐτε ἐν μερακίῳ, ὀπνηίκα μίσος τῶν διδασκαλῶν ὑπεκαθήμενος. Ἐπειτα βαπτιζόμενος ὑπὸ τοῦ Προδρόμου · εἶτα θαυματουργῶν σὺν ἀποστόλοις · ἐπὶ τῷ σταυρῶν ἀνιών, ἀποπνέων, θηπτόμενος, ἐνστάμενος, εἰς οὐρανοῦς ἀναρχόμενος. Τούτοις οὖν πᾶσι εἰκονικῶς ἐνατιζόντες, ὡς τῆνικαῦτα αὐτοκτικῶς οἱ ἀπόστολοι, εἰποῖμεν ἂν εἰκότως καὶ ἡμεῖς · Ἐθεοσάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Αὕτη οὖν ἐστὶν ἡ ἐξ αἰῶνος κηρυττομένη πίστις· ταύτην ἠσπᾶσαντο αἱ ἅγαι σύνοδοι, καὶ ταύτη ἐφη· Ἐκκλησίαι, ἐν τε Ἀνατολῇ καὶ Δύσει, Βασίλειαι, εὐχάμεθα καὶ ὑπερευχόμεθα ὀφειλομένως τῆς θε-

Σ' (94). — Πέτρῳ Νικαίας. [ωγ'.]

Ἐκουσε πάντως ἡ ἱερά σου ἀκοή τὸ περὶ τὸν μακάριον καὶ κοινὸν Πατέρα ἡμῶν μητροπολίτην Ἰωάννην πάθος· καὶ ὠδύρατό σου ἡ ἅγια ψυχὴ ἐπ' αὐτῶν τὰ εἰκότα· ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ στεναγμοῦ οὐκ ἀποπέσοι· οὐδὲ τῆς οἰοῦσι ἐκ τῆς διχοτομίας γεννητῆς ἀλγηθόνος ἀπολήξουσιν. Ἄλλὰ δεῦρο, καὶ παρ' ἡμῶν, ὦ τρικέθατε, διδάχθετι ἐναργίστερον· ὡς ἂν καὶ

ἰφειλόμενον χρέος τίσωμεν· καὶ αὐτὸς ἱστο-
 ἐπιγνοῦς τὰ κατ' αὐτὸν, ῥαστώνην τινὰ
 τῆς ἐξηγορίας. ὦ, ὦ! πῶς ἀδακρυτὴ ἐνέγ-
 ὄδουρικὸν ἀπάγγελμα; ὑγιαίνων ἦν ὁ
 συνήθη ἐνεργῶν τῆς ἀνυποκρίτου αὐτοῦ
 ἢ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ Πατέρας διεξι-
 γὰρ ὁ πλέον ἐκείνου φιλοξενίαν ἀσπαζό-
 θεραπέυων φιλουμένους; ὃν οὐχὶ ἡ ἐπαλ-
 ἐπιφοιτῶντων παρουσία καὶ ἐπιμονὴ ἰδά-
 ον ἦν ἡ μάλλον ἢ σπάνις τούτων, καὶ τα-
 ἰοδία. Καὶ τί δεῖ πρὸς σε τὸν εὖ εἰδῶτα
 εἶζειν τὸ λεγόμενον; Ἦν οὖν, ὡς εἰρηται,
 Ἐπεὶ δὲ παρῆν ἡ ἡμέρα τῆς μετὰ τὴν
 ἦν δευτέρως εορτάσιμος, ἀναστὰς ἀπὸ τῆς
 ἐλήφθη πόνοις καταρρόας ἀπὸ τῆς κε-
 μιμένης ἐπὶ τὸν σπόνδυλον καὶ τοὺς τόπους
 ρένων. Ἐφ' ᾧ κινηθέντες οἱ ταπεινοί, εὐ-
 ἦν κάμνοντα τῷ ὄντι, καὶ διασαφούντα τὰς
 συμπτώσεις. Εἶτα ἐπειδὴ ὑπεστρέψαμεν
 θις τῆ ἐξῆς παραγενόμενοι, εὐρομεν αὐτὸν
 ἐνον σφοδρότεραις ἀλγηδοσιν, καὶ διακαεῖ
 μὲλις δυνηθέντα ἡμῖν ἡρέμα προσφθγγε-
 τὴν ἀπόγνωσιν τοῦ ζῆν ἐν σαρκὶ αἰνιτό-
 τὸ ἐξῆς; τῆ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ δεσμός τῆς
 ἀμπαν, καὶ οὐ μετ' οὐ πολὺ ὁ πικρὸς θά-
 λλ' ἡμῖν μὲν, διὰ τὴν στήρησιν τοῦ ἁγίου
 ὁ πικρὸν εἰρησθῶ· ἐκείνῳ δὲ καὶ πάν-
 ῃ τὸ ἀναλύσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· οὐ τί
 καριώτερον; Ἐκεῖτο οὖν ὁ μακαρίτης (κα-
 ἰ τοῦτο ὑπογράφαι, ὡσπερ τι ξένον θέα-
 ἰμος τῆ ὄψει, ἀγγελοειδὴς τῷ σχήματι· τῆς
 τῆς πρὸς Κύριον ψυχῆς ὡσπερ τινὰς
 χαρακτῆρας ἐναπομαζαμένης τῷ ἱερῷ σώ-
 οῦ καὶ ἐφ' ᾧ λελάτρευκε τῆ ἁγία Τριάδι.
 ἐξαπίνης ὁμιλος, ὁμοῦ μὲν μοναστῶν, ὁμοῦ
 γάδων, πολὺς ὅτι μάλιστα· περιεκέχυτο εἰς
 ἱερὸν καιμῆλιον ἀποβλέπων, ἢ μάλλον οἰ-
 εἶπειν, ὡς ἔμπνοον καὶ φωνεῖν δυνάμε-
 ἰτο δάκρυα τῶν μὲν αἰδημόνων ἀσφορητῶν,
 ἐραπειτῶν ἐκραγέστερον. Οὕτως οὖν σὺν
 ἰς ταῖς καθικουσίας καὶ ἐπιτελήσεσιν ἑρρω-
 κρεδῶθη τῷ τάφῳ, καθ' ὃν τόπον εἰώθει ὁ
 λειτουργεῖν Κυρίῳ· καίγε προσετέθη ὁ
 ς Πατράσιν, ὁ ὁμολογητῆς τοῖς ὁμολογηταῖς,
 ἰλος τοῖς διδασκάλαις, ὁ ὑποφῆτης τοῖς ὑπο-
 προσθεῖημεν δ' ἂν καὶ ταῦτα· ὁ ἐγκρατῆς
 ἀτέσιν, ὁ ἀγνὸς τοῖς φιλάγνοις, ὁ φιλόξενος
 οξένοις, ὁ μέτριος τοῖς μετριοφροσιν· ὁ
 ς πᾶσιν εὖ γεγυῶς, καθ' ὅσον ὄλον τε, ἵνα
 τὰς, ἢ τοὺς πλείονας κερδήσῃ· ἀποστολι-
 ρθώμασιν ἐπεριδοῦμενος. Καὶ νῦν ἡμεῖς
 ἀπεινοὶ ὀρφανικῶς ἀποδυρόμενοι τὸν ὡς
 καὶ φιλοπάτορα καὶ φιλάδελφον· ἡ δὲ κατ'
 κλησία, εἴτ' οὖν τὸ μικρὸν ποιμνιον, ἠπο-
 λίαν, καὶ ἀνακαλούμενον τὸν ποιμένα καὶ
 οἷα εἰκὸς νεοττοῦς...

A nos munus debitum solvamus, et tu res ejus cer-
 tiore historia cognoscens, quietem aliquam ex
 narratione accipias. O, o, quo pacto luctuosam
 commemorationem sine lacrymis feram? Incolumis
 erat Pater, solitis minime fucatæ charitatis
 suæ operibus intentus, fratribusque ac Patribus
 hospitio recipiendis. Quis enim hospitem plus
 illo adamavit, aut amice exceptis ministravit im-
 pensius? quem nec continua aliorum ex aliis ad-
 ventantium frequentia, nec diuturnior mora fran-
 gebat: quantum angebat potius horum raritas, et
 cita profectio. Et quid opus est hæc tibi, cui probe
 nota sunt, exemplis confirmare? In his igitur erat,
 ut dictum est. Cum autem festa dies ageretur se-
 cunda Pentecostes, surrexissetque a convivio, cor-
 reptus est catarrho, a capite in vertebrae et alia dorso
 vicina defluente. Quo casu exciti nos humiles, of-
 fendimus ipsum revera languentem, et ejus quod
 acciderat, causas explicantem. Deinde cum regressi
 domum essemus, iterum die sequenti accedentes,
 invenimus illum acrioribus adhuc doloribus arden-
 tique febris laborantem: ita ut ægre nos leni voce
 alloqui posset, ac de vita in carne desperare se in-
 nueret. Quid postea? die tertio et lingua impedita
 prorsus, nec multo postacerba mors. Sed illa nobis
 quidem, qui sancto viro privati sumus, acerba
 dicatur; illi vero et valde dulcis, ut dissolveretur,
 et esset cum Christo; quo quid esse queat beatius?
 Jacebat ergo vir beatus (bonum enim est quod etiam
 designare, tanquam inusitatum quoddam spectaculum)
 venerandum aspectu, angeli referens speciem,
 cum ad Dominum proficiscens anima, solis instar,
 radiantes notas quasdam impressisset in sacro
 corpore, cum quo et in quo sanctam coluerat Tri-
 nitatem. Coactus est illico cætus monachorum
 sæculariumque quam maximus; circumfusus illum
 tanquam sacrum pignus intuebatur; vel, ut magis
 proprie dicam, tanquam spirantem, et qui loqui
 posset. Fundebantur lacrymæ ab honoratis quidem
 viris, sine strepitu, a servis autem sonitu majore.
 Sic ergo cum psalmodiis congruentibus et faustis
 episcoporum appreciationibus sepulturæ mandatus
 est eo in loco, ubi vir beatus sacra Domino facere
 consueverat: appositusque est Pater Patribus, con-
 fessor confessoribus, magister magistris, interpre-
 ter interpretibus: addiderim vero et ista: continens
 continentibus, castus castimoniam amantibus, ho-
 spitalis hospitalitatem colentibus, modestus modice
 de se sentientibus: qui omnia omnibus⁷⁵ rite fuerat,
 quoad fas fuit, ut omnes aut complures lucrifaceret,
 apostolicis recte factis subnixus. Et nos quidem
 humiles nunc orphanorum more lugemus illum
 vere Patrum fratrumque amatorem: ejus vero Ec-
 clesia, seu pusillus grex, quo se veritat nesciens,
 pastoremque et patrem reposcens, quemadmodum
 pullos verisimile est.

CCI. — *Philotheo possessori.*

ΣΑ' (95). — Φιλοθέῳ κτῆτορι.

Presbyterum, qui digamos coronaverat, sacris operari non debere: sicut jam de eodem presbytero ad eundem Philotheum scripserat epistola 191.

.cujus laus est per totam Macedoniam, a monachis piisque laicis, in hore habentibus decorem et virtutem pietatis tuæ. Det tibi adhuc Dominus bene agere, in bonis operibus ditescere, facilem esse ad erogandum et communicandum, tibi in futurum thesaurizare fundamentum bonum, ut vitam æternam consequare. O Philothee optime, depositum fidei diligenter custodi, divinis actionibus semper refulgens. Ac de his quidem satis. Quoniam autem de presbytero iterum sermo est, postulante honorificentia tua, ut liberum ei sit sacris operari: recte id quidem, si humanum esset quod quæritur: namque ad obsequendum tibi in omnibus festinarem, inservire cupientes tibi, qui assidue nobis obsecundas. Sed quia de Deo agitur, deque divinorum canonum decreti prævaricatione, ignosce, frater charissime, non possumus contra Deum et sacros canones ferre judicium, præsertim cum in negotio plane consimili, superioribus temporibus totam vitam nostram posuerimus; in adeundis periculis, et exsiliis, et mortibus, potius quam consentiremus iniquitati et violationi Evangelii Christi. Neque ergo adulterorum copulator a nobis, neque copulator digamorum, facultatem habuit sacrificandi. Etenim si non patitur sacer canon, ut presbyter convivetur in digami nuptiis, multo sane magis prohibet ne illum coronet.

Quod si alii aliter judicant, viderint quid agant. Nos enim, inquit, *talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei* ⁷⁶. Quare, cum judicium videas cum periculo conjunctum, noli vim facere humilitati nostræ. Nam si pro veritatis defensione ad pericula quotidie accingimur, quo pacto contra veritatem dissimili consilio irruemus? Non est consentaneum, Domine, præter ea quæ divinitus iudicata sunt, facere quidquam aut loqui. Credimus autem te, qui unam quæris divinam voluntatem et salutem animæ tuæ, assensuru his quæ diximus, oraturumque ut divinæ legi firmius inhæreamus, nec quidquam admittamus quo mandatum Dei vel canon violeetur.

CCII. — *Mariæ Spathariæ.*

Pœnitentiam indicit ob violatum Ecclesiæ asylum.

Agnoscit honorificentia tua, Ecclesiam salutis esse per fugium, ad eamque tanquam in manus Dei, profugum accurrere eum, quem circumstant angustię. Neque igitur in Veteri Testamento fas erat eorum qui ad refugii civitatem evaserant, abripere quemquam; et multo magis in Novo Testamento nefas est extrahere ab ecclesia qui eo confugerint.

⁷⁶ I Cor. xii, 16.

.... οὐ ὁ ἔπαινος διὰ πάσης τῆς Μακεδονίας, καρὶ τε μοναζόντων καὶ λαϊκῶν εὐσεβῶν, ἐπὶ γλώσσης φερόντων τὴν καλλονὴν καὶ ἀρετὴν τῆς εὐσεβείας σου. Ἄλλ' ἔτι δῶν σοι Κύριος ἀγαθοεργεῖν, πλεονεκτήν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμετάδοτον εἶναι, κοινωνικόν, ἀποθησαυρίζοντα ἑαυτῷ θεμελίον καλὸν εἰς τὴ μᾶλλον· ὡς ἂν ἐπιτεύξῃ τῆς αἰωνίου ζωῆς. Ὡ φιλόθε κράτιστε, τὴν παρακαταθήκην τῆς πίστεως ἀκριβῶς [cod. Reg. ἀσφαλῶς] κάτεχε, ἀεὶ λαμπρυνόμενος ταῖς θεουργοῖς πράξεσι. Καὶ περὶ τούτων μὲν αὖτε Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐθις περὶ τοῦ πρεσβυτέρου ὁ λόγος, ἐξαίτουσης τῆς τιμιότητός σου τὴν λύσιν τοῦ ἱεροεργεῖν αὐτόν· εἰ μὲν ἀνθρώπινον ἦν τὸ ζητούμενον, εὖ ἂν εἶχεν· ἔχωρῶμεν γὰρ πρὸς πᾶσάν σου ἰσχυροὴν, φιλοῦντές σε θεραπεύειν τὸν πολλοστὸν θεραπευτὴν ἡμῶν. Ἐπει δὲ περὶ τοῦ Θεοῦ τὸ κινούμενον· καὶ τῆς τῶν θείων κανόνων ὁροθεσίας ἢ παραβάσεως· σύγγνωθι, ἀδελφε φιλτατε· οὐχ οἰοί τί ἴσμεν κατὰ τε Θεοῦ καὶ ἱερῶν κανόνων ἀποῖσαι χριστὸν· μάλιστα ὅτι ἐν αὐτῷ τούτῳ τῷ παρομοίῳ κεφαλῆ ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐθέμεθα· χωρῆσαι πρὸς κινδύνους, καὶ ἐξορίας, καὶ θανάτους, ἤπερ συνθέσθαι τῇ ἀνομίᾳ, καὶ λύσει τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ. Οὕτε οὖν μοιχοζεύκτης παρ' ἡμῶν, οὔτε διγαμοζεύκτης, λέλυται τῆς ἱεροεργίας. Εἰ γὰρ ὁ ἱερός κανὼν οὐκ ἀνεχεται εἰς δημοῦντος γάμον ἰστυαθῆναι τὸν πρεσβύτερον· πολλῶ γε μᾶλλον ἀπαίρει τούτον τοῦ στεφανῶσαι.

Εἰ δὲ ἄλλοι ἄλλως κρίνουσιν, ὄψονται ἢ ὡς πράττουσιν. Ἡμεῖς γὰρ, φησὶ, καὶ αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν. Ὡστε εἰδὼς τὸ ἐπικίνδυνον κρίμα, μὴ παραβιάξω τὴν ταπεινώσιν ἡμῶν. Εἰ γὰρ ὑπὲρ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς κινδύνους πεπρατάμεθα, πῶς κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπετροπικῶς κηθησόμεθα; οὐκ ἔχει φύσιν, ὡ δέσποτα, παρὰ τὴ θεωδῶς κεκριμένα τοῖς κανόσι, δρᾶσαι τι ἢ εἰπεῖν. Πιστεύομεν δὲ ὅτι καὶ αὐτὸς ἐν ζητῶν τὸ θέλημα, καὶ τὸ σωτηριώδες τῆς ψυχῆς σου, συμψηφίας ἦν ἐπὶ τοῖς λελεγμένοις· καὶ προσεύξῃ μᾶλλον ἐπιδοθεῖν ἡμᾶς τῷ θείῳ νόμῳ, καὶ μὴ προείσθαι τὸ οἰοῦν ἐπὶ παραβάσει ἐντολῆς Θεοῦ καὶ κανόνος.

ΣΒ' (96). — Μαρίᾳ σπαθαρίᾳ. [ωιδ'.]

Ἡ τιμιότης σου γνωρίζει ὅτι ἡ Ἐκκλησία φησὶ δευτέρῳ ἰστυε σωτηρίας· καὶ ὡς περ εἰς χεῖρας Θεοῦ ὁ πρόσφυξ ἀποτρέχει περιστατηθεὶς ὑπὸ ἀναγκῆς. Οὕτως οὖν ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ εἶδον ἦν τῶν εἰς τὴ πόλιν τῶν φυγαδευτηρίων ἀποστειρωμένων ἀρπαζέειν τινὰ· οὐ πολλῶ μᾶλλον ἐν τῇ Νέῃ θεοπῆ ἀποσπᾶν τῆς ἐκκλησίας τοὺς καταφεύγοντας. Κατ-

NOTÆ.

(95) In cod. Reg. σδ'.

(96) In cod. Reg. ες.

γάρ ἐστι τοῦτο τῶν θείων νόμων, καὶ τοῦ Ἀ
 υσισαστηρίου. Ὡστε σκοπησάτω σου ἡ εὐσέ-
 λικον τὸ τὸλμημα. Τίς δὲ ἡ θεραπεία; Πρῶ-
 τὸ θέσθαι ἑαυτῇ ὄρον, μὴκέτι τολμᾶν τοῦτο
 , καὶ τὰ ἄνω κάτω γένηται. Ἐπειτα Τεσ-
 πτὴν ὅλην ἀπέχεσθαι τῶν ἁγιασμάτων, γου-
 α καθεκάστην δεκάκις, καὶ πεντηκοντάκις
 κ · Κύριε, συγχώρησόν μοι τὴν ἁμαρτίαν ·
 ἰλάσθητί μοι τῇ ἁμαρτωλώ. Ὁμοίως καὶ ·
 ἔλεησόν με δωρεάν. Τρεῖς τε ψαλμούς στιχο-
 ἐξαιρέτως τὸν ς', τὸν λζ', καὶ τὸν ν', καὶ
 ὡς ὁ θεὸς συγχωρήσει σοι, κυρία, τὴν ἁμαρ-
 τὴν δὲ καὶ πάρεστι δύναμις, τεσσαράκοντα ἀρ-
 οῦναι πτωχοῖς.

Γ' (97). — Εἰρήνη ἡ γουμένη. [ωιδ'.]

de presbytero qui cum hæreticis communicaverat : sacrificare non debere usque ad synodum, qua de
 talibus statuat.

ἰάν ἀπὸ τῶν ἐγκωμίων σου οἱ τρόποι καὶ οἱ Β
 ἴς πολιτείας μου, τιμιότητῃ γυναικῶν. Ἄλλ'
 υχή πιστὴ καὶ ζητοῦσα τὸν Κύριον, ἐπαίνους
 ν τοῖς ἀγαράστοις, ὡς ἂν ἐντεύθεν ἐρανίσοιτο
 ταπεινοφροσύνης κλίος. Τοιαύτη οὖν ὑπεδεί-
 μιν, ἀδελφὴ ἐν Κυρίῳ. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς γι-
 :εις τὰ καθ' ἑαυτούς, οὐδὲ τῶν νῦν ἐσχάτων
 εἶν κρίνομεν ἑαυτούς · μὴ ὅτι γε ὕψις τηλι-
 παρενείρειν, καθὰ γέγραπας. Ἄλλ' ὥδε μὲν
 κείσθω. Ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ πρεσβυτέρου ὑποθέ-
 :ακτίον τὸν λόγον. Οὐτίπου ἡμεῖς, ὡ ἄμμάς,
 · τοῦτο λέγομεν, αὐριον δὲ ἕτερον · ἀλλ' ὁ αὐ-
 :ος ἐν ἡμῖν ἐστιν αἰεὶ. Τί τοῦτο; τὸν ἀλόγῃτα
 :ερον τῇ κοινωνίᾳ τῶν αἰρετικῶν, εἶγε μά-
 :καὶ ὑπογραφῇ, μὴ ἐξεῖναι ἰερούργειν, ἕως
 ὀρθοδόξου συνόδου, ἐφ' ἣ τὰ τοιαῦτα καὶ C
 ὄσεται καὶ διακριθῆσεται · ἢ μόνον τὸ κατὰ
 :σιν βαπτίζειν, ἐκκομίζειν νεκρὸν, διδόναι
 Reg. διδεῖν] σχῆμα μοναχῶ, ἀγιάζειν τῶν
 ἰων τὸ ὕδωρ, εὐαγγελίζεσθαι κατ' ἄρθρον, καὶ
 ἴναι τῶν ἁγιασμάτων ἤδη θεωρηθέντων
 πωσμένου πρεσβυτέρου. Καὶ ταῦτα, ὡς εἶπον,
 γκη. Ἐπεὶ εὐρισκομένῳ τοῦ μὴ ἐμπαρένσεως
 ἰωνίᾳ ἱερέως, οὐδὲ τὰ προειρημῆνα πράσσειν

ἐν οὖν ἡμέτερος λόγος τοιοῦτος. Εἰ δὲ ἄλλοι
 ἢ φρονοῦσιν ἢ κρίνουσιν, εἴτε ἰσοστάσιοι, εἴτε
 ἴμοιοι · ἐπειδὴπερ οὐχ ὄρος ἐξ[εν]ήνεκται ἀπὸ
 χιερέως, ἐφ' ᾧ ἀναγκαῖον ἦν στέργειν πάντας ·
 ουσίας εἰσὶ κύριοι, καὶ ἡμεῖς γε σιωπὴν ἐξο-
 :αρακαλοῦμεν δὲ τὴν τιμιότητά σου, ὡς ἐπὶ
 ἰθῆ πολιτεία, οὕτως καὶ ἐπὶ τῇ ὀρθοδοξίᾳ D
 :αυ ἔλκειν · ἀκούουσαν τοῦ Ἀποστόλου λέγον-
 :αθαρίσωμεν ἑαυτούς ἀπὸ παντὸς μολυ-
 :σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες
 ὕπνη ἐν φόβῳ Θεοῦ. Οἶδας γὰρ ὅτι οὐ μικρὸς
 ἰσθη διωγμὸς ἐν τῇ λυσσῶσῃ μέχρι τοῦ παρόντος

OR. VII. 1.

NOTÆ.

In cod. Reg. σδ'.

A Contumelia enim hæc est divinarum legum divi-
 nique altaris. Quare consideret pietas tua, quan-
 tum sic hoc facinus. Quænam vero est medela ?
 Primum quidem tibi ipsi ut legem statuas, ne hoc
 facere audeas amplius, et pessum eant omnia. De-
 inde ut totam Quadragesimam a sacris abstineas,
 decies genua flectens singulis diebus, et quinquagies
 dicens : Domine, condona mihi hoc peccatum. Do-
 mine, propitius esto mihi peccatrici. Similiterque :
 Domine, miserere mei gratis. Tres quoque psalmos
 recites, præcipue sextum, tricesimum septimum,
 et quinquagesimum : atque ita Deus peccatum tibi,
 domina, remittet. Quod si etiam suppetit facultas
 quadraginta argenteos des pauperibus.

CCIII. — *Irenæ præpositæ.*

B Longe absunt ab encomiis tuis mores et sermones
 vitæ meæ, honoratissima mulierum. Sed solet ani-
 ma fidelis et quærens Dominum laudes tribuere
 immeritis, ut humilitatis inde gloriam nanciscatur.
 Talem igitur te esse agnovimus, soror in Domino.
 Nam cum nos ipsos cognoscamus, nec postremis
 qui nunc sunt, nos exæquamus : nedum ut tanto
 nos inferamus fastigio, sicut scripsisti. Verum hæc
 quidem ita se habeant. Ad presbyteri causam trans-
 ferenda est oratio. Haudquaquam nos, o mater,
 nunc quidem hoc dicimus, cras autem aliud : sed
 idem nobis semper est sermo. Quid hoc est ? Pre-
 sbytero, qui in hæreticorum communione depre-
 hensus est, maximeque si subscripsit, sacris fungi
 non licere, usque ad synodum orthodoxam, in qua
 hæc discutientur, et dijudicabuntur : nisi tantum-
 modo re urgente baptizare, mortuum efferre, ha-
 bitum dare monacho, Theophaniorum aquam sancti-
 ficare, evangelizare diluculo, et impertiri sacra-
 menta jam ante ab innoxio presbytero consecrata.
 Atque hæc ; ut dixi, ex necessitate. Nam si reperia-
 tur sacerdos qui a communione illa immunis manse-
 rit, ne hæc quidem quæ dicta sunt, facere licet.

Nostra igitur hæc est sententia. Quod si alii ali-
 ter vel sentiunt, vel judicant, sive ejusdem sint
 gradus, sive superioris : quoniam non ab episcopo
 lata lex est, in qua necesse sit omnes acquiescere ;
 libertatis suæ sunt domini, et nos in silentio erimus.
 Hortamur autem reverentiam tuam, ut sicut in bo-
 na conversatione, sic etiam in fide orthodoxa dili-
 gentiam adhibeat : audiens Apostolum dicentem :
 Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiri-
 tus, perficientes sanctificationem in timore Dei ⁷¹.
 Nosti enim non exiguam excitatam esse persecu-
 tionem a furente hactenus hæresi : sed et sangui-

nem exhaustum, et carnes dilaniatas, et martyres consummatos. Quam multa porro in custodiis carceribusque inflictæ sint acerba, quid opus est dicere? relegationes, abactiones, raptus, vincula ferrea, famis cruciatus, solitudines, cætera omnia, quæ longum sit narrare. Si ergo hæc ita sunt, an presbyterum illum oportet pari conditione hinc abire, immarcescibilem gloriæ coronam percepturum? **E** contrario, cum in communione ille deprehensus sit atque subscriptione contra Christum, Deiparam, et sanctos omnes concepta; sic enim se res habet, ob propriarum imaginum relationem ad prototypa: quo pacto non magnum ducit quod vivat, vel quod sceleris veniam impetret, prorsus devitans vel attingere ea quæ per indulgentiam dicta sunt; nedum ut licere sibi velit omni ex parte sacris operari? Ergo vana sunt omnia, et frustra martyria, et incassum athleticæ contentiones: sed absit! Et martyr, martyr est in hac confessione; et qui negavit, lapsus est in hac negatione: et usque ad mortem flere necesse est, quisquis lapsus fuerit, si me audiat recta consulentem.

CCIV. — *Theodosiæ Augustæ et Basilio, filio ejus* (*).

De immaculata prorsus Domini imagine. (Baron. an. 823, n. 25.)

Cum ex variis fide dignis, imprimisque ex Dei amantissimo Isaia, episcopo, et ex reverendissimo Medicii antistite, sanctis Patribus nostris, de reorum vestrarum statu accepissemus, quod Dei nostri optimi nutu, ad pietatis rectæque fidei rationem et modum conversi fueritis, pristino vale dicentes errori, ut qui a Deo non sit ortus, sed ab adversa parte: cum religio tua ex pia sit radice, (talem siquidem fuisse fatendum est virum illum Deo dilectum, omnique probitate conspicuum), egimus gratias Deo, qui non permisit nos in hæresis caligine permanere, sed mentes vestras felici lumine implevit, ut cognosceretis Jesum Christum Filium Dei in forma nostra per misericordiæ suæ viscera natum, ut figmentum suum ab interitu redimeret, more nostro depingi atque effingi: ne qua illi desit humanarum proprietatum: cum maneat idem incircumscriptus: quatenus Deus; ut qui paternas quoque omnes proprietates sub eadem persona retinet: ex quo mediator Dei et hominum apparuit, medio ipsa extrema participans, et per seipsum divinæ nos naturæ participes efficiens. Sicut enim fieri nequit ut, Deus ipse cum sit Patrique æqualis, non extra omnem sit incircumscriptionem (infinitus siquidem est Deus et interminus et incomprehensibilis), sic etiam fieri non potest, ut, cum vere homo sit ipse, et nobis similis factus per omnia, intra circumscriptionem non maneat. Comprehensibile quippe est ejus corpus, tactuque palpabile, et colore visibile. Quod non confitentem

αἰρήσει· ἀλλὰ καὶ αἵματα ἐκινώθησαν, καὶ σάρκα κατεξάνθησαν, καὶ μάρτυρες ἀπετελέσθησαν. Ὅσα δὲ τὰ ἐν φυλακαῖς καὶ εἰρκταῖς κακοτυκῶν, τί θεὸς καὶ λέγειν; τὰς ἐξορίας, τὰς ἐπαγωγὰς, τὰς ἀρπαγὰς, τὰ, σιδηρώσεις, τὰς λιμαγχονήσεις, τὰς παύσεις, τὰ ἄλλα πάντα, ὧν οὐ μικρὰς ἐστὶν ἱστορίαν ἔργον. Εἰ τοίνυν ταῦτα οὕτως, καὶ δεῖν τὸν πρεσβυτερον ἰσοπαθῶς διεξελθεῖν, κομιζόμενον τὸν ἀμαρτηνὸν τῆς δόξης στέφανον; τοῦναντίον, ἐπειδὴ ἴδω τῆ κοινωνία καὶ τῆ ὑπογραφῆ τῆ κατὰ Χριστοῦ, τῆ τε μητρὸς αὐτοῦ καὶ πάντων τῶν ἁγίων· τοῦτο γὰρ διὰ τῶν οικείων εἰκόνων ἢ ἐπὶ τῶν πρωτοτύπων ἀναφορά· πῶς οὐ μέγα ἢ γέεται καὶ τὸ ὅλων ζῆν, καὶ τὸ ὅλων συγκεχωρηθῆαι αὐτῷ τὸ ἀνόμημα· φόνους ἐπάπτεισθαι καὶ τῶν προειρημένων κατὰ φιλοθερηπίας· μὴ ὅτι γε καὶ ἐξ ὀλοκλήρου λαλύσθαι αὐτὸν ἰερουργεῖν; Οὐκοῦν ἴδω τὰ πάντα, καὶ εἰπὴ τὴ μαρτύρια, καὶ μάτην αἱ ἀθλητικαὶ ἐνστάσεις· ἀλλὰ μὴ γένοιτο. Καὶ ὁ μάρτυς, μάρτυς ἐν τῇδε τῇ ὁμολογίᾳ· καὶ ὁ ἡρηνένος, ἔκπτωτος ἐν τῇδε τῇ ἔξαρνήσει· καὶ δεῖν προσκλαίειν μέχρι θανάτου πάντα τὸν ἄλωνα· εἴγε μοι πείθοιτο καλῶ συμβούλιον.

ΣΔ' (98). — *Theodosia Augustæ et Basilio, filio ejus* (*).

De immaculata prorsus Domini imagine. (Baron. an. 823, n. 25.)

Ἐκ διαφόρων ἐξιοπίστων προσώπων, καί γε ἐπὶ τῶν ἄλλων παρά τε τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Ἡσαίου, καὶ τοῦ τιμιωτάτου καθηγουμένου τοῦ Μεδικίου, ὁσίων Πατέρων ἡμῶν ἐκδιδαχθέντες τὰ καθ' ἡμᾶς, ὅτι εὐδοκία τοῦ ὑπεραγάθου Θεοῦ ἡμῶν μετεστοιχειώθητε εἰς τὸν τῆς εὐσεβείας καὶ ὁρθότητος τροπὸν καὶ λόγον· χαίρειν φράσαντες τῇ κυρίᾳ κοδοξίᾳ, ὡς οὐκ ἠρομένη θεοθεν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐκότητος μερίδος. Καθὸ καὶ ὠρμηται πατρώθεν ἐξ ἐσθούς ρίζης ἢ σὴ θεοσίβεια. Ὁμολογητὸν γὰρ ἐπι τοιοῦτος ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος· Θεῷ τε πεφιλημένος καὶ πάση καλοκαγαθίᾳ κατηγλαισμένος· ἠύχαριστος ἐπι Κυρίῳ, ὅς οὐκ εἴασεν ἡμᾶς ἐν τῷ ζῴῳ τῆς εἰρήσεως διαμείναι· ἀλλ' ἐπλησε τὰς ψυχὰς ἡμῶν ὀδύνη φωτὸς εἰς τὸ ἐπιγινώσκαι, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς εἶδει γεγονώς δεῖν σπλάγχνα οἰκτιρῶν, εἰς τὸ ἀνασώσασθαι τὸ ἐκαστοῦ ἑκπτώκος εἰς φθορὰν πλάσμα, ὁμοίως ἑμῶν ἐξασπίζεται· ὡς ἂν μηδὲν λείποιεν αὐτῷ τῶν ἀνθρώπων ἰδιωμάτων· μένων ὡς Θεὸς ὁ αὐτὸς ἀπερίγραπτος· ὡς καὶ τὰ πατρῶα ἰδιώματα ἅπαντα ὑφ' ἐνὶ προσωπῷ κεκτημένος· καθὸ καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων πέφηνε, τῇ μεσότητι τοῖς ἄκροις κοινωνῶν· καὶ δεῖ ἐκαστοῦ κοινωνοῦς ἡμᾶς θείας φύσεως ἐκτεταμένους. Ὡς γὰρ οὐκ ἐνδέχεται Θεὸν αὐτὸν ὄναι, καὶ ἴσον τῷ Πατρὶ, μὴ οὐχὶ ἔξω περιγραφῆς εἶναι· ἀπειρον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀόριστον καὶ ἀπερίληπτον· τὸν αὐτὸν δὲ τὸν τρόπον ἀνεγχώρητον ἐστὶν ἀνθρώπων αὐτὸν ἀληθῶς ὄναι, καὶ ὁμοίον ἡμῶν κατὰ πάντα γεγονότα, μὴ οὐχὶ περιγραφῆς εἶσω μένειν· περι-

NOTE.

(*) Dogmatica.

(93) In cod. Reg. σζ.

πτὸν [cod. Reg. περιληπτὸν] γὰρ αὐτοῦ τὸ σῶμα, ἀφ᾽ ἧς καὶ χροιά ψηλαφώμενον. Ὅπερ οὐχ ὁμολογούντες οἱ εἰκονομάχοι, ἀρνησῆς χριστοὶ ἀριδῆλως καθεστήκασι, τὸν ἐν σώματι ἀσώματον ὑπολαμβάνοντες· καὶ τὸν μεθ' ἡμῶν γεγονότα ἐξω τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως δογματίζοντες. Ἐντεῦθεν ἐδονήθη ὁ κόσμος· ἤρνήθη Χριστὸς διὰ τῆς σεπτῆς αὐτοῦ εἰκόνος· ἢ τε Θεοτόκος, καὶ πᾶς τις τῶν ἁγίων. Τῇ γὰρ παραδοχῇ τῆς εἰκόνος παραδέδεται ὁ εἰκονιζόμενος· ὡς καὶ ἔμπροσθεν τῆ ἀθετήσεως ἠθέτηται. Ἐντεῦθεν διωγμὸς ἀνεβρασσόμενος, καὶ πατριάρχης θεισπίσιος ἐκσκορακίζόμενος, ἱερεῖς τε καὶ ἱεράρχαι, μονασταὶ τε καὶ μιγάδες ἐνθώτατοι, οἱ μὲν ἐξοριζόμενοι καὶ φυλακίζόμενοι· ἕτεροι δὲ μαστιγούμενοι, καὶ λιμοκτονούμενοι· ἑνιοὶ δὲ καὶ ἀποκτενόμενοι. Ἐντεῦθεν ἐν ὄρισι φυγαδευόμενοι καὶ σπηλαιῖος καὶ ταῖς ὁπαῖς τῆς γῆς, οἱ μὴδὲν τῶν τῆδε προκρίνοντες Θεοῦ. Ἐντεῦθεν ναοὶ κατασκαπτόμενοι, καὶ ἅγια βεβηλούμενα, καὶ θεία ἀναθήματα πυρὶ παραδιδόμενα, καὶ κρυφῆς τὰ πάντα καὶ λεηλασίας πλήρη, ὡς ἐν συντόμῳ εἰπεῖν.

Τοιαῦτα τὰ τῆς ἀσεβείας ἐγχειρήματα· ὡς ἂν ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκῃται. Ἐπειδὴ δὲ ὑμᾶς, ὡς προείρηται, ἡ θεία χάρις ἠγκαλίσατο διὰ τῆς καλῆς ὁμολογίας ἧς ὡμολογήσατε τοῖς Πατράσι· ὑπὲρ ἧς καὶ μέχρις αἵματος προθυμίᾳ ἀντικαθίστασθαι· καὶ ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ ταύτῃ δὴ τῇ ὁμολογητικῇ πεποιθήσει, σέ τε τὴν κυρίαν θέσποιον, τὸν τε κύριον καὶ δεσπότην, σὺν τοῖς λοιποῖς ἐκκλησίαις κλάδοις καὶ ἐισδεδέγμεθα, καὶ συνεισπρίνομεν τῷ μέρει τῆς ὀρθοδοξίας· μᾶλλον δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ· καὶ ἡκούσας ὑμᾶς πρὸς τὴν ταπεινώσιν ἡμῶν προσκυνούμεν, καὶ συγχοινωνοῦμεν ὑμῖν· εὐχαριστήρια τῷ ἀγαθῷ Θεῷ ἀναπέμποντες τῷ ποιοῦντι μεγάλα καὶ ἀνεξιχνίαστα, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς· τῷ ἐκ σκοτεινῶν εἰς φῶς ἄγοντι, καὶ ἐξ οδοῦ πλάνης εἰς τρίβον εὐσεβείας μεταφέροντι πάντα τὸν ἐξ ἀληθινῆς καρδίας ἐπιέμενον σώζεσθαι. Ταῦτα μὲν οὕτως. Ἐπειδὴ δὲ ἀπεδόθη ὑμῖν παρὰ τοῦ μεγάλου βασιλέως ἡ νῆσος τῆς Χαλκίδου εἰς κατοικητήριον διαίτης, ὅ μιν μικρῶς ἐλύπησεν, οὐχ ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν Πατέρων, ὅτι ἀδελφότης ὅλη σὺν καθηγουμένῳ τῆς καλαῖς οἰκείας μονῆς ἐξέσθη· καὶ νῦν ἡδε κακίαι περιφέρεται· καὶ ὅτι ὠφθῆμεν ἀποθήκας γλώσσας ἐπὶ προτέραις δυσφημίαις· Ὅμως ἐπειδὴ ἀπειλογήσασθε διὰ τοῦ πνευματικοῦ ἡμῶν υἱοῦ Κλήμεντος, τοῦ εὐλαβεστάτου ἡγουμένου, οὕτως καὶ οὕτως ὑπάρξει τὴν ὑπόθεσιν ἐκ βασιλικῆς ἐξουσίας, ἀπελύθημεν τῆς λύπης. Τοῦτο δὲ παρακαλοῦμεν, ὅσον ἐνδέχεται ἐκβιάσασθαι ὑμᾶς θεραπεύσαι τὸ ἄλγος τῶν ἐξιόντων· ἐπειδὴ γέγραπται· Μὴ ὄψιν ἀνθρώπων τόπον καταρᾶσθαι σε. Καὶ· Ἴνα τί, φησὶν, ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως;

ΣΕ'. — Κασσία (99) κανδιδαστίση. [ωκ'.]

Interrogatum se ab ea, superioribus litteris respondisse id quod verum et æquum putavit, nec posse a sententia discedere.

Χρονία ἡ ἐπιστολὴ τῆς τιμιότητος σου, καὶ αὕτη
 78 Job v, 9. 79 Prov. xxx, 10. 80 I Cor. x, 29.

(99) In cod. Reg. σγ'.

NOTÆ.

A Iconomachi, Christi negatores manifeste facti sunt incorporatum incorporum arbitrantes, eumque qui nobiscum natus est, naturæ nostræ expertem decernentes. Hinc concussus est mundus : negatus est per venerandam imaginem suam Christus, et Deipara, et sancti omnes. Per imaginis enim receptionem recipitur is cuius est imago : sicut contra per rejectionem rejicitur. Hinc ebullit persecutio, et divinus patriarcha relegatus est, sacerdotes atque episcopi, monachi et sæculares sanctissimi, alii exsilio et carceribus addicti, alii verberibus fameque cruciati : nonnulli etiam enecti. Hinc extorres in montibus, in speluncis et cavernis terræ, qui Deo mortale nihil prætulerunt. Hinc diruta templa, et sancta profanata, et divina donaria igni tradita, clamoreque, ut paucis dicam, et direptione plena omnia.

Tales erant impietatis conatus : ut ex fructu arbor cognoscatur. Postquam autem divina vos gratia, sicut dixi, amplexa est per egregiam confessionem, quam Patribus professi estis : pro qua usque ad sanguinem decertare parati estis : nos quoque humiles istius nimirum confessionis fiducia freti, te dominam et magistram, simul etiam dominum et magistrum, cum cæteris inclytis ramis et suscepimus, et orthodoxæ fidei partibus, seu potius Ecclesiæ Dei accensæmus, venientesque ad humilitatem nostram vos veneramur, et vobiscum communicamus, gratias agentes Deo optimo qui fecit magna et inscrutabilia absque numero 78 ; qui ex tenebris ad lucem deducit, ex via erroris ad pietatis semitam transfert eum omnem, qui ex animo salvari cupit. Atque hæc quidem in hunc modum. Cæterum postquam Chalchita insula vobis designata fuit a magno imperatore ad domicilium habitationis, per duos annos, non mediocriter doluimus, neque solum nos, sed multi etiam ex Patribus, quod universus fratrum cœtus cum antistite, vetere suo monasterio ejectus sit, et nunc huc illucque circumagatur, et quod visi simus linguas aperire ad pristina convicia. Verumtamen, quoniam per Clementem spiritualem filium nostrum, reverendissimum præpositum respondistis, ita atque ita constitutam ex regia autoritate rem fuisse, tristitiam depulimus. Hoc vero obtestamur, ut, quantum conniti vobis licet, egredientium dolorem mitigetis ; quia scriptum est : Ne des homini locum, ut maledicatur tibi 79. Et : Ut quid, ait, libertas mea iudicatur ab aliena conscientia 80 ?

CCV. — Cassiæ candidatissæ.

Prolixa epistola honorificentie tuæ, eademque

expostulatoria; et nunc humiliter se deprimens, nunc A insurgens adversus tenuitatem nostram; tanquam temere et inconsiderate contra te calumnias admittimus; sed et voces quæ sine iudicio proferuntur: idque in rebus maximi momenti. Nos vero cum tales amandare soleamus tum illud denuntiamus, quæ vulgo jactantur, sic nos audire ceu ludicra quædam; sic nos loqui, non ut hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra: tametsi alioqui peccatores sumus. Nam si Balaam a iugur adduci non potuit, ut præter Dei voluntatem Balac allophyllorum regi responderet; qui fieri queat ut nos in sacerdotii gardu constituti, rationemque in die iudicii eorum interrogati responderimus reddituri, aliquid præterquam decet proferamus?

Sic igitur ad interrogata respondimus, non ipsi per nos ut hoc vel illud fieret imperantes, sicut ipsa dicere non dubitasti. Quid enim vis? an ut cuique placet, mercatorum more, nos respondere? An potius veritatem ut se habet profiteri? Ne igitur plectamur nos humiles intempestive, ut a te ipsa, aut a domina sorore, aut ab alio, cui proscindere ac traducere nos liceat. Scito autem nos erga dignum æterna memoria Strategum alieno animo non esse, quin et valde benevolo; quemadmodum et erga ipsius quoque conjugem. Dolemussane ac vicissim jure expostulamus, quod vos et scientia præstantes, et religionem amplexæ, non vera charitate illum in fine persecutæ sitis. Oportebat enim ante omnia ei super omnia, id quod ejus animæ salutiserat, ut sacramentorum particeps fieret contendere, cætera omnia ut stercora existimare, modo in orthodoxa communione inveniretur; quia scriptum est: *Ubi te invenero, ibi te iudicabo*²¹. Nos quidem hic sentimus et dicimus. Quod si alii aliter, propriæ ipsi vocis sunt domini: et nos utique sileamus. *Cognovit Dominus qui sunt ejus; et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini*²², sicut scriptum est.

CCVI. — *Hypacoemoniali.*

Rursus eam de fratris obitu consolatur.

Qui monasticam vitam sunt amplexi, ac mundo D proinde mortui, velut carnalibus affectibus casibusque superiores jam facti, in propinquorum calamitatibus quæ accidunt, frangi animo non solent, nec in illorum funeribus dolere. Sed quoniam invenimus ipsos quoque sanctos in consanguineorum dolore commotos fuisse, calentesque lacrymas in eorum excessu fudisse; non alienum ducimus, idem ipsum nobis contigisse, ac præsertim fratris causa, fratrisque prudentia et circumpectione præstantissimi, et qui velut patris loco nostræ erga vos sollicitudinis vices sustinebat. Gravis prorsus dolor, soror in Domino, cujus plaga cor

²¹ Vide supra col. 1598. ²² II Tim. II, 19.

ἐγκλητική· καὶ πῆ μὲν ὑποταπεινούμενη· πῆ δὲ κατεξανισταμένη τῆς οὐθενότητος ἡμῶν· ὡς ἀπλῶς καὶ ἀνεξετάτως προσιεμένων τὰς κατὰ σοῦ διαβολὰς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀκρίτως ἐκπερόντων φωνῶν, καὶ ταύτας ἐν τοῖς μάλιστα ἀναγκαίαις. Ἡμεῖς δὲ τοῖς τοιοῦτοις κατεθιθέτες χαίρειν λέγειν, ἐκεῖνο δηλοῦμεν, ὅτι οὕτως ἀκούομεν τὰ θρυλλούμενα ὡς παιδίας τινᾶς· καὶ οὕτως λαλοῦμεν οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρίστοις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν· εἰ καὶ ἄλλως ἀμαρτωλοὶ τυγχάνομεν. Εἰ γὰρ Βαλαάμ οὐ οἰωνοσκόπος οὐ παρὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ ἠνέσχτο ἀποκριθῆναι τῷ Βαλαάκ βασιλεὶ τῶν ἀλλοφύλων· πῶς ἡμεῖς οἱ ἐν βαθμῶ ἰερωσύνης κείμενοι, καὶ λόγον ὑψίζοντες ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀνθ' ὧν ἐρωτῶμενοι ἀποκρινόμεθα δυνατὸν παρε-

B τετραμμένως φθίγγεσθαι τοῦ δέοντος;

Οὕτως οὖν ἀπεκρίθημεν τοῖς ἐρωτήσασιν· οὐκ αὐτοὶ ἀφ' ἑαυτῶν ἐπιτετροφότες τοῦτο κάκεινο γενέσθαι, ὡς αὐτῇ προήχθη εἰπεῖν. Καὶ τί βούλει πρὸς τὸ ἀρίστον ἐκάστῳ ἐμπορικῶς ἡμᾶς ἀποκρίνεσθαι; ἢ ὀρθοτομοῦντας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας; Μὴ τοῖνυν μήτε αὐτῇ πλήττου εἰς ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς ἀκαίρως, μήτε ἡ κυρία ἢ ἀδελφῆ, μήτ' ἄλλος ὁ προαιρούμενος σκώπτειν καὶ διασύρειν ἡμᾶς. Ἀλλὰ γίνωσκε ὅτι καὶ τὸν ἀείμνηστον Στρατηγὸν οὐκ ἐχθροδῶς ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ μάλα ἀσπασίως· ὡσπερ καὶ τὴν ὁμόζυγα αὐτοῦ. Λυπούμεθα δὲ καὶ ἀνατεγκαλοῦμεν εἰκότως· ὅτι ἡμεῖς αἱ καὶ γνώσει διαφέρουσαι, καὶ εὐλαθείας ἀντιποιούμεναι οὐκ ἀληθινῆ ἐγάπη ἔχθητε ἐν τέλει πρὸς αὐτόν. Ἐπει εἶδει πρὸ πάντων καὶ ὑπὲρ πάντα, τὸ σωτηριώδες τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ἐκ τὸ μετασχεῖν τῶν ἀγιασμάτων, ἀγωνίσασθαι· τὰ ἄλλα πάντα σκύβαλα ἠγούμεναι· ὥστ' ἂν εὐρήθῃ ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ κοινωνίᾳ· ἐπειδὴ γίγρᾳπται· Ὁποι ἐν εὐρω σε, ἐκεῖ σε χρινῶ. Ἡμεῖς μὲν οὕτως φρονούμεν καὶ λέγομεν. Εἰ δὲ ἄλλως, αὐτοὶ κύριοι τῆς οικείας φωνῆς· καὶ ἡμεῖς γε σιωπῶμεν. Οἶδε Κύριοι τοὺς ὄντας αὐτοῦ· καὶ ἀποστῆτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Κυρίου· καθὰ γέγραπται

ΣΣ' (1). — Ὑπακοῆ μοναζούσῃ. {ακγ'.

Οἱ τὸν μονῆρῃ βίον ἐπανῆρημένοι, καὶ τῷ κόσμῳ ἐντεῦθεν ἰσταυρωμένοι, ὡς ἤδη ἀνώτεροι γενόμενοι τῶν σαρκικῶν σχέσεων καὶ συμβάσεων, οὐ πεφύκει κατακάμπεσθαι ἐν ταῖς συμβατικαῖς τῶν συγγενῶν περιστάσεσιν, οὐδὲ λυπεῖσθαι ἐν ταῖς τούτων ἐκδιώξεσιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ εὐρίσκομεν, καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἀγίων κεκάμφθαι ἐν τῷ τῶν συναίμων πάθει, καὶ δάκρυον ἀποστᾶζειν θερμὸν ἐν ταῖς τούτων ἀποδιώξεσιν· οὐ ξένον τι κρίνομεν καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ πεπονθῆναι, καὶ μάλιστα ἐπὶ ἀδελφῶν, καὶ ἀδελφῶν κατὰ τὴν φρόνησιν καὶ περιφάνειαν καλλίστῳ, καὶ οἷον ἐν τάξει πατρὸς ἐπίχοντι τῆς καθ' ἡμᾶς φροντίδος τὸν λόγον. Δεινὸν ὄντως τὸ πάθος, ἀδελφῆ ἐν Κυρίῳ,

NOTE.

(1) In cod. Reg. σθ'.

ατο ὑμῶν τῆς καρδίας ἡ πληγὴ καθάπερ
 χαίρας τιμωρίας. Τί τοῦτο ; ἐκκαλυπτόν
 πρόσωπον. Ὁ κύριος ὁ ἀδελφός, ὡς φασι,
 ται. Ὡχέτο ἀνὴρ ἀγαθός, ἐσθίεσθ ὁ ὀφθαλ-
 ῖ γένους, ἀπέπη τὸ παραμύθιον ὑμῶν · ὀρ-
 βῆν οἱ παῖδες οὐς ἤνεγκεν · ὀρφανὴ δὲ καὶ
 ὑν ταῖς ἀδελφαῖς, οὐκ ἔχουσα ποῦ ἐρείσης τὴν
 κλάζουσαν, ἢ ποῦ ἀποβλέψοις περιστατουμέ-
 λ' ἵνα τί ἐπὶ πλείον ἐλεινολογούμεν τὸ πά-
 ρος θεοφιλῆ ἡμῖν ὁ λόγος, πρὸς συνετήν, πρὸς
 α, πρὸς πολύπειρον, πρὸς ἔμπλεον τῆ θείᾳ
 δυναμένην καὶ ἄλλους σωφρονίζειν τῷ καθ'
 ὑποδείγματι. Ἐκβαλε ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυ-
 ρος καρδίας σου τὸν πνευματικὸν πλοῦτον, τὰ
 α τῆς παραμυθίας, ἐπακοῦσα σαυτῆ τε καὶ
 ἑλφαῖς. Ἴσμεν γὰρ ὅτι κάκεινων ἤψατο ἐξ
 λύπη · ἐπεὶ καὶ τῆς κυρίας ἡγουμένης · ἀλλὰ
 ὅλου τοῦ γένους, προσθείη δ' ἂν καὶ αὐτῆς
 γκλήτου. Τίς ἐπ' αὐτῷ μὴ ἐπιστενάξει ; τις
 ἀσγάγοι δάκρυα ; οὐπερ καὶ ἡμῶν τῶν τα-
 καίπερ οὕτω φιλοσοφούντων, ἤψατο ἡλόπη.
 πειδῆ ἀπεβλέψαμεν ὅτι οὐδεὶς εἰς γέννησιν
 ἡ οὐχὶ καὶ ἐκδημήσει τῶν ἐνθίνδῃ · καὶ τοῦτο
 προπάτορος ἡμῶν Ἀδὰμ μέχρι τοῦ δεῦρο ·
 ἵνον ἡγησάμεθα ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι · ἔτινον
 ἵεν, εἴπερ ἡ θεοσύνθετός σου καρδιά ἐνέγκοι
 τας, ὑποτύπωσης γενομένη σὺν τῇ κυρίᾳ καθ-
 η, ταῖς τε ἀδελφαῖς, καὶ πάσῃ τῇ συγγε-

A vestrum, quasi gladio feriente, perculit. Quid hoc
 est ? retegenda enim est persona. Dominus frater,
 ut aiunt, obdormivit. Abiit vir bonus, extinctus est
 oculus familiæ, avolavit consolatio vestra : patre
 orbati sunt filii quos genuit : orbata et tu ipsa
 cum sororibus, non habens ubi manum figas titu-
 bantem, nec quo periculis obsessa, respicias. At
 quorsum ærumnam pluribus deploramus ? Ad Dei
 amantem nobis sermo est, ad intelligentem, ad pru-
 dentem, ad multa expertam, ad divina scientia ple-
 nam, quæ et alios possit suo ipsius exemplo emen-
 dare. Exprode de bono thesauro cordis tui spiri-
 tuales divitias : consolationis remedia, et tibi ipsi,
 et sororibus suppedita. Scimus enim has quoque
 pari affectas esse tristitia : quemadmodum et do-
 mina præposita, quin et tota familia, addiderim au-
 tem, et senatus ipse. Quis illius causa non inge-
 miscat ? quis lacrymas non fundat ? quando et nos
 humiles, qui sic philosophamur, tetigit tamen dol-
 or. Verum postquam perspeximus neminem nasci
 qui hinc itidem non exeat, idque a primo usque
 parente Adam ad nostram hanc ætatem ; nihil sin-
 gulare arbitrati sumus in eo quod accidit, singu-
 lare potius fuerit, si sapiens cor tuum cum gratiarum
 actione hoc ferat ; ita ut exemplo sis, perinde ac
 domina præposita tum sororibus, tum sororum
 liberis, cognatorumque universæ familiæ.

υ κατὰ τὸ εἰωθός σοι εὐψυχῶς πάντα, με-
 λως καθ' ὅσον ἐνδέχεται ἐπικουροῦσα καὶ
 πν τοῦ ἀδελφοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐρήμην καταδρα-
 ῦς ἐφθρεύοντας, ἐν ταῖς περιστάσεσι τῶν
 υν. Φρόντισον οὖν ὅσον δυνατόν, καὶ τῆς τι-
 χῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρός ἐκείνου · ὅτι καὶ μετὰ
 βοηθοῦνται παρὰ τῶν ζώντων οἱ ἐκδημη-
 καὶ ἀπλῶς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν οἰδαμῖν σε εὐ-
 θηαι, καὶ στρατηγεῖν τὸν λογισμὸν μᾶλλον,
 πρηγεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἀθυμίας καίμοχθηρίας. Εἰς
 ο τοῦτο καὶ τὸν ἀδελφόν Ἀθανάσιον ἀποστειλ-
 ἐπιδεικνύντες τὸ περιπαθεῖς ἡμῶν πρὸς τὸν
 καὶ πρὸς τὴν ὑμέτεραν τιμιότητα ἐπικαμ-
 ὶν εὐχόμεθα τάχιον ἀποδέξασθαι ἀγαθόν
 τῆς εὐχαρίστου ὑμῶν ὑπομονῆς γιγνόμενον.

C magno quoad fieri potest consilio, fratris quo-
 que domum adjuvans, ne ope destituta in eos
 incurrat, qui insidias struunt in adversis hominum
 rebus. Curam igitur, quoad potes, habe animæ
 boni illius viri : quoniam etiam post mortem a
 viventibus adjuvantur qui vita functi sunt. Denique
 omnia in omnibus novimus te recte disponere, ac
 potius rationem sequi duces, quam a mœrore et
 molestia regi. Hac enim de causa fratrem etiam
 Athanasium misimus, dolorem nostrum testantes
 erga defunctum, et affectum erga reverentiam ve-
 stram : quem optamus brevi reducem, bonum-
 que gratæ patientiæ vestræ nuntium recipere.

(2). — Ὁλβιανῶ πατρικίῳ. [ωκδ'.]

D CCVII. — *Olbiano patricio*.

Ut in magistratu pie ac sancte,
 μιος ὁ θεοφιλῆς ἀνὴρ καὶ περίδοξος νοτάριος
 ῖριαν ἡμῖν κεκομικῶς παρὰ τῆς πανευφήμου
 βοήτου ὑμῶν ὑπεροχῆς, ἀπήτησε τὸν ἀντα-
 ν ἑγγράμματον ἡμᾶς ποιήσασθαι, ὡς τοῦτο
 τῆς τῆς μακαριότητος ὑμῶν. Ἡμεῖς δὲ
 πεπεικότες ὑπέκειν ἐν τοῖς φιλικαῖς καθή-
 χαραττομεν τήνδε τὴν ἐπιστολήν · πρῶτον
 οσαγορευόντες τὰ εἰκότα οἱ εὐτελεῖς, αὐτὸ

et uti Christianum decet, se gerat.

Georgius vir religiosus insignisque notarius cum
 salutationem nobis attulisset ab omni laude præ-
 dicanda et celeberrima celsitudine vestra, postu-
 lavit ut mutam salutationem scriptis litteris redde-
 remus, tanquam id beatitudo vestra præciperet.
 Nos vero cum animum induxerimus in amicitia
 officii obtemperare, hanc epistolam exaramus :
 primum quidem salutantes, ut a nobis tenuibus

NOTÆ.

a cod. Reg. σί.

fieri par est, atque hoc ipsum approbantes ac superapprobantes, quod vocem nostram audire cupit, qui miselli sumus et peccatores. Etenim hoc argumentum est pietatis non vulgare, quod celsitudine sublimis ad humilium vocem inflectitur, ac præsertim hoc tempore, quando plerique etiam valde amicos homines aversantur, ne dicam obscuriores : deinde commonefacientes, ut cum moderatione præsitis et subditos divine regatis.

Nam si omnis principatus et potestas a Deo est ordinata, sicut A loquitur postolus ⁸³, perspicuum est eum, qui principatum et potestatem obtinet, Dei more populum sibi commissum regere debere : tum ut incorrupta sint ipsius judicia in iis quæ in disceptationem et controversiam veniunt : tum ut benigno pacatoque vultu cernat adeuntes, facilisque aditus fiduciam det eloquendi quod opus est. Mendicus enim, ut aiunt, non sustinet minas. Dehinc ad mendici et abjecti res descendere, et cæstigare quidem ubi necesse est, castigare autem non per iram, sed studio emendationis, absque perturbatione animi ; neque per verberum frequentiam : quod enim immite est, Deo non placet : sed iudicium adhibeat, quantum satis est, ut quod extra disciplinam est revocet, correctionemque efficiat, sicut filio pater, et sicut medicus ægroto. Ac beatus ille qui ad hunc modum vel civili præest imperio vel militari. Nam et Moyses Dei famulus populum regens, et Jesus filius Nave copias ducens, multique non solum regum, sed iudicum et principum, qui vel ante legem, vel sub lege, vel post gratiam imperarunt, primasque tenuerunt. Domino placere, quod cum pietate administrarent. Hoc igitur exemplo te, laudatissimum et desideratissimum dominum nostrum, præesse cupimus, et oramus, atque inter hos sanctos et admiratione dignos viros recenseri. Nec vero admonitionem nostram sic accipias quasi ab arrogantia profectam, sed potius tanquam a charitate ; quoniam amamus te, qui Deum amas, et amicitias argumentum est, utilia ei qui amatur, loqui : quod ostenderunt humiles litteræ nostræ. Tribuat autem nobis bonus Deus noster, ut coram in colloquium tandem aliquando veniamus, et bonis quæ in te sunt perfruamur : ut quæ fama et audito non exhibet coram hæc oculata cognitio demonstrans, paratior nos reddat capacioresque ad amicam conjunctionem : quando quidem a bono tabellario didicimus, pietatem tuam non paucis egregiis facinoribus insignitam, quam utinam Dominus ut pupillam oculi, noxias omnes injurias superantem custodiat, servetque ad ipsius regnum quod in cælis est.

CCVIII. — Antonio episcopo.

Studium ejus erga Christi confessores prædicat : tum metropolitæ Synadorum, et quorundam aliorum mortem nuntiat.

Decenti compellatione nunc usa est paterna san-
⁸³ Coloss. 1, 16.

A τούτο ἀποδεχόμενοι καὶ ὑπεραποδεχόμενοι, ὅτι γλίχεται τῆς φωνῆς ἡμῶν ἀκούσαι οἰκτρῶν ὄντων καὶ ἀμαρτωλῶν. Καὶ γὰρ εὐσεβείας δειγμὰ τούτου οὐ τὸ τυχόν, ὅτι ὁ ὑψαλός τῃ ὑπεροχῇ πρὸς τὴν τῶν ταπεινῶν φωνὴν ἐπικαίμκεται, καὶ μάλιστα ἐν τῷ περὶ οὗτοι καιρῷ, ὅποτε ἀποτροπάδην οἱ πολλοὶ, καὶ τῆς ἀγαν φίλους ἔχουσι, μὴ ὅτιγε καὶ τοὺς ἀφαιετίρους ἔπειτα ὑπομιμνήσκοντες μεθ' ὑποστολῆς ἀρχεῖν, καὶ δέπειν τὸ ὑπήκουον θεοπροπῶς.

Εἰ γὰρ πᾶσα ἀρχὴ καὶ ἐξουσία ἀπὸ Θεοῦ ἐστὶ καταγμένη, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, δηλονότι ὁ ἀρχὴν καὶ ὁ ἐξουσιάζων θεοτελῶς ὀφείλει διεξάγειν τὸν ὑπὸ χεῖρα λαόν· τούτου μὲν ἐν ἀδικάστοις κρίμασι τῶν ἐταῖς διαδικασίαις ἀμφισβητουμένων· τούτου δὲ καὶ ἐνευμενῆ καὶ εἰρηρικῶ προσώπῳ ὀπτάσθαι τῆς προσιόντας, καὶ διδοῖναι τῇ εὐπροσίτῳ παραδοχῇ θέρσος φθέγγεσθαι τὸ παριστάμενον. Πτωχὸς γὰρ, φρεσὶ οὐχ ὑψίσταται ἀπειλῆν. Εἶτα καὶ περὶ τὸ πτωχὴ μέρος καὶ τεταπεινωμένον ἐπικαίμκεσθαι, καὶ παιδεύειν μὲν ὀπνηκὰ ἔχρεια ἀναγκάζει· παιδεύειν δὲ μὴ ἐν θυμῷ, ἀλλὰ σκοπῇ διορθώσεως ἀταρχῆς· μηδὲ ἐν πολλαῖς μάστιγι· τὸ γὰρ ἀπάνης ἀγίω Θεῷ· ἀλλ' ἰγκραμιμένως, καὶ ὅσον τὸ ἀκαίδεπτον ἀναστεῖλαι, καὶ τὸ διορθωτικόν περιποιήσασθαι· ὡς πατὴρ παιδί, καὶ ὡς ἰατρός τῷ κάμνοντι. Καὶ μακάριος ὁ οὕτως δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν. Ἐκκεδὴ καὶ Μωσῆς ὁ θεράπων τοῦ Θεοῦ ἀρχιερός, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ στρατηγός, καὶ πολλοὺς ἔστε φάσαι, ὅσοι οὐ μόνον ἐν βασιλευσιν, ἀλλὰ καὶ χριταῖς καὶ ἀρχουσι, καὶ πρὸ νόμου, καὶ ἐν νόμῳ, καὶ κατὰ τὴν χάριν ἀρχαίζοντες καὶ πρωταρχοῦντες, εὐφρόνισα τῷ Κυρίῳ σὺν εὐσεβείᾳ ἀναστρεφόμενοι. Τῶντι ἐπὶ οὖν καὶ σὶ τὸν πανεὐφρονον καὶ ἐπιπόθητον ἡμῶν Δεσπότην φιλοῦμεν καὶ αἰτούμεν διέπειν· καὶ τῶτοι δὴ τοῖς σεσωσμένοις καὶ ἀξιαγάστοις ἐναρτήρηται γινέσθαι. Καὶ μὴ τοι δέξῃ τὴν ὑπόμνησιν ἡμῶν ὡς αὐθαδιασμόν, ἀλλ' ὡς ἀγαπητικόν τρόπον· ἐκεκεδὴ φιλοῦμέν σε φιλοῦντα τὸν Θεόν, καὶ φίλου δέγμα, τὰ ἐπωφελῆ φθέγγεσθαι τῷ φιλομένῳ· ὅπερ δέδοχε το σὺτελὶς ἡμῶν γράμμα. Ἀξιώσει δὲ ἡμᾶς ὁ ἐγθεός Θεός ἡμῶν καὶ εἰς τὴν κατ' ὀφθαλμοῦς ὁμιλίαν ὄψε ποτε ἰλθεῖν, καὶ ἀπολαύσαι τῶν ἐν σοὶ κληῶν· ἵνα ὅσα ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς οὐ παρίστησι, ταῦτι ἐ αὐτοπτικῇ ἱστορίᾳ ὑποδείξασα ἐνεργεστέρους ἐπὶ καταστήσει τῆς φιλικῆς ἀνακράσεως· ἐκεκεδὴ ἐξεδιδάχθημεν παρὰ τοῦ χρηστοῦ γραμματαρίου, οὐκ ὀλίγων κατορθωμάτων κεχαρακτηρίσθαι τὴν εὐσεβειαν ἡμῶν· ἦν καὶ διασώσειεν ὁ Κύριος ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, ὑπερθύουσαν πάσης βλαπταῖς ἰπταρείας, καὶ σώσειεν εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὸ ἐπουράνιον.

ΣΗ' (3). — Ἄντωνίῳ ἐπισκόπῳ. [ωκί.]

Πρίπουσαν προσφώνησιν ἡ πατρικῆ σου ἀγίωσι

NOTÆ.

(3) In cod. Reg. σια'.

πεποιήται τὰ νῦν, οὐκ ἐφ' ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς, ἀπα- A
γε· σύνοιμεν γὰρ ἑαυτοὺς οἰοί ἴσμεν ὡς ἀποδέοντες
καὶ τῶν ἐν τῷ ἰσχυρῷ βαθμῷ ἀπονεμημένων κατὰ
τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον· ἀλλὰ τοῖς πᾶσι θεοῖς τε Πα-
τρᾶσι καὶ ὁμολογηταῖς ὡσπερ τις ἄγγελος ἀγαθὸς
ἐναγγέλλων τὰ προσαγορευτικά, καὶ συνδίδων τοὺς
ἀπαντας ἡμᾶς τῷ ἀγαπητικῷ τρόπῳ γε [f. Καίγε
τοῦτο.] Τοῦτο δίκαιον καὶ προσήκον, τοὺς ἄλλους
ἀλλαχῆ δισπαρμένους διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ
τῆν μαρτυρίαν τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ Κυρίου
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, φθέγγεσθαι ἀλλήλοις τοῖς
γράμμασι καὶ συνάπτεσθαι πνευματικῶς τοῖς ὑπο-
μνήμασι· καὶ μηδαμῶς τῇ ἀφωνίᾳ ὡς τεθνεώτας
λελογίσθαι. Τοῦτο γὰρ ἴσμεν καὶ τὸν μακάριον ἀπό-
στολον Παῦλον σὺν τοῖς ὁμοταγοῖσι θεστολοῖσι ἀλλή-
λους μακρόθεν φωνοῦντας, καὶ εἰς ταυτὸν ἐρχομέ- B
νους τῷ συναπτικῷ λόγῳ καὶ τῷ εὐαγγελίῳ τῆς βα-
σιλείας Θεοῦ καταγγέλλοντας παντὶ τῷ κόσμῳ· ἐν ᾧ
καὶ ἡμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν,
θίμενον παρεγγυᾷ· Λάλει γὰρ, φησί, καὶ μὴ σιω-
πήσῃς, ὅτι λαός μοι πολὺς ἐστὶν ἐνταῦθα. Καὶ
ἀλλαχού· Ἐὰν ὑποστείλῃται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ
ψυχὴ μου ἐν αὐτῷ. Ὅστε φοβερὸν κρίμα τῆς σιω-
πῆς, καὶ ταῦτα ἐν τῇδε τῇ ἐθειλοκάκῳ κωφεύσει τῶν αἰρε-
τιζόντων. Ὅπερ ἡ ἀγιωσύνη σου καθὰ γέγραπεν
ἐνεργούσα θεοπρεπῶς πολλοὺς πειρασμούς ὑφίστα-
σθαι φαίη παρὰ τῶν οὐκ ἐθειλόντων λόγον ὅσιον ἐν-
εχέσθαι· ἀλλ' ἠρνημένων τὴν θεόγραφον Χριστοῦ
εἰκόνα, τῆς Θεοτόκου, καὶ οὐτινοσούν τῶν θεραπόν-
των αὐτοῦ. Μένους οὖν, τοριπόθητε, ἐπὶ τῆς λυχνίας
τοῦ λόγου κείμενος εὐαγγελικῷ προστάγματι, καὶ C
λαμπῶν πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ· ὡς ἂν ἀπλοῦντες
τὰς σφῆκας, τὸ φῶς εἰσδέχοντο· οἱ δὲ μόντες τὰς
εἰσθήσεις, τῆς οἰκίας ἀβλεψίας τὸν καρπὸν δρέ-
ψοντα. Καίγε εὐξαιο τοῦτο καὶ ἡμᾶς ποιέσθαι, καὶ
ἐπίσχεον τὸ τῆς προστασίας δῶρον ἀπενέγκασθαι.
Γνώσκεις δὲ σε βουλόμεθα, ὅτι εἰς τῶν λαμπτήρων
ἐπέκειντο πρὸς Κύριον· οὗτος δὲ ὁ ἀγιώτατος Μητρο-
πολίτης Συνάδων· ἐπεὶ καὶ πρότερον οἱ κλεινοὶ
ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, Ἀθανάσιος ὁ τοῦ Παυλοπε-
τρίου καθηγμένον, καὶ Ἰωάννης ὁ τῆς Χαλκίδου καθ-
ηγητής· καὶ οἱ αἰρετικοὶ μὲν δοκοῦσιν ὑποτίμνεσθαι
τὸ ἀμιλλογητικὸν πλήρωμα τοῦ Χριστοῦ. Ἄγνοοῦσι δὲ,
ὅτι καὶ μᾶλλον πληθύνεται ζήλῳ τῶν προσηλυκῶτων
συνακτικῶτων, καὶ τὸ πτερορρύησαν τυχόν στίφος.
Χριστός δὲ ἐτι καθεύδει, τοῖς μὲν ὑπανοίγων θύραν
χρηστότητι ἀνεκδιηγῆται, τῶν δὲ δοκιμάζων τὸν πό-
θον ἐν ὑπομονῇ στεφανώματι, τοὺς δὲ καὶ ὡς
χρυσὸν δεδοκιμασμένον προσλαμβάνων ἐκάστοτε εἰς
διάδημα κάλλους δόξης αὐτοῦ. Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν,
ὦ μακάριε. Αὐτὸς δὲ ἐτι δυσωπήσειας τὸν Θεόν, εἰρήνην ἐμποιῆσαι τῇ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ· ἐκτρίλων πᾶν
κακὸν ἐκ μέσου, καὶ τοὺς ὑπολειμμένους ἡμᾶς ἀξίων εἰς τὴν κατ' ὀφθαλμοῦς ὀμιλίαν ἐλθεῖαν ἐλ-
θεῖν, καθὰ καὶ εὐκτικῶς ὑπεδήλωσας.

ΣΘ' (4). — Διονυσίῳ μονάζοντι. [ωκς'.]

CCIX. — *Dionysio monacho.*

Pœnitentem, et ad rectæ fidei confessionem reversum, confirmat.

Οἱ παρὰ τῶν ἐπιστημόνων ἰατρῶν θεραπευόμε- Qui a peritis medicis curantur deteriorum in-

⁶⁴ Psal. xxxviii, 13. ⁶⁵ Hebr. x, 38. ⁶⁶ Matth. v, 15.

NOTÆ.

(4) In cod. Reg.

spectione opus non habent; etsi ex charitate aliquos interdum benevolentes non respuunt. Quare supervacaneam rem egit fraterna reverentia tua, cum a Hatre nostro Dei amatissimo archiepiscopo Dyrrachii sanata, non conquievit: sed a nobis etiam infimis et abjectis curationem expeliit. Sed quandoquidem permovit nunc vos charitatis ratio ut scriberetis; persuasit et nobis, qui nihili sumus, ut vobis rescriberemus, nobisque vos charitatis affectu conjungeremus. Debent enim, etsi nulla res cogat, qui institutum idem amplexi sunt, eundem etiam sensum amplectentes, amanter inter se contemperari. Nam eo quod multiplicata est iniquitas, refrixisse charitatem multorum, dixit Dominus ⁸⁷. Quod igitur circa curationem vestram a sanctissimo archiepiscopo statutum est, integre observetur. Hoc vero adhortamur, et admonemus, non fatiscere, ad ea respectantesquæ retro sunt, neque ad exitiosam submissionem his aut illis quibuslibet iudiciis abduci. Sufficiunt enim præterita: de quibus gemere, et cum lacrymis deprecari perpetuo debemus, plorare ac lamentari, quod cum ejusdem habitus fratres, velut aquilæ, sursum per confessionem evolarint, nos sub hæresis laqueo detinemur; dumque illi persecutionem patiuntur, nos domi manemus: et cum illi usque ad martyrium decertaverint, nos negatores, si non corde, ore tamen manique, facti sumus: et, aliis in carcere detentis fameque enectis, nos liberi et securi vivimus. Quo igitur modo hæc animo versanda non sunt, vel horum causa non lugendum? « Quo pacto, ait magnus Basilius, cum Job ero, qui nec minimam afflictionem cum gratiarum actione suscepi? quomodo cum unoquoque sanctorum, qui per eorum vestigia vitam non duxi? » Videte, fratres, cujusmodi sint terrores: quantum intercedat discriminis. *Quid proderit, inquit, homini si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur* ⁸⁸? Nonne hæc Domini vox est? Timeamus ergo et contremiscamus: ac de prioribus quidem veniam porro imploremus; in posterum autem recto gressu ambulemus, non vacillantes ullo modo, neque in duas partes, quod scriptum est, claudicantes ⁸⁹; sed in Dei mandatis recta incedentes, fidem sinceram, vitamque doli expertem conservantes; ut hæreditatem adipiscamur, non pgrorum et vinearum, et ficorum, et quæcunque sunt morti obnoxixæ et corruptibilis vitæ; sed honorum quæ promissa sunt, vitæ æternæ, regnique cælorum. Quod enim contrariis actionibus rependatur merces ipsis contraria, absit ut cogitemus aut dicamus. Pax vobis, fratres in Domino. Pacifici estote invicem; orate pro nobis fratribus; consolamini.

⁸⁷ Matth. xxiv, 12. ⁸⁸ Matth. xiv, 26. ⁸⁹ Hebr. xii, 13.

νοί, οὐ χρεῖαν ἔχουσι τῆς τῶν ὑπειμένων ἐπισκέψεως· εἰ μὴ τι ἄρα ἀγάπης τρόπῳ ἀρροισούμενοι τοὺς γησιεύοντας. Ὡστε καὶ ἡ ἀδελφικὴ ὑμῶν τιμιότης περιττὸν τι ἂν εἰργάζετο, παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν πατρὸς καὶ ἀρχιεπισκόπου τοῦ Δυρράχιου ἰαθεῖσα καὶ μὴ ἐμμείνασα, ἀλλ' ἐτι καὶ παρ' ἡμῶν τῶν ὑπειμένων θεραπείαν ἐπιζητούσα. Ἄλλ' ἐπεὶ ὁ λόγος τῆς ἀγάπης κεκίνηκε νῦν ὑμᾶς ἐπιστείλω, πέπεικε καὶ ἡμᾶς τοὺς οὐδαμηνοὺς ἀντεπιστείλω ὑμῖν, καὶ συνάψαι πρὸς ἑαυτοὺς τῆ ἀγαπητικῆ διαθέσει. Χρὴ γάρ, καὶ δίχα τινὸς ἀναγκαίου, τοὺς τὶ αὐτὸ ἐπάγγελμα ἐπανηρημένους, καὶ τὸ αὐτὸ οὖν φρόνημα ἀσπαζομένους ἀγαπητικῶς συνανακραῖσθαι. Καὶ γὰρ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγῆνα τὴν τῶν πολλῶν ἀγάπην, ὁ Κύριος εἴρκει. Τὸ μὲν οὖν τῆς ἰατρείας ὑμῶν κατὰ τὸ κεκακονισμένον ὑπὸ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, συντηρεῖσθαι ἄνευ. Τοῦτο δὲ παραινόμεν καὶ ὑπομιμησόμεν, μὴ ὑρίζανεν πάλιν εἰς τὰ ὀπίσω· μηδὲ πρὸς τὴν ὀλιθίαν ὑπόπτωσιν ἀπάγεσθαι διὰ τῶνδε καὶ τῶνδε τῶν γνωρισμάτων. Ἄρα καὶ τὰ παλαιὰ ἐφ' οἷς καὶ ὀφείλομεν στένειν καὶ ποτίζῃν εἰς τὸ αἶ, κλαίειν τε καὶ οἰμῶζειν, ὅτι τῶν ἀδελφῶν ὁμοσχήμεν, μετασθέντων ὡς ἀπὸ ὑψοῦ τῆ ὁμολογία· ἡμεῖς ὑπὸ κείνου κεκρατήμεθα τῆς αἰρίσεως· κέκασιν δὲ δικαίων, ἡμεῖς οἴκοι ἐνομεν· καὶ τῶνδε ἡθλητικῶν μαρτυρικῶς, ἡμεῖς ἐξαρνοῦμεν χεῖρι καὶ στόματι, καὶ οὐ καρδίᾳ· καὶ ἄλλων φυλακισμένων καὶ λιμοκτονουμένων, ἡμεῖς ἐν ἀδείᾳ διήγομεν. Πᾶς οὖν οὐκ ἐνθυμητίον ταῦτα, καὶ διὰ τὰς ὁδορτάς; Πᾶς οὖν εἶσομαι, φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, μετὰ Ἰωβ ὁ μὲν τὴν τυχοῦσαν θλίψιν μετ' εὐχαριστίας διεξάγει; πῶς δὲ μετ' ἐκάστου τῶν ἁγίων, ὁ μὴ τοῖς ἴσασιν αὐτῶν ἐμπολιτευσάμενος; Ὁρᾶτε, ἀδελφοί, οἷοι οἱ φοβηρισμοί, οἷα τὰ διαστήματα. Τί, φησὶν, ὠφελήσει ἀνθρώπων, εἰάν ὄλον τὸν κόσμον περιδῆσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῆ; Οὐχὶ τοῦ Κυρίου φωνὴ αὐτῆ; Οὐκοῦν φοβηθῶμεν καὶ τρομέξωμεν· καὶ περὶ μὲν τιτῶν προτέρων δεηθῶμεν ἐπιτησυχώρησιν· πρὸς τε τὰ ἐξῆς βαδισόμεθα ὀρθοποδοῦντες, μηδ' ὄλωσ σκελιζόμενοι· μηδ' ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις χωλανοῦντες, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἀλλ' εὐθυποροῦντες ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ· τὴν πίσιν ἀκραίφνη, τὴν πολιτείαν ἀκίβδηλον συντηροῦντες· ἐνα κληρονομήσωμεν, οὐκ ἀγροὺς, καὶ ἀμπελώνας, καὶ συκᾶς, καὶ ὅσα τῆς ἐπικήρου καὶ φθειρομένης ζωῆς· ἀλλὰ τὰ ἐν ἐπαγγελταῖς ἀγαθὰ, τὴν ζωὴν τῆ αἰωνίου, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τὸ γὰρ ἔσπαιον ἐκ τῶν ἐναντίων πράξεων ἀπάντημα, ἀπειθὴ καὶ ἰννοεῖν καὶ λέγειν. Εἰρήνη ὑμῖν, ἀδελφοί ἐν Κυρίῳ. Εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις· εὐχέσθε ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀδελφῶν· παρακλήθητε.

ΣΙ' (5). — Ἰωσήφ καθηγουμένω τῶν Κερα- A CCX. — *Josepho præposito Cerameorum.*
μέων. [ωκη].

Deflet obitum metropolitæ. Deinde hunc Josephum ad perseverantiam cohortatur.

Καὶ πρὸ τῆς ἐλεύσεως τοῦ καλοῦ Σεργίουτι ἤκου-
τίσθη ἡμῖν τὸ περὶ τὸν μακάριον Μητροπολίτην
πένθος ὑμῶν, ὧ ἀδελφοὶ τιμιώτατοι· καὶ ὅσον ἐστε-
νάξαμεν, προσθειήν δ' αὖν, καὶ ἰδακρύσαμεν, οἶδεν
ὁ τῶν κρυπτῶν [Cod. Reg. γνώστης.] Ἐπειδὴ κοι-
νὸς ὁ Πατὴρ καὶ ὑμῶν καὶ ἡμῶν, φίλος τε πιστός·
τὸ παρὰ πᾶσι ζητούμενον καὶ σπάνιον εὐρισκόμενον.
Ὡ πῶς κατέπεσε στύλος τῆς Ἐκκλησίας ἀκράδαντος·
πῶς δὲ ἀπεσβίσθη φῶς τῶν ἐν σκότει, καὶ τὸ ὑμέ-
τερον ἰδιαίτατον αὐγάσμα· σεσίγηκε γλώσσα ἡδυσ-
πέχης, ἄχθετο νοῦς ἐμφρονίστατος· ὑπεσπάσθη ἔρει-
σμα πίστεως, πρόμαχος Ἐκκλησιῶν, μελιχίος λο-
γος, πειθήνιος φωνή· πᾶν ὅσον καλὸν καὶ ἄδεται
περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ γνωρίζεται. Καὶ γεγόναμεν, οὐ
λόγω τὸ ὑμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ τῶν ὀρθοδό-
ξων πλήρωμα, ὄρφανοὶ ἐπὶ προλαβούσαις ὄρφανίαις.
Προῦλαβεν ὁδε ὁ μακάριος Πατὴρ· ἐπηκολούθη-
σεν ἕτερος· συναπέπη ἄλλος· σχεδὸν πάντες οἱ φω-
στῆρες τῶν πιστῶν ἔδυσαν, κομιδῆ ὀλίγων ἐναπο-
λειφθέντων. Καὶ στυγνάζει μὲν ὁ οὐρανός, νέφει
περιεχόμενος· στυγνάζει δὲ ὅτι μάλιστα ἡ Ἐκκλη-
σία νῦν, τοὺς ἀστέρας αὐτῆς ἀποβιβληκυῖα. Πλὴν
ὅμως ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος εἴληφε τοὺς Πατέρας
[Cod. Reg. ἀστέρας.] μακαρίω τέλει ἀποβιώσαντας·
καὶ αὐτὸς ὑπέσχετο εἰς τῆς συντελείας τοῦ αἰ-
ῶνος ἔσσεσθαι μεθ' ἡμῶν. Ὡστε εἰ καὶ λυπηρὰ τὰ
παρόντα· ἀλλὰ πάλιν περιχαρῆ διὰ τὴν ἐλπίδα, ὅτι
ἔχομεν εἰς Θεὸν τοὺς Πατέρας ἡμῶν ὑπερασπιστάς,
ἐνωθεν ἐποπτεύοντας ἡμᾶς ἰλεως, καὶ κάμπτοντας
εἰς τὸν περὶ ἡμᾶς οἶκτον, τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα.
Λοιπὸν ἐφ' ὑμῖν ἐπιστραπτέος ὁ λόγος. Οὐ ποίμνιον
ἔσσε ἐπορημένον, ὧ ἀδελφοί. Ὁ γὰρ καλὸς ἀρχιποί-
μην ὑμῶν, ὁ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου
ὁράνυμος, ἤδη καὶ ἐτύπωσε καὶ ἰστοιχείωσεν, ἔτι
τε ζῶν ἡγουμένον ὑμῖν προσετήσατο· καὶ πᾶν ὅτι
εἶν ὀφειλόμενον διετάξατο· καὶ ὅλον ἐναυτὸν, ὡς
ἤδη ἀπαίρων καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τοὺς συνακ-
ταρίους λόγους ἐπιρωγῶν, καθήρτισεν ὡς βιάσθαι·
καὶ οὐχ ἕως μὲν ἔργον, μὴ κατὰ τὴν δυσκολίαν τοῦ
χρόνου, ἀλλῶς ἀπαντήσῃ τὰ πράγματα, ἀλλ' ὡς διε-
τάξατο, διαμείναι καὶ ὑμᾶς καὶ αὐτά. Οὐ μὴν εἰ δὲ
ἐναντίας ἔλθοι, τούτου χάριν προέσθαι ὑμᾶς τὴν
ἀλήθειαν· ἀλλὰ καθὼς κἀκεῖνος διετάξατο ἐγγρά-
φος, πάντα σκύβαλα ἡγήσασθαι διὰ Χριστὸν, καὶ μὴ
προδοῦναι τοὺς περὶ πίστεως καὶ ἀληθείας λό-
γους.

Ταῦτα μὲν πᾶσιν ὑμῖν λεκτέον, προηγουμένως δὲ
σοὶ τῷ κυρίῳ καθηγεμόνι· ἐπειδὴ οἶον τὸ ἀρχον,
καὶ τὸ ἀρχόμενον πέφυκε γίνεσθαι. Καὶ γὰρ ἀπαξ
εἰλώκαμεν ἐπὶ τῇ αἰρετικῇ κοινωνίᾳ, φειδοὶ τῶν
ὁρωμένων· μὴ πάλιν, δεόμεθα καὶ ὑπομιμνήσκο-

Et ante adventum boni Sergii, de luctu vestro
circa beatum metropolitam audiveramus, fratres
honoratissimi: quantum ingemuerimus, addam
autem, lacrymati simus, novit occultorum Cogni-
tor. Communis quippe pater erat et vester et no-
ster, fidusque amicus, qualis ab omnibus quæ-
ritur, et raro invenitur. O quomodo cecidit colum-
na Ecclesiæ inconcussa? quomodo extinctum est
lumen in tenebris commorantium, et splendor
vester peculiaris? ob mutui lingua suaviloqua,
abiit mens prudentissima, convulsam est columen
fidei, propugnator Ecclesiæ, mellifluus sermo, vox
persuadens: quidquid denique boni de viro prædi-
catur et agnoscitur. Et facti sumus, non dico vos
tantum, sed omnes ubique orthodoxi, orphani su-
pra præcedentes orbitates. Antecessit beatus hic Pa-
ter, subsecutus est alter, simul avolavit alius, om-
nia prope fidelium lumina occiderunt, paucis ad-
modum relictis. Et tristatur quidem cœlum nubibus
circumfusum; tristatur autem in primis nunc Ec-
clesia, stellis suis sibi detractis. Verumtamen Sol
justitiæ assumpsit Patres beato exitu vita functos:
et ipse nobiscum usque ad consummationem sæ-
culi⁹⁹ futurum se promisit. Quare licet tristitia sint
præsentia, læta sunt rursus propter spem, quod
Patres nostros apud Deum protectores habeamus,
ab alto nos benigne respicientes, ejuſque bonitatem
ad nostri commiserationem inflectentes. De cætero
ad vos convertenda est oratio. Haudquaquam de-
stitutus grex estis, fratres. Egregius enim vir, pri-
mus pastor vester, beati Petri apostoli cognomi-
nis, jam vos erudit et informavit, et cum adhuc
viveret, præpositum vobis præfecit; et quæ debe-
bat, omnia constituit; totoque anno, velut diebus
singulis migrans, comparatis ad discessum ver-
bis vos alloquens, perfecte instruxit unumquemque:
adeoque optandum est, ut non aliter, ob temporis
difficultates, res cucsedant; sed sicut ipse consti-
tuit, ita permaneatis et vos, et res ipsæ. Neque ta-
men, si quid contra evenerit, idcirco abjiciatis vos
veritatem; sed, quemadmodum scripto ille præ-
cepit, omnia propter Christam arbitremini ut
stercora, et in fidei veritatisque defensione non præ-
varicemini.

Hæc omnibus quidem vobis dicenda; sed tibi
potissimum domino præposito; quia quales sunt
qui præsumt, tales esse solent et subditi. Et quidem
semel deprehensi sumus in hæretica communione,
propter studium rerum visibilium: ne iterum,

⁹⁹ Matth. xxviii, 20.

NOTÆ.

(5) In cod. Reg. σςγ'.

oramus et admonemus, propter monasteria, vineas-
que et oliveta et ficeta, quæ nos postmodum sicut
patres nostri relicturi sumus, et relicturi in sæ-
cula. attentum instituti nostri studium negligamus,
polluamurque heterodoxa commuione, prava
exempla hinc inde circumspicientes. Non ista nobis
auxilio erunt tempore mortis, in hora iudicii; sed
bona conscientia, et inculpabilis conversatio. At-
que hæc nos sic hortamur, non tanquam velimus
grave aliquid vos pati, sed quod tanquam fratres
fratribus opem ferre cupiamus, prout mandato præ-
ceptum est. Etenim miseret nos, compatimurque
domino Gregorio, spiritali fratri nostro, ut qui
prosperè jam consenuerit, talisque sit qualem no-
stis, tum ex carnis officiis, tum ex spiritalibus
recte factis: quique Christum imitatus paternas
subire omnia maluerit, quam adversus paternas
definitiones quidquam perpetrare. Donetur vobis
per gratiam pax Dei, quam sanctis apostolis suis
ad cælos abiens impertiit; quinetiam et mutua
inter vos dilectio. *In hoc enim, ait, cognoscent om-
nes quia discipuli mei estis, si dilectionem habue-
ritis ad invicem*⁹¹. Bono sis animo, domine præ-
posite, et ipse dominus Gregorius; tum et cæteri
omnes ex ordines; universi tristitiam refugientes,
et tanquam novum quiddam iter, spiritali certam-
en vestrum obeuntes: pro nobis etiam humilibus
orantes *meliora et viciniora saluti*⁹².

CCIX. — *Euphemio Sardensi.*

Abstinerè a sacris functionibus debere eos, qui cum hæreticis communicaverant.

Tu quidem, o beate, consueta utens humilitate, C
nos inhonoratos verbis efferre non desinis. Nos
vero plane te novimus et basim verbi esse, et fir-
mamentum Ecclesiæ: maximeque hoc tempore,
quando deseruerunt nos hi atque illi conspicui
Patres, gloria orthodoxorum; tuque velut fax
prope unica discurrens, præluccens iis qui in urbe
remissiores sunt: multos illuminans, lucis inopia
cæcutientes, plures ad Deum adducens, per exuberantem,
